arando (ut ait Virgilius) idem etiam paſtinando. Itaq; campania cũ uicinum ex nobis capere poteſt exemplum: non utitur hac molitione terræ quia facilitas eius ſoli minorem operam deſiderat. Sicubi autem denſior ager prouincialem ruſticum maiorem poſcit impenſam: quod nos paſtinãdo efficimus: ille ſulco facto cõſequitur: ut laxius ſubacto ſolo deponat ſemina. Sed ut ſingula eorum: quæ propoſui uinearũ genera perſequar: prædictum ordinem repetam. Viris quæ ſine adminiculo ſuis uiribus conſiſtit: ſolutiore terræ ſcrobe denſiore ſulco ponẽda eſt. Scrobes et ſulci plurimum proſunt: ſi in locis temperatis in quibus AEſtas nõ eſt perferenda: ante ãnum fiant ꝗ uinea conſeratur. Soli tñ ante bonitas exploranda eſt. Nam ſi ieiuno atq; exili agro ſemina deponentur: ſub ipſum tempus ſationis ſcrobs aut ſulcus faciendus eſt. Si ãte ãnũ fiant ꝗ uinea conſeratur: ſcrobibus in longitudinem latitudinemq; defoſſis tripedaneis abunde eſt: latitudine tamen bipedanea. Vel ſi quaterna pedum ſpatia inter ordines relicturi ſumus: commodius habetur eandem quoquouerſus dare menſuram: ſcrobibus non amplius tamen ꝗ in tres pedes altitudinis depreſſis. Cæterũ quattuor angulis ſemina applicabuntur ſubiecta minuta terra: et ita ſcrobes adobruuntur. Sed de ſpatiis ordinum eatenus præcipiendum habemus: ut intelligãt agricolæ ſiue aratro uineas culturi ſint: LAxiora interordinia relinquẽda: ſiue bidentibꝰ ãguſtiora. Sed neq; ſpatioſiora ꝗ decẽ pedum: neq; contractiora ꝗ quattuor. Multi tñ ordines ita diſponũt: ut per rectam lineam binos pedes aut plurimũ ternos inter ſemina relinquãt. Trãſuerſa rurſus laxiora ſpatia fiãt: per quæ uel foſſor uel arator incedat. Sationis autem cura non alia debet eſſe: ꝗ quę tradita eſt a me tertio uolumine. Vnum tamen huic conſitioni Mago carthaginẽſis adiicit: ut ſemina ita deponantur: ne protinus totus ſcrobs terra cõpleatur. Sed dimidia fere pars eius ſequente biẽnio paulatim adæquatur. Sic enim putat uitem cogi deorſum agere radices. Hoc ego ſiccis locis fieri utiliter non negauerim: ſed ubi aut uliginoſa regio eſt: aut cœli ſtatus imbrifer: minime faciendum cenſeo. Nam conſiſtens in ſemiplenis ſcrobibus nimius humor anteꝗ conualeſcant ſemina necat. Quare utilius exiſtimo repleri quidem ſcrobes ſtirpe depoſita: et cum ſemina comprehẽderint: ſtatim poſt æquinoctium autumnale debere diligẽter atq; alte ablaqueari: et reciſis radiculis ſiquas in ſummo ſolo citauerint poſt paucos dies adobrui. Sic enim utrumq; ĩcommodum uitabitur: ut nec radices ĩ ſuperiorem partem euocentur: neq; ĩmodicis pluuiis parum ualida uexentur ſemina. Vbi uero iam corroborauerĩt: nihil dubium eſt quin cœleſtibus aquis plurimum iuuentur. Itaq; locis quibus clæmentia hiemis permittit: adapertas uites relinquere: et

æſtas non eſt perferẽda: Corrigo ꝑferuiſda, naʒ in locis temperatis æſtas nõ eſt ualde ferui da neq; æſtuoſa ſed moderati caloris.

Laxiora interõdinia. Spatioſiora ĩteruualla inter ordines uinearuʒ.

ſota hieme ablaqueatas habere eas cõueñet. De q̃litate aũt ſeminũ
inter auctores non conuenit. Alii maleolo protinus conſeri uineã
melius exiſtimant: alii uiuiradice. De qua re qd ſentiã: iã ſuperio-
ribus uoluminibꝰ ꝑfeſſus ſum. Et nunc tñ hoc adiicio: eſſe quoſ-
dam agros qbus nõ æque bene tranſlata ſemina: q̃ ĩmota reſpon-
deant: ſed iſtud rariſſime accidere. Notandũ itaq; et diligenter ex-
plorandũ eſſe: Quid quæq; ferat regio: et qd queq; recuſet. Depo-
ſitam ergo ſtirpẽ id ẽ maleolũ: uel uiuiradicẽ formare ſic cõuenit:
ut uitis ſine pedamine cõſiſtat. Hoc autẽ ꝓtinus effici nõ põt. Nã
niſi adminiculũ teneræ atq; infirmæ cõtribueris: prorepens pam-
pinus terræ ſe applicabit. Itaq; poſito ſemini arundo ãnectiť: quæ
uelut infantiam eius tueať Atq; educet: ꝑducatq; ĩ tantã ſtaturã:
quantam permittit agricola. Ea porro nõ debet eſſe ſublimis. Nã
uſq; in ſexquipedem coercenda ẽ. Cum deinde robur accipit: et iã
ſine adiumento conſiſtere ualet: aut capitis aut brachioꝝ incremẽ-
tis adoleſcit. Nã duę ſpecies huius quoq; culturę ſũt. Alii CApi-
tatas uineas: alii brachiatas magis ꝓbãt. Quibꝰ cordi ẽ in brachia
uitem componere: conuenit ut a ſumma parte: qua deciſa nouella
uitis eſt: qcquid iuxta cicatricẽ cutauerit cõſeruari: et in quattuor
brachia pedalis menſuræ diuidere: ita ut omnem partem cœli ſin-
gula aſpiciant. Sed hæc brachia non ſtatim primo anno tam pro-
cera ſummittuntur: ne oneretur exilitas uitis. Sed cõpluribus pu-
tationibus in prædictam menſuram educuntur. Deinde ex bra-
chiis quaſi quędam cornua prominentia relinqui oportet: atq; ita
totam uitem omni parte in orbem diffundi. Putationis autem ra-
tio eadem eſt: quæ in iugatis uitibus. Vno tantum differt: ꝗ pro
materiis longioribus pollices quaternum aut quinum gemmarũ
relinquuntur: pro cuſtodibus autem BIGEMmes reſeces effici-
unt in ea. Deinde uineam quam capitatam diximus: iuxta ipſam
matrem uſq; ad corpus ſarmentum detrahitur: una aut altera tan-
tũmodo gemma relicta: quę ipſi trunco adhęret. Hæc autem ri-
guis aut pinguiſſimis locis fieri tuto poteſt: cũ uires terræ et fruc-
tum et materias ualent præbere. Maxime autem aratris excolunt
qui ſic formatas uineas habent: eam rationem ſequuntur detra-
hendis uitibus brachia: ꝗ ipſa capita ſine ulla extantia neq; aratro
neque bubus obnoxia ſunt. Nam in brachiatis plerumque fit: ut
aut crure aut cornibus boum ramuli uitium defringantur: SAE-
pe etiam ſtiua: dum ſedulus arator uomere perſtringere ordinem:
et q̃proximã partem uitium excolere ſtudet. Atq; hæc quidẽ cul-
tura uel brachiatis uel capitatis uitibꝰ ãteq̃ gẽment adhibeť. Cũ

Capitas ui-
neas: Quæ
creſcũt in ca-
put & robur
craſſitudinis
accipiunt in
ſtirpe: dicun-
tur capitatæ.
Quæ uero
brachiorũ &
ramorum in-
cremẽtis ado-
leſcunt: bra-
chiatæ nun-
cupantur.

Bigẽmes:
Binarum gẽ-
marum, ſicut
trigẽmes tri-
um gemma-
rũ ideſt ocu-
lorum: ſic enĩ
in arboribus
& uitibꝰ no-
minanť. un-
de & gẽmare
& gẽmaſcere
dictæ ſunt.

Sæpe ſtiua:
Pars aratri ẽ-
de qua Vir-
gilius ſtiuaq;
quæ currus a
tergo torq̃at
imos. M. Var-
to ſtiua ĩquit
a ſtando dic-
ta ĩ qua trãſ-
uerſa regula
eſt dicta ma-
nicula eo ꝗ
manu bubul-
ci tenetur.

Palmeis te/gentibꝰ: Le/gendū eſt te/getibꝰ/ ſigni/ficat enim te/geteſ ex foliiſ palmarū cō/textas adhi/beri ſolitaſ ad uineā ad/umbrandam per cynocau/mata. ſic eniꝫ uocantur ca/lores eſtuoſi. caniculæ. M. Varro appel/lat tegeticu/las canabinaſ ex canabi fac/tas.

Opacen/tur: Obum/brentur.

Eluēnaci generis: In/ter uites ge/neroſas nu/meraẗ elue/naca/ quā fer/tilitas com/mendat: duo eius genera Maior/ quaꝫ quidam lon/gam/ minor quam arcela/caꝫ appellāt/ non tam fe/cundam ſed gratiorē hau/ſtu.

deinde germinauerint: foſſor inſequitur: ac bidentibus eas partes
ſubigit: q̄s bubulcus nō potuit pringere. Mox ubi materias uitis
exigit: inſequitur pampinator: et ſuperuacuos detergit: fructuoſoſ
palmites ſubmittit: qui cū induruerunt: uelut in coronam religā/
tur. Hoc duabus ex cauſis fit: una ne libero excurſu in luxuriam
properent: omniaq; alimenta pampini abſumant: altera ut religata
uitis rurſus aditum bubulco foſſoriq; in excolendam ſe præbeat.
Pampinādi autem modus is erit: ut opacis locis humidiſq; et fri/
gidis ęſtate uitis nudetur: foliaq; palmitibus detrahunẗ: ut matu/
ritatem fructus capere poſſit: et ne ſitu putreſcat. Locis autem ſic/
cis calidiſque et apricis e contrario palmitibus quæ contegantur:
et ſi parum pampinoſa uitis ē: aduectis frondibus et interdū ſtra/
mētis fructus muniaẗ. M. quidem Columella patruus meus uir
illuſtribus diſciplinis eruditus: ac diligentiſſimus agricola beticæ
prouinciæ ſub ortu caniculæ PALmeis tegentibꝰ uineas adum/
brabat: cum plerumq; dicti ſyderis tempore quædam partes eius
regionis ſic infeſtantur euro: quem incolæ uulturnum appellant:
ut niſi teguminibus uites OPAcenẗ: uelut halitu flammeo fruc/
tus uratur. Atq; hæc capitatæ brachiatæq; uitis cultura eſt. Nam
illa quæ in iugo ſuperponitur: aut quæ materies ſummiſſis atun/
dinum ſtaturninibus per ordinem connectitur: fere eandem curā
exigit: quam iugata. Nonnullos tamē uineis characatis animad/
uerti: et maxime ELVEnnaci generis prolixos palmites quaſi ꝓ/
pagines ſummo ſolo adobruere: deinde rurſus arundines erigere:
et in fructum ſummittere: quos noſtri agricolæ mergos: galli cā/
doſoccos uocant. Eoſq; adobruunt ſimplici ex cauſa: q; exiſtimēt
plus alimenti terram præbere fructuariis flagellis: itaq; poſt uin/
demiam uelut inutilia ſarmēta decidunt: et a ſtirpe ſummouent.
Nos autem præcipimus eaſdem uirgas cum a matre fuerint pręl
ciſæ: ſic ubi demortuis uitibus ordines uacent. At ſi nouellam q̄s
uineam inſtituere uelit: pro uiuiradice ponere: cum q̄dem partes
ſarmentorum quę fuerant obrutę: ſatis multas habēt radices: quę
depoſitæ ſcrobibus confeſtim comprehendant. Supeſt reliqua illa
cultura proſtratæ uineæ: quæ niſi uiolentiſſimo cœli ſtatu ſuſcipi
non debet. Nam et difficilem laborē colonis exhibet: nec unq̄ ge/
neroſi ſaporis uinum præbēt. Atq; ubi regionis cōditio ſolam eā
culturam recipit: bipedaneis ſcrobibus malleolus deponiẗ: qui cū
egerminauit: ad unam materiam reuocatur. Eaq; primo anno cō/
peſcitur in duas gemmas. Sequente deinde: cū palmites profun/
dit: unus cū ſūmittitur: cęteri decutiunẗ. At ille qui ſummiſſus ē:

cum fructũ edidit:in eam longitudinem deputaťː ubi iacens non excedit interordinii ſpacium. Nec magna eſt diſputationis differentia cubantis et ad ſtatumen rectæ uineę:niſi ꝙ iacenti uiti breuiores materiæ ſummitti debent:reſeces quoqꝫ anguſtius ĩ modũ FVRunculorum relinqui. Et poſt putationẽ quã utiqꝫ autũno in eiuſmodi uinea fieri oportet: uitis tota deflectaťː in alterũ interordiniũ:atqꝫ ita pars ea:quæ fuerat occupata:uel fodiťː:uel aratur:et cũ exculta eſt:eandẽ uitẽ recipit:ut altera quoqꝫ pars excoli poſſit. De pampinatiõe talis uineæ parũ inter auctores cõuenit. Alii negant eſſe nudãdam uitem:quo melius cõtra iniuriam uentorum ferarumqꝫ fructum abſcõdat. Aliis placet parcius pampinare:ut et uitis non in totũ ſuperuacuis frondibus onereťː:et tñ fructũ ueſtire aut ꝓtegere poſſit:quę rõ mihi quoqꝫ cõmodior uideť.

DE ulmariis faciendis. Caput.iiii.

Ed iam de uineis ſatis diximus:nunc de arboribus ſ præcipiẽdũ eſt. Qui uolet frequens et diſpoſitũ arbuſtum paribus ſpaciis fructuoſumqꝫ habere:operã dabit:ne emortuis arboribꝫ rareſcat:ac primã quãqꝫ ſenio ac tempeſtate afflictam ſũmoueat:et in uicem nouellam ſobolẽ ſubſtituat. Id aũt facile cõſequi poterit:ſi ulmoꝵ ſeminarium paratũ habuerit. Quod quomõ et qualis generis faciendum ſit:nõ pigebit deinceps præcipere. Vlmorum duo eſſe genera cõuenit:gallicũ et uernaculũ. ILlud atinia:hoc noſtraſ diciť. Atiniã ulmũ Tremellius Scrofa nõ ferentẽ ametam :quod ẽ ſemen eius arboris falſo eſt opinatus. Nã rariorem ſine dubio creat:et iccirco pleriſqꝫ et ſterilis uideť, ſeminibꝫ inter frondẽ quã prima germinatione edit latentibus. Itaqꝫ nemo ĩſerit ex amera:ſed ex ſobolibus. Eſt aũt ulmus lõge lętior et ꝓcerior: ꝙ noſtras:frondẽqꝫ iucũdiorem bubus præbet.qua cum aſſidue pecus alueris: et poſtea generis alterius frondẽ date iſtitueris:faſtidium bubus affert. Itaqꝫ ſi fieri poterit:totum agꝵ genere uno atiniæ ulmi cõſeremus. Si minus dabimus opã: ut in ordinibꝫ diſponẽdis pari numero VERnaculas et atinias alternemus. Ita ſemp mixta fronde utemur:et quaſi hoc condimento illectæ pecudes fortius iuſta cibarioꝵ conficiẽt.

Furunculoruꝫ: Iam dictum eſt furunculum dici palmitem in uitibus.

De ulmariis. Vlmaria dicuntur ſeminaria, in quibus plantaria ulmoruꝫ adoleſcunt: quæ mox Roborata in arbuſtum transferantur: poſſunt & ipſa arbuſta ulmaria nũcupari: quibꝰ ſcilicet uites maxime copulantur, maximeqꝫ conueniunt, cuꝫ inter uitem & ulmum ſit amicicia ſociabilis.

illud atinia. Plinius de ulmo ſcribẽſ ſic refert. græci duo eiꝰ genera nouere, Montoſam, quæ ſit ãplior. cãpeſtrem, quæ fruticoſa. Italia atinias uocat excelſiſſimas, & ex his ſiccanas illis ꝑfert, quæ nõ ſunt riguæ: alterum genus gallicas. tertiuꝫ noſtrates. denſiore folio & ab eodem pediculo numeroſiore, at quartũ ſilueſtre iter quæ atiniæ nõ ferunt ſamarã. Ita uocať ulmi ſemen, omneſqꝫ e radicuꝫ plantis proueniũt Reliquæ ſemine. Hactenus Plinius qui ſemẽ ulmi uocat ſamaram. quæ amera uocatur, a Columella proinde aut hic, aut illic dictio corrigenda, ne ſit diſſidium inter duos ſcriptores, Quorum alter ex altero non pauca tranſcribit.

Vernaculas: noſtrates italicas domeſticas.

Inſolita lacu erit: Mendoſuꝫ locum ſic emaculo. Inſolata iacuerit idest p dies pluſculos i ſole poſita permāſerit.

Lentorē Vulgo uiſcoſitatē uocabulo barbaro appellant: lentor dictio eſt infrequēs ſed oppido q̄ elegans pliniāiq; ſplēdoris.

Incernem⁹. Cribrabim⁹. icerniculuꝫ gen⁹ cribri ē. Icernere cribrare cribroq; trāſmittere.

Oblitas fimo: Media correpta pronunciādū, nāq; a uerbo oblinor fit oblit⁹, ut illud Naſōis, oblitus a Dominæ cede libell⁹ erit.

Abrādit. Lego abraditur.

Sed uitem maxime populus uidetur alere: deinde ulmus: poſt etiā fraxinus. Populus: quia raram neq; idoneā frondem pecori prębet: a pleriſq; repudiata eſt. Fraxinus quæ capris et ouibus gratiſſima ē nec inutilis bubus: locis aſperis et montoſis: q̄bus minus lætat̃ ulmus: recte ſerit̃. Vlmus: quæ et uitem cōmodiſſime patit̃: et iucūdiſſimū pabulū bub9 affert: uariiſq; generib9 ſoli puēit: ut a pleriſq; refert̃. Itaq; cui arbuſtū nouū inſtituere cordi eſt: ſeminaria ulmoꝝ uel fraxinoꝝ parent̃ ea rōne: quā deiceps ſubſcripſimus. Nā populi melius cacuminib9 in arbuſto ꝑtinus deponūt̃. Igit̃ pingui ſolo et modice humido bipalio terrā paſtinabimus: ac diligenter occatā et reſolutā uerno tempore in areā cōponemus. Ametā deinde quæ iā rubicūdi coloris erit: et cōplurib9 INſolita lacu erit: ut aliquē tñ ſuccū et LENtorē habeat: iniiciemus areis: et eas totas ſeminibus ſpiſſe cōtegemus: atq; ita cribro putrem terrā duos alte digitoſ INcernemus: et modice rigabimus: ſtramētiſq; areas cooperiemus: ne ꝑdeūtia cacumina ſeminū ab auib9 prærodant̃. Vbi deīde ꝑrepſerint plātæ ſtraméta colligemus: et manibus herbas carpemus. Itaq; leuiter et curioſe faciendū eſt: ne adhuc teneræ breueſq; radiculæ ulmoꝝ cōuellāt̃: atq; ipſas qdē areas ita āguſte cōpoſitas habebim9: ut q runcaturi ſūt: medias partes earū facile manu cōtingant. Nā ſi latiores fuerīt ipſis ſeminib9: quę ꝑculcata erūt noxā capiēt æſtate. Deinde priuſq̄ ſol oriat̃: aut ad ueſperū ſeminaria cōſpergi ſæpius q̄ rigari debēt. Et cū ternū pedū plantæ fuerint: in aliud ſeminariū transferri: ac ne radices altius agant. Quæ res poſtmodū in eximēdo magnū laborē affert. Tūc cū plātas in aliud ſeminariū trāſferemus: oportebit nō maxīos ſcrobiculos ſexquipedū inter ſe diſtātis fodere. Deinde radices in nodū ſi breues: uel in orbē coronæ ſimilē ſi longiores erūt inflecti: et OBlitas fimo bubulo ſcrobiculis deponi: ac diligenter circūcalcari. Poſſunt ēt collectæ cū ſtirpibus plantę eadē ratione diſponi. Quod in atinia ulmo fieri neceſſe eſt: quæ nō ſerit̃ ex ameta: ſed hæc ulmus autumni tempore melius q̄ uere diſponit̃: paulatimq; ramuli eius in manu detorquent̃: cū primo biēnio ferri reformidat ictum. Tertio demum ãno acuta falce ABlanditur. Atq; ubi tranſlationi non idonea eſt: ex eo tempore autumni quo terra imbribus permaduerit: uſq; in uernum tempus: anteq̄ radix ulmi in eximendo delibretur: recte ſeritur in ſe. In reſoluta terra ternum pedū quoquouerſus faciendi ſcrobes: at in denſa ſulci eiuſdem altitudinis: q arbores recipiant. præparandi. Sed deinde in ſolo roſcido et nebuloſo conſerendæ ſunt ulmi: ut earū rami ad oriētē et in occidentem dirigantur: quo plus ſolis mediæ arbores: quibus

uitis applicita et religata innititur:accipiant.Quod ſi etiam frumē/
tis conſulemus:uberi ſolo intra quadraginta pedes:exili ubi nihil
ſeritur intra uiginti arbores diſponātur.Cum deinde adoleſcere in/
cipiet:falce formanda et tabulata inſtituēda ſunt.Hoc enim nomi/
ne uſurpant agricolæ ramos truncoſq; promittentis:eoſq; uel pro/
pius ferro compeſcunt:uel longius promittunt:ut uites laxius diſ/
fundantur.Hoc in ſolo pingui:melius illud in gracili.Tabulata in/
ter ſe minus ternis pedibus abſint:atq; ita formenť:ut ſuperior ra/
mus in eadem linea ſit:qua inferior.Nam demiſſum ex eo palmitē
germinantem inferior atteret:et fructum decutiet.Sed quācūq; ar/
borem ſeueris:eam biennio proximo putare non oportet.Poſt de/
inde ſi ulmus exiguum incrementum uerno tempore anteq̄ librū
demit: DEcacumināda eſt iuxta ramulum:qui uidebitur eſſe niti/
diſſimus:ita tamen ut ſupra eum truncum ſtirpem dodrātalem re/
linquas:ad quam dubius et applicatus ramus alligeť:et correptus
cacumen arbori præbeat.Deinde ſtirpem poſt annum precidi et al/
leuari oportet.Quod ſi nullum RAmulum arborideum habuerit:
ſat erit nouem pedes a terra relinqui:et ſuperiorem partem detrun/
cari :ut nouę uirgę quas emiſerāt:ab iniuria pecoris tutę ſint.Sed ſi
fieri poterit uno ictu arborem pręcidi:ſi minus ſerra deſecari:et pla/
gam falce alleuari oportebit:eamq; plagam luto paleato cōtegi:ne
ſole aut pluuis infeſtetur.Poſt annum aut biennium cum enati ra/
muli recte conualuerint ſuperuacuos deputari:et idoneos in ordinē
ſummitti conueniet.Quæ ulmus a poſitione bene prouenerit : le
uiſſimæ uirgæ falce debēt enodari.At ſi robuſti ramuli erūt:ita fer
ro amputentur:ut exiguam ſtirpem prominentē trunco relinquas.
Cum deinde arbor conualuerit:quicquid falce cōtingi poterit: ex/
putandum eſt:alleuandūq; eatenus ne plaga corpori maturius ap/
plicetur.Vlmum autem nouellam ſic formare conuenit.Loco pin/
gui octo pedes a terra ſine ramo relinquēdi:uel in aruo gracili ſep/
tem pedes.Supra quod ſpacium deinde per circuitum in tres parteſ
arbor diuidenda eſt:ac tribus lateribus ſinguli ramuli ſubmittendi
primo tabulato aſſignentur.Mox de ternis pedibꝫ ſuperpoſitis alii
rami ſummittendi ſunt:ita ne iiſdem lineis quibus in ſuperiore po/
ſitis.In eademq; ratione uſq; in cacumen ordināda erit arbor . Atq;
ī frondatione cauendū:ne aut prolixiores pollices fiant:qui ex am/
putatis uirgis relinquūtur:aut rurſus ita alleuenť:ne ipſe trūcus læ/
datur aut DElibreť:nam parum gaudet ulmus:quæ in corpus nu/
datur. Vitandumq; ne duabus plagis una fiat:cum cicatricem non
facile cortex cōprehēdat.Arboris autem perpetua cultura eſt: nō

De cacumināda. cacumie priuāda decacuminare ē cacumē decutere unđ nata decacuminatio/ de qua Plinꝰ.Hæc ſimileꝫ & decacumina/ tio rationē habet cupreſſi piceq̄ credi.hę.n. detracto cacumine aut ignibus adu ſto interierint.

Ramulū arborideū: Arborideꝰ ramus dicitur/qui alitur ut arboreſcat. hoc eſt ut arbor fiat. & arborea magnitudine adoleſcat.

Delibretur:decorticeť. Decorticatio ideſt corticis detractio i feſta eſt & exitialis arboribꝰ.Nā nouellæ in primis arbores cortice in orbe detracto necantur:Excipiť ſuber/ quod ſic ēt iuuatur.

ſolum autem diligenter eandem diſponere:ſed etiam truncum circũ fodere:et quicquid frondis enatum fuerit:alternis aut ferro amputare: aut aſtringere:ne æmula umbra uitis enocear.Cũ deíde arbor uetuſtatem fuerit adepta propter ramum uulnerabitur ita:ut excauetur uſque in medullam:qua ſit exitus humori:quem ex ſuperiore parte concepit. Vitem quoq;:anteq̃ ex toto arbor præualeſcat:conſerere conuenit. At ſi tenerum ulmum maritaueris:nam non ſufferret ſi uetuſtã uitem applicueris:CONiugem necabit:ita ſibi pares eſſe ætate: et uiribus arbores uiteſq; conuenit. Sed arboris maritandæ cauſa SCRObis uiuiradici fieri debet latus pedes duos:ALVus leui terra totidem pedum: graui dipondio et dodrante:longũs pedes ſex habet: minimũ qnq;. Abſit autem hic ab arbore ne minus ſexquipedali ſpacio. Nam ſi radicibus ulmi uinxeris:male uitis comprehendet:et cum tenuerit: incremento arboris opprimetur. Hũc ſcrobem ſi res permittit autumno facito:ut pluuiis et gelicidiis maceretur. Circa uernum deinde æquinoctium binæ uites:quo celerius ulmum ueſtiant:pedem inter ſe diſtantes ſcrobibus deponendæ. Cauendumq; ne aut ſeptemtrionalibus uentis aut rorulentæ:ſed ſiccæ ferantur. Hanc obſeruationem non ſolum in uitium poſitione:ſed in ulmorum cæterarumq; arborum præcipio:et uti cum de ſeminario eximuntur:rubrica noteť una pars:quę nos admoneat:ne aliter arbores conſtituamus: q̃ quemadmodum in ſeminario ſteterint. Plurimũ enim refert:ut eam partem cœli ſpectent: cui ab tenero cõſueuerunt. Melius autem locis apricis:ubi cœli ſtatus neq; prægelidus neq; nimium pluuius eſt autumni tempore:et arbores et uites poſt æquinoctium deponuntur: Sed eæ ita conferendę ſũt: ut ſummam terram quæ aratro ſubacta ſit:ſemipedem alte ſubſternamus:radiceſq; oẽs explicemus: et depoſita ſtercorata (ut ego exiſtimo) ſi minus certe ſubacta operiamus:et circumcalcemus ipſum ſeminis codicem. Vites in ultimo ſcrobe deponi oportet:materiaſq; earum per ſcrobem porrigi:deinde ad arborem erigi:atq; ab iniuria pecoris caueis emuniri. Locis autem feruidis ſemina ſeptemtrionali parte arbori applicãda ſunt:locis frigidis a meridie temperato ſtatu cœli: aut ab oriente aut ab occidẽte:ne toto die ſolẽ uel umbrã patiãť. Proxima deinde putatiõe melius exiſtimat Celſus ferro abſtineri: ipſoſq; colles in modum coronæ contortos arbori circumdari:ut flexurã materiæ profundant:quarum ualidiſſimam ſequente anno caput uitis faciemus. Me autem lõgus docuit uſus:multo utilius eſſe primo quoq; tempore falcem uitibus admouere: nec ſuperuacuis farmẽtis pati ſilueſcere. Sed eam quoq; quæ primo ſummittetur:materiam ferro coercendam cenſeo uſq; in alteram uel tertiam gemmam:quo robuſtiores

Cõiugem negabit:qd ſi legas necabit/ tãq̃ coniugium durabile eſſe ñ poſſit/ ter uitẽ & ulmũ/ niſi ætate & uiribus pares cõueniãt/ nec ualentior infirmiori applicetur.

Scrobis uiuiradici:legẽdũ ſcrobs/ uel ſi libet legere ſcrobis ſcito eẽ caſum rectuȝ.

Aluꝰ. Corrige altꝰ: docet enim q̃ latus & altus eẽ debeat ſcrobs.

palmites agat. Qui cum primum tabulatum apprehenderint: pro/
xima putatione diſponetur omnibus annis: alioquin in SVperius
tabulatũ excitabitur: relicta ſemper una materia: quę applicata trũ/
co cacumen arboris ſpectet. Iamq; uiti conſtiturę certa lex ab agri/
colis imponitur. Pleriq; ima tabulata materiis frequentant uberiorẽ
fructum et magis facilem cultum ſequentes. At qui bonitati uini
ſtudent: in ſummas arbores uitem ꝓmouent: ut quęq; materia ſede
uetita in celſiſſimum quenq; ramum extendunt: ſic ut ſumma uitis
ſummam arborem ſequatur: id eſt ut duo palmites extremi trunco
arboris applicent̃: qui cacumen eius ſpectent: et prout quiſq; ramus
conualuit: uitem accipit. Plenioribꝰ ramis plures palmites alius ab
alio ſeperati imponantur: gracilioribus pauciores. Vitiſq; nouella
tribus toris ad arborem religetur: uno qui eſt in crure arboris a ter/
ra quattuor pedibus diſtans: altero qui ſumma parte uitem capit:
tertio qui mediam uitem complectitur. Torum unum imponi ta/
men oportet: quom uires uitis adimit: interdum tamen neceſſarius
habetur: cum aut arbor ſine ramis truncata eſt: aut uitis præualens
in luxuriam euagatur. Cætera putationis ratio talis eſt: ut ueteres
palmites: quibus proximi anni fructus pependit: omnes recidan/
tur noui circuncisis undiq; capreolis et nepotibus: qui ex his nati
ſunt: amputati committantur. Et ſi lęta uitis eſt: ultimi potius pal/
mites PER cacumina ulmorũ præcipitentur. Si gracilis trunco ꝓ/
ximis mediocris ĩcedit: cum ultimus palmes plurimum fructum
affert: proximus nimium: uitemq; exhaurit atq; attenuat. Maxime
autem ꝓdeſt uitibus omnibus annis reſolui. Nã et cõmodius eno/
dantur: et refrigerant̃: cum alio loco alligatæ ſunt: minuſq; lædũt̃:
ac melius conualeſcunt: atq; ipſos palmites ita tabulatis ſuperponi
conuenit: ut a tertia gemma uel quarta religati dependeant: eoſque
non conſtringi: ne ſarmentum uineæ præcidatur. Quod ſi ita lon/
ge tabulatum eſt: ni materia parum commode in id perduci poſſit:
palmitem ipſum uiti alligatum ſuper tegmina religabimus. Hoc
ideo fieri præcipimus: quia quæ pars palmitis præcipitata eſt: fruc/
tu induitur. At quæ uinculo adnexa ſurſum tendit: ea materias ſe/
quente anno præbet. Sed ipſorum palmitum duo genera ſunt. Al/
terum quod ex duro prouenit: qđ quia prio anno plerũq; frondem
ſine fructu affert: pampinarium uocant. Alterum quod ex anniculo
palmitem procreat. Quod quia protinus creat: fructuarium appel/
lant. Cuius ut ſemper habeamus copiam in uinea: palmitis partes
ad tres gemmas religandæ ſunt: ut quicquid intra uinculum
eſt: materias exigat. Cum deinde annis et robore uitis conualuit:

Superiuſ tabulatuꝫ. Tabulata ĩ arboribus ſũt ordines ramorũ, de quibus ait poeta, aſſue ſcant, ſum/maſq; ſequi tabulata ꝑ ulmos: quẽ locũ enar/rans Seruiꝰ ait tabula/ta ſunt ra/mi effuſio/tes, & i pla/na tenden/tes non ad altiora cre/ſcentes, ſũt in arbori/bus ima & ſumma ta/bulata ra/morũ: Pli/nius docet tabulata ul/morum ab octauo pe/de altitudi/nis dilatari in collibus ſiccisque a/gris, a duo/decimo in campeſtri/bus & hu/midis.

Per cacu/mina moꝝ: Corrigo ulmorum.

Traduces. De traducib⁹ ſupra factum eſt ãno/tamen/tuꝛ/qñ uitis ab arbore ad arbores traducit. Refecti. lego relecti/unde & reſeces dicti. Traducti/bus: legendũ eſt traducib⁹. recto caſu ſingulari dicitur tradux

TRAduces in ꝓximã quãq; arborẽ mittendę: eaſq; poſt bienniũ amputare: ſimul atq; alias teneriores trãſmittere cõuenit: nã uetuſtate uitẽ fatigãt. Nõnunq̃ etiã cũ arborẽ totã uitis cõprehẽdere neqt: ex uſu fuit partẽ aliquã eius deflexã terræ ĩmergere: et rurſus ad eãdẽ arborẽ duaſ uel tres ꝓpagines excitare: quo pluribꝰ uiribus circũuenta celerius ueſtiat̃. Viti nouellæ pampinariũ ĩmitti nõ oportet: niſi neceſſario loco natus ẽ: ut uiduũ ramũ maritet. Veteribꝰ uiribꝰ loco nati palmites pãpinarii utiles ſunt: et pleriq; ad tertiã gemmã REfecti optime ſubmittunt̃. Nã inſequẽti ãno materias fundũt. Quiſqs aũt pampinus loco natus in expurãdo uel alligando fractus eſt: modo ut aliquã gemmã habuerit: extolli nõ oportet: cũ ꝓxĩo ãno uel ualidiorẽ materiã ex una creauit. Præcipites palmites dicũt̃: q de hornotinis uirgis enati ĩ duro alligant̃. Hi plurimũ fructus afferũt: ſed plurimũ matri nocent. Itaq; niſi extremis ramis: aut ſi uitis arboris cacumen ſuperauit: præcipitari palmitẽ nõ oportet. Quod ſi tñ id genus colis ꝓpter fructũ ſũmittere qs uelit: palmitẽ ĩtorqueat. Deinde ita alliget et præcipitet. Nã et poſt eũ locũ quẽ ĩtorſeris: lætã materiam citabit: et pręcipitata minus uinũ ĩ ſe trahet: q̃uis fructu exuberet. Præcipitẽ uero plus ãno pati nõ oportet. Alteꝝ ẽ genus palmitis: quod de nouello naſcit̃: et ĩ tenero alligatũ depẽdet. Materiã uocamus: ea et fructũ et noua flagella bene procreat. Et iã ſi ex uno capite duæ uirgæ ſũmittant̃. tñ utraq; materia dicitur. Nã pãpinarius quã uim habeat: ſupra docui. Focaneus eſt: q inter duo brachia uelut in furca de medio naſcit̃. Eũ colẽ deterrimũ eſſe cõperi: q, neq; fructũ ferat: et utraq; brachia inter quæ natus eſt: attenuet: itaq; tollẽdus eſt. Pleriq; uitem ualidam et luxurioſam falſo crediderũt feraciorem fieri: ſi multis palmitibus ſubmiſſis oneret̃. Nã ex pluribus uirgis plures pampinos creat: et cũ ſe multa fronde cooperit: peius deflorer: nebulaſq; et rores diutius cõtinet: omnẽq; uiã ꝑdit. Validã ergo uitem in ramos deducere cenſeo: et TRAductibus diſpergere atq; durare: certoſq; uinearios coles pręcipitare: et ſi minus luxuriabit̃: ſolutas materiaſ relinquere: ea rõne uitẽ feraciorẽ facere. Sed ut denſũ arbuſtũ cõmẽdabile fructu et decore eſt: ſic ubi uetuſtate tareſcit: pariter et iũtile et inuenuſtũ eſt. Quod ne fiat diligẽtis patriſfamilias eſt primam quãq; arborẽ ſenio defectã tollere: ut in eius locũ nouellã reſtituere uitem queat: nec eã uiuiradice frequentare: ea et ſi ſit facultas: ſed quod ẽ longe melius ex ꝓximo propagare. Cuius utriuſq; ratio conſimilis ẽ. Atq; hæc de italico arbuſto ſatis præcepimus.

## De arbuſto gallico. Caput. v.

e Sr alterũ genus arbuſti gallici: qđ uocat̃ rũpotinũ. Id deſiderat arborẽ humilẽ nec frondoſam. Cui rei maxime uidet̃

idonea populus . Ea ē arbor cerro ſimilis:qnetiam cornus et carpinus et ornus:nōnunq̄ et ſalix a pleriſq; ī hocipſum diſponit̄. Sed ſalix niſi in aquoſis locis:ubi aliæ arbores difficiliter cōprehendūr:ponēda nō eſt:quia uini ſaporem infeſtat. Poſt etiā ulmus ſic diſponit̄:ut adhuc tenera decacuminet̄: ne altitudinem qndecim pedū excedat. Nam fere ITA conſtitutū ſupra animaduerti:ut ad octo pedes locis ſiccis et cliuoſis:ad duodecim locis planis et uliginoſis tabulata diſponant̄. Pleruq; aūt ea arbor in tres ramos diuidit̄:qbus ſingulis ab utraq; parte cōplura brachia ſūmittunt̄:tū omnes pene uirgę ne umbrēt eo tēpore:quo uitis putat̄:adradunt̄. Arboribus rūpotinis frumētū nō inſerit̄. In utrāq; partem uiginti pedū ſpacia interueniūt. At ſi ſegetibus indulget̄: in alteram partē quadraginta pedes:ī alterā uiginti relinquunt̄. Cętera ſimili rōne:atq; in arbuſto italico adminiſtrant̄:ut uites longis ſcrobibus deponant̄:ut eadem diligentia curet̄:atq; ī ramis deducat̄:ut nō noui traduces omnibɔ ānis iter ſe ex arboribɔ ꝓximis cōmittāt̄ : et ueteres decidāt̄. Si tradux ducē nō cōtingit:media uirga īter eas deligetur. Cū deīde fructus pōdere urgebit:ſubiectis adminiculis ſuſtineat̄. Hoc aūt genus arbuſti cætereq; oēs arbores quāto altius arant̄ et circūfodiūt̄:maiore fructu exuberant:qđ an expediat patrifamilię facere:DICtu docet. De generibɔ oleaꝶ. Cap. vi

O Mnis tñ arboris cultus ſimplicior q̄ uineatū ē:longeq; ex oībɔ ſtirpibɔ minorē īpenſā deſiderat oleat quę pría omniū arboꝶ ē:nā q̄uis nō cōtinuis ānis ſed fere altero quoq; fructum afferat:eximia tñ eius ratio eſt: ꝙ leui cultu ſuſtinet̄:et cū ſe nō īduit:uix ullā īpenſā poſcit. Sed et ſi quam recipit:ſubinde fructus multiplicat. Neglecta cōpluribus annis non ut uinea deficit:eoq; ipſo tempore aliqđ etiā interim patrifamilię præſtat:et cū adhibita cultura ē: uno āno emēdet̄. Quaꝶ etiā nos ī genere arboris diligēter ꝑcipere cēſuim⁹. Oleaꝶ ſicut uitiū plura genera eē arbitror:ſed in meā noticiā decē mō ꝑuenerūt. Pauſia:algiana: liciniana: ſergia:neuia:culminia : ORchis: REgiona circiter:murtea.

Ita conſtitutum ſupra. Videbit̄ legendum. Ita conſtitutum rumpotinuꝫ animaduerti. eſt enim rumpotinum ſiue rumpotinetum genus arbuſti gallici, ut hoc eodem capite docet Columella, qui mox ait. Arborib⁹ rumpotinis frumentum, Non inſeritur. M. Varro tradit traduces aqbuſdā rumpos appellari, ubi ex arborib⁹ in arbores traductis uitibus uinea fit.

Dictu docet. Locutio inſulſa & citra intellectum: ꝑinde corrigo, uſus docet, ſupra inquit me longus docuit uſus, & ſane uſus ē magiſter egregius, & qui in artib⁹ maxime dominatur, peculiariterque in agricultura.

Orchoſ. Legenduꝫ orchis, ſpecies oliuæ eſt, & nomē orchis ſiue orchites, Virgilius tria oliuarū genera dixit illo uerſu. orchites & radii & amara poſia bacca. In codicibus mendoſis legit̄ orchades, autumant grammatici orchites dici a forma teſtium, qui gręci nominātur ορχεις. Vnde & buteonem quod genus eſt accipitris, triorchen uocant, quia ſcilicet tris numero teſtes habet.

Regiona. Legendum regia Plinius, preſertim cum magnitudine copiam olei non conſtare indicio ſint quæ regiæ uocantur ab aliis maiorinæ & ab aliis phauliæ grādiſſimę alioquin minimo ſucco, hoc idem monſtrat Columella hoc eodem capite.

Ar⸗buſt⁹. Lego aibu⸗t⁹.qd nomē arbo⸗riſeſt⸗ alio noie une⸗donē dicūt.

Ex quibus bacca iucundiſſima eſt pauſia: ſpecioſiſſima eſt regia etiam uirga: quæ potius eſcæ q̄ oleo eſt idonea. Pauſiæ tamen oleum ſaporis egregii: dum uiride eſt: nam rumpitur. Orches quoq; et radius melius ad eſcam: q̄ in liquorem ſtringitur. Oleum optimum licinia dat plurimum ſergia. Omniſque olea et maior fere ad eſcam: minor oleo eſt aptior. Nulla ex his generibus aut perferuidum: aut gelidum ſtatum cœli patitur. Itaq; æſtuoſis locis ſeptemtrionali colle: frigidis meridiano gaudet. Sed neq; depreſſa loca neq; ardua: magiſq; modicos cliuos amat: quales in italia ſabinorum uel tota prouincia bætica uidemus. Hanc arborem pleriq; exiſtimant ultra ſexageſimum a mari aut non uiuere: aut nō eſſe feracē. Sed in q̄buſdā locis recte ualet. Optime uapores ſuſtinet pauſia: frigus ſergia. Aptiſſimum genus terræ eſt oleis: cui glarea ſubeſt: ſi ſuperpoſita creta ſabulo admixta eſt. Nō minus probabile eſt ſolum: ubi pinguis ſabulo eſt. Sed et denſior terra: ſi uuida et læta eſt: commode recipit hāc arborem. Creta ex toto repudianda eſt: magis etiam ſcaturiginoſa: et in qua ſemper uligo conſiſtit. Inimicus eſt etiam ager ſabulo macer et nuda glarea. Nam et ſi non emoritur in eiuſmodi ſolo: nunq̄ tamen conualeſcit. Poteſt tamen in agro frumētario ſeri: uel ubi ARbuſtus aut ilex ſteterant. Nam quercus etiam exciſas radices noxias oliueto relinquit: quarum uirus enecat oleā. Hæc in uniuerſum de toto genere huius arboris habui uobis dicere. Nūc per partis culturam eius exequar.

## De ſeminariis oliuarum faciendis. Cap. vii.

ſEminarium oliueto præparetur cœlo libero modo modice ualido et ſucceſo: neq; dēſo neq; ſoluto ſolo: potius tamen reſoluto. Id genus terræ fere nigræ eſt: quam cum in tres pedes paſtinaueris et alta foſſa circumdederis: ne aditus pecori detur. Infracturi ramoſ nouellos proceroſ et nitidos: quos comprehenſos manus poſſit circumuenire: hoc eſt manubrii craſſitudine feraciſſimos arboribus adimito: et q̄ recentiſſimo taleas recidito: ita ut ne corticem aut ullam aliam partem: quam ferra præciderit: lædas. Hoc autem facile contingit: ſi prius uiam feceris: et eam partem ſupra quā ramum ſecaturus es fœno aut ſtramentis texeris: ut molliter et ſine noxa corticis taleæ ſuperpoſitæ ſecentur. Taleæ inde ſexquipedales ferra pręcidanť: atq; illæ plagæ utraq; parte falce leuentur: et rubrica notētur: ut ſic queadmodum in arbore ſteterat ramus: ita pars recte et cacumine cœlum ſpectās deponatur. Nam ſi immerſa mergatur difficulter comprehendit: et cum ualidius conualuit: ſterilis in perpetuū eſt. Sed oportebit palorum capita et imas partes mixto fimo cum cinere oblinire: et ita totos eos immedeti: ut putris terra quattuor digitis alte ſuperueniat. Sed binis inducibus ex utraq; parte humantur. Hi ſunt de qualibet arbore breui ſpacio iuxta eas poſiti: et inter ſe uinculo cōnexi:

ut facile ſinguli deiiciantur. Hoc facere utile eſt propter foſſorũ igno/
rantiam: ut cum bidentibus aut ſarculis ſeminariũ colere inſtitueris:
depoſitæ taleæ non lædantur. Quidam melius exiſtimant. oculis ex/
colere: corde ſimili ratione diſponere. Sed utrunq; debet poſt uernum
æquinoctium ſeri: et q̃ frequentiſſime ſeminarium primo anno ſarriri:
poſtero et ſequentibꝰ cũ iã radiculę ſeminum cõualuerint: raſtris ex/
coli. Sed biennio a putatione abſtineri: tertio anno ſingulis ſeminibus
binos ramulos relinqui: et frequenter ſarriri ſeminarium conuenit.
Quarto anno ex duobus ramis infirmior amputandus eſt: ſic excul/
tæ quinquennii arbuſculæ habiles tranſlationi ſunt. Plantæ autem in
oliueto diſponuntur optime ſiccis et uliginoſis agris per autumnum:
lætis et humidis uerno tẽpore paulo anteq̃ germinent. Atq; ipſis ſcro
bes quaternum pedum præparantur anno ante. Si uel tempus non lar/
giť: priuſq̃ deponãť arbores: ſtramẽtis incendanť ſcrobes: ut eos ignif
putres faciat: quos ſol et pruina facere debuerit. SPAciũ uitis me de/
beri pingui et frumentario ſolo ſexagenum pedũ in alteram partem:
atq; in alteram quadragenum: macro nec idoneo ſegetibus quidem
et uicenum pedum. Sed in fauonium dirigi ordines conuenit: ut æſti/
uo proflatu refrigerentur. Ipſæ autem arbuſculæ hoc modo poſſunt
trãſferri: anteq̃ plantarias arbuſculas effodias ſolo: rubrica notato par/
tem eius: quæ meridiem ſpectet: ut eodem modo quo ĩ ſemĩario erat:
deponatur. Deinde ut arbuſculæ ſpacium pedale in circuitu relin/
quatur: atq; ita cum ſuo ceſpite planta eruatur. Qui ceſpes in eximen/
do ne ſoluatur: modicos ſurculos uirgarum inter ſe connexos facere
oportet: eoſq; pila quæ eximuntur applicare: et uiminibus ita innecte/
re: ut conſtrictæ terræ uelut incluſa teneatur. Tum SVBruta parte una
leuiter pilam cõmouere: et ſuppoſitis uirgis alligare: atq; plantã trãſ/
ferre. Quæ anteq̃ deponatur: oportebit ſolum ſcrobis copia fodere bi/
dentibus: deinde terram aratro ſubactam: ſi tamen pinguior erit ſum/
ma humus/mittere: et ita ſeminibus ſubſternere: et ſic confectis ſcro/
bibus aqua omnis hautienda eſt: nuſq̃ dimittantur arbores. Deinde ĩ/
gerendi minuti lapides: et glarea mixta pingui ſolo depoſitiſq; ſemi/
nibus latera ſcrobis circumcidenda: et aliquid ſtercoris interponendũ.
Quod ſi cum ſua terra planta non conuenit: tamen optimũ eſt omni
fronde priuare truncum: atq; leuatis plagis acinoq; et cinere obturis
ſcrobe uel ſulco deponere trũcos. Gratus autem magis eſt: qui brachii
craſſitudinem habet. Poterit etiam longe maioris incrementi et robu/
ſtioris transferri: quem ita conuenit poni ut ſi non periculum a pecore
habeat: exiguus admodum ſupra ſcrobẽ emineat: lætus enim frõdet.
Si tñ incurſus pecoris aliter uitari non poterit: celſior truncus conſti/

Spacĩũ uitis me deberi. Videť corrigẽdum eẽ ſpaciũ metiri/ ut ſenſus ſubſiſtat/ conuenit eniz metiri ſpaciuz & interuallũ/ quo oliuæ ſũt ponendæ/ dictio illa uitis ĩmigrãs in alienũ domiciliũ obelo confodienda eſt/ tãq̃ ſupuacanea.

Sub bruta pte una. Lego ima id eſt infima.

tuetur:ut ſit innoxius ab iniuria pecorum. Atq; etiam rigandæ ſũt planræ:cum ſiccitares inceſſerunt:nec non poſt biennium ferro tan/gẽdæ. Ac primo SARculari debẽt:ita ut ſimplex ſtilus altitudĩem maximi ſcrobis excedat. Deinde arando coxam bos aliamq; partẽ corporis offendat. Optimum eſt etiam conſtitutas plantas circum/uenire. Gaudeas deinde conſtitutum iam et maturum oliuetum in duas partes diuidi:quæ alternis fructu induantur. Neq; enim olea continuo biennio DEberrat. Quom ſubiectus ager conſitus nõ ẽ: arbor coliculum agit:cum ſeminibus repletur fructum affert. Sed id minime bis anno arari debet:et bidentibus alte cirũfodiri. Nam poſt ſolſtitium cum terra æſtibus hiat:curandum eſt ne per rimas ſol ad radicem arborem penetret. Poſt ęquinoctium autumnale ita ſunt arbores ablaqueandæ:ut a ſuperiore parte ſi olea in cliuoſo eſt: INcilia excitentur:quæ ad codicem deducant. Omnis deinde ſo/boles quæ EX imo ſtirpe nata eſt:quotannis extirpãda eſt. Ac ter/tio quoq; fimo uel pabulandæ ſunt oleæ. Atq; eadem ratione ſter/corabitur oliuetum:qua in ſecundo libro propoſui:tamen ſegetibꝰ proſpicietur. Ac ſi ipſis tantummodo arboribꝰ ſatis ſeruaueris:ſin/gulis ſtercoris caprini ſex libræ ſtercoris ſicci modii ſinguli uel a/murcæ in ſnigulis. Cõditũ ſtercus autumno debet iniici:ut ꝑ mix/tum hiemi radices oleæ calefaciat. Amurca ualentibus infundenda eſt:nam eius per hiemem ſi uermes atq; alia ſuberũt aĩalia:hoc me/dicamẽto necãtur. Plerũq; etiã locis ſiccis et humidis arbores muſ/co infeſtantur:quem niſi ferramento reſecueris:nec fructum nec læ/tam frondem olea inducet. Quinetiam cõpluribus interpoſitis an/nis oliuetum putandum eſt. Nam ueteris prouerbii meminiſſe cõ/uenit: Eum qui arat oliuetum rogare fructum:qui ſtercoret exora/re:qui cædat cogere. Quod tamen ſatis erit octauo anno feciſſe: ne fructuarii rami ſubinde amputentur. Solent etiam quãuis lætæ ar/bores fructum non afferre. Eas terebrari gallica terebra cõuenit:atq; ita in foramen uiridem taleam oleaſtri dimitti:ſic uelut inita arbor fœcundo ſemine fertilior exiet. Sed ſine ablaqueatione adiuuan/da eſt amurca inſulſa cum ſuilla uel noſtra urina uetere. cuius utri/uſq; modus ſeruatur. Nam maximæ arbori ni tantumdem aquæ miſceatur: VNTIA abunde erit. Solent etiam uitio ſoli fructum oleæ necare. Cui rei ſic medebimur. Altis gitis ablaqueabimus eas: deinde calcis pro magnitudine arboris plus minuſue circumdabi/mus. Sed minima arbor modicum poſtulat. Hoc remedio ſi ni/hil fuerit effectum: ad præſidium inſitionis confugiendum erit. Quemadmodum autem olea inſerenda ſit:poſtmodum dicemus.

Surculari debẽt:lego ſarculari hoc eſt ſarculo circũfodi.

Deberat. Legendum deerrat pro eo quod eſt aberrat & fallit.

Incilia ex/citẽtur:In/cilia foſſæ ſunt. quæ ĩ agris fiunt/ad aquã de/ducendam/dicuntur & deriuatiões de riuo cõ/mũi factæ. porti? Ca/to/icilia api re aquã de/ducere uiaſ & ſegetem curaſ opor/tet/ut fluat itẽ in mon/te foſſas in/ciles puras habere o/portet.

Ex uno ſtirpe:puri/or lectio ẽ/ex imo.

Vna abũ/de erit:I.e/gendũ un/cia/ſignifi/cat enĩ3 un/ciam urinæ mixtã aqua abũde ſuf/ficere ad o/leam maio/rem medi/candam.

Nónúq̃ etiam in olea unus ramus cæteris aliquanto eſt lætior:quē
niſi recideris:tota arbor cōtriſtabit̃. Ac de oliuetis hactenus dixiſſe
ſatis eſt. Supereſt pomiferarú arború:cui rei deinceps præcepta da/
bimus.

De arboribus pomiferis. Cap. viii.

m Odú pomarii:priuſq̃ ſemen ſeras:circúuenire maceriis uel
foſſa præcipio: Vel SAEpe non ſolum pecori:ſed homini
tranſitú negare:cú ſi ſæpius cacumina manu detracta: aut
a pecoribus prærosa ſunt:in ꝑpetuú ſeminarium crementum cape/
re nequeunt. Generatim autem diſponere arbores utile ē: maxime
ne etiam imbecilla a ualentiore prematur:quia nec uiribus nec ma/
gnitudine par ē:impariq; ſpacio temporis adoleſcit. Terra:quæ ui/
tibus apta ē:arboribꝰ ē utilis. Ante ánú:q̃ ſeminare uoles:ſcrobem
fodies:ita ſole pluuiaue macerabit̃:et quod poſitú ē:cito cōprehen/
det. At ſi eodē anno et ſcrobem et arbores ſerere:minime ante duos
menſes fodito ſcrobes:poſtea ſtramentis incenſis calefacito. Quos
ſi latiores patēnioreſq; feceris:lætiores uberioreſq; fructus percipies.
Sed ſcrobs clibano ſimilis ſit:imus ſúmo patentior:ut laxius radi/
ces uagēt̃:ac minꝰ frigoris hieme minuſq; æſtate uaporis ꝑ āguſtú
os penetret:etiam cliuoſis locis terra:quæ in eum congeſta eſt:plu/
uiis non abluatur. Arbores raris interuallis ſerito:ut cum creuerint
ſpacium habeant:quo ramos extendāt. Nam ſi ſpiſſe poſueris:nec
infra ſerere quid poteris:nec ipſæ fructuoſæ erút: NISI interraſeris.
Itaq; īter ordinem quadragenos pedes minimumq; tricenos relin/
quere conuenit. Semina lege craſſa non minus:q̃ manubrium bi/
dētis:RECta leuia ꝓcera ſine ulceribus īregro libro:ea bene et cele/
riter comprehendent. Si ex ueteribus ramis ſumes de iis: qui quot
annis bonos et uberes fructus afferunt:ac illos magis qui ſunt con/
tra ſolem:q̃ qui ramis aut plantis conentur. Sed anteq̃ arbuſculas
tranſferas:notabis uentos:qbus antea erunt conſtitutæ:poſtea ma/
nus admoueto:ut precliuo et ſicco in humidum agrum transferas.
Trifurcam maxime ponito. Ea extent minime tribus pedibus. Si
eodem ſcrobē duas aut tres arbuſculas noles conſtituere: cura/
to ne inter ſe conſtringat; aut uermibus interibunt. Depone dex/
tra ſiniſtraq; uſq; in imum ſcrobem faſciculos ſarmentorum bra/
chii craſſitudinis demittito:ita ut ſupra terram paulum extent: per
quos æſtate paruo labore aquam radicibꝰ ſumminiſtra. Arbores ac
ſemina cum radicibꝰ autúno ſerito:hoc eſt circa idus octobr̃. Vere
anteq̃ germinēt arbores deponito. Ac ne tinea moleſta ſit ſemini/
bus ficulneis:ī imum ſcrobē lentiſci taleā inuerſo cacumine demit/
tito. Ficú frigoribꝰ ne ſerito. Loca aprica calculoſa glareoſa interdú

Sed ſæpe. Senſus eſt pomarium īagro mu/niendú eſſē maceria, de qua ſu̅ ē dictum eſt, uel foſſa uel ſe/pe hoc ē ſe/pimento/ē eni nomen non aduer/bium/cuiuſ rect⁹ ē ſeps ſiue ſepes.

Niſi in/terraſeris: ſicuti ſupra Ita hic q° q; corrigēdu̅ eſt interra/ſeris. nāq; ī/terradi di/cuntur ar/bores. quā/do rami in/termedii ſuccidunt̃/ quoniā dē/ſitas officit: Ideoq; laxi/oribꝰ inter/uallis ſerē/dæ ſunt ar/bores. īter/radi gau/dent oliuæ auctore pli/nio.

Recta læ/uia: Polita minime ſca/bra produ/citur prima ſyllaba.

et ſaxea amat. Eiuſmodi arbor cito cōualeſcit:ſi ſcrobes am/
plos patenteſq; feceris. Ficorū genera:et ſi ſapore atq; habitu
diſtant:uno modo id eſt ꝑ differentia agri ſerunť. Locis fri/
gidis autūni tēporibus et aquoſis præcoques ponito:ut ante
pluuiá fructū deligas. Locis calidis biberna ſerito. Aut ſi uo/
les ficum ꝗuis nō natura ſerá facere:tū groſſulos priorē fruc/
tum decutito:iterū alterū edet:quē in hieme differt. Nōnūq̄
etiā:quom frondere cœperunt arbores:cacumina fici ferro ſū/
ma ꝓdeſt amputare:ſic firmiores arbores et feraciores ſūt. Ac
ſemper conueniet:ſimulatq; folia agere cœperint ficus:rubri/
cam amurca diluere:et cum ſtercore humano ad radicem in/
fundere. Ea res efficit uberiorem fructū:et partū fici pleniorē
et meliorem. Serendæ ſunt autē præcipue liuianæ: africanæ:
chalcidicæ:ſulcæ:lydiæ:caliſtrutiæ:topiæ:rhodiæ:libycę:hi/
bernæ:oēs etiá biferæ:et triferæ floſculi. Nucem græcam ſe/
rito circa kal. febř. quæ prima gemma ſit. Agrū durū calidū
ſiccum deſiderat. Nam in locis diuerſis nucem ſi depoſueris:
plerūq; putreſcit. Anteq̄ nucē deponas:ī aqua mulſa nec mi/
nus dulci macerato. Ita iucundioris ſaporis fructum cū ado/
leuerit:præbebit:et īterim melius atq; celerius frōdebit. Ter/
nas nuces ītrigonū ſtatuito: VT nux genimine palmo abſit:
et áceps ad fauoniū ſpectet. Omnis aūt nux uná radicē mit/
tit:et SIMplici ſtolone prorepit. Cū ad ſcrobis ſolū radix p/
uenit: duritia humi coercita recuruať:et ex ſūmo dū ramoꝝ
ambas radices emittit. Nucem græcam et auelanam tarenti/
nam facere hoc modo poteris. In quo ſcrobe deſtinaueris nu/
ces ſerere:in eo terram minutam ꝓpemodū ſemipedis poni/
to:ibiq; ſemen ferulæ repangito. Cū ferula fuerit enata: eam
findito:et in medulla eius ſine putamine nucem græcam aut
auelanam abſcondito:et ita adobruito:hoc ante kal. mar. fa/
cito:uel etiam inter nonas et idus mar. Eodem tēpore iuglā/
dem et pineam et caſtaneam ſerere oportet. Malum punicum
uere uſq; in kal. aprilis recte ſeritur. Quod ſi acidum aut mi/
nus dulcem fructū feret:hoc modo emendabiť. Stercore ſuil/
lo et humano urinaq; uetere radices rigato. Ea res et fertilem
arborem reddet:et primis annis fructū uinoſum et poſt qn/
quēnium dulcem et apyrenum facit. Nos EXIguū admodū
laſeris uino diluimus:et ita cacumina arboris ſumma obleni/
mus:ea res emendabit acorem malorum. Mala punica ne in
arbore uētre medio rūpanť:lapides tres:quom ſeres arborē:

Vt nux genimi/
ne palmo. In tertio
eadem fere uerba
leguntur:quæ utro/
biq; ſic ſūt emacu/
landa. ut nux a nu/
ce minime palmo
abſit. & acies fauo/
nium ſpectet. Ta/
lia enim ſeruantur
ī ſatiōe nucis græ/
cæ.

Simplici ſtolōe:
Plinius ſtolones in
arborib⁹ appellat
fruticationē inuti/
lez. Vnde & ſtolo/
num liciniæ genti
inditum cognomē
.M. Varro plāiſſi/
me ſcribit de ſtolo/
nibus cuius uerba
ſubſcripſi:quæ ſūt
hæc. Nā ſtolōis il/
la lex q̄ uetat plus
quingenta iugera
habere ciuem Ro/
manum:& qui ꝓ/
pter diligētiá cul/
turæ ſtolonum cō/
firmauit cognomē
ꝙ nullus ī eius fū/
do reperiri poterat
ſtolo:ꝙ effodiebat
circum arbores ra/
dices:quæ naſce/
renť ex ſolo. quos
ſtolones appella/
bant.

Exiguū laſeris:
Virgultum clariſ/
ſimum eſt nomine
laſerpicium:quod
græci Silphion uo
cant:cuius ſuccuz
uocāt laſer magni/
ficum in uſu medi/
camētiſq;:& ad pō/
dus argētei dena/
rii penſum:in Cy/
renaica prouincia
ꝓſtātiſſimuz:unde
Epitheto optimo
catull⁹ cyrenas la/

ad radicem ipſam collocaueris. At ſi iam arborem ſitam habueris:
ſcillam ſecũdum radicem arboris ſerito. Alio modo cum iam ma/
tura mala fuerint: anteq̃ rumpantur: ramulos quibus dependent ĩ/
torqueto: eodem modo ſeruabuntur incorrupta etiã toto anno. Pi/
rum autumno ante brumã ſerito: ita ut minime dies. xxv. ad bru/
mam ſuper ſint. Quæ ut ſit ferax: cũ adoleuerit alte eam ablaquea/
to: et iuxta ipſam radicem truncum findito: et fiſſuram cuneo tedæ
pineæ adiicito: et ibi relinquito: deinde abſumpta ablaqueatione:
cinerem ſuper terram iniicito. Curandum eſt autẽ: ut q̃ generoſiſſi/
mis piris pomaria cõſeramus. Ea ſũt cruſtumina: regia: ſignina: ta/
rentina quę ſyria dicuntur: purpurea: ſuperba: hordeacea: anitianea:
neuiana: fauoniana: laterirana: dolabelliana: turraniana: uolema:
mulſa: præcocia: uenerea. Quædam alia quorum enumeratio nunc
longa eſt. Præterea malorum genera exquirenda maxime ſcãdiana
matiana orbiculata ſextiana peluſiana ametina ſyrica melimela cy/
donia quorum genera tria ſũt: ſtruthia: chryſomeliana: muſtea. quę
omnia non ſolum uoluptatem: ſed etiã ſalubritatem afferunt. Sor/
bi quoq; et armeniaci atq; perſici nõ minima ẽ gratia. Et mala ſor/
ba pruna poſt mediam meſſem uſq; in idus febr̃. ſerito. Mororũ ab
idibus febr̃. uſq; ad eqnoctiũ ſatio eſt. Siliquã græcã: quã qdã κερα'/
τιον uocant: et perſicum ãte brumã per autumnum ſerito. Amyg/
dala ſi parum ferax erit forata arbore lapidem adigito: et ita librũ
arboris inoleſcere ſinito. Omnium autem generũ ramos circa kal.
mar. ĩ hortiſ ſubacta et ſtercorata terra ſupra puluiõs areaſ; diſpõere
conuenit. Dãda eſt opera: ut dũ teneros ramulos habent: ueluti pã/
pinentur: et AD unum ſtilum primo acino ſemina redigãtur: et cũ
autumnus inceſſerit anteq̃ frigus cacumina adurat: omnia folia de/
cerpere expedit: et ita craſſis arundinibus quæ ab ima parte nodos
integros habeat: uelut pileis ſic inducere: atq; a frigore et gelicidiis
teneras adhuc uirgas tueri. Poſt uigintiquattuor deinde menſes ſi/
ue traſferre et diſponere in ordinem uoles: ſiue inſerere ſatis tute ut/
rumq; facere poteris. Sed omnis ſurculus inſeri poteſt: ſi non eſt ei
cui inſeritur arbori cortice diſſimilis. Si uero etiam ſimilem fructũ
et eodem tempore affert: ſine ſcrupulo egregie inſeritur.

De tribus inſitionum generibus. Cap. ix.

Ria genera porro inſitionum antiqui tradiderũt. Vnum
t quo reſecta et fiſſa arbor reſectos ſurculos accipit. Alterũ
quo reſecta inter librũ et materiam ſemina admittit: quæ
utraq; genera ueris temporis ſunt. Tertium quo ipſas gemmas cũ
exiguo cortice in partem ſui delibratam recepit: quã uocãt agricolę

ſerpici ferat nominauit/ Palladius græco uo/ cabulo opõ Cyrenaicũ appellat la/ ſer q̃ſi ſuc/ cũ cyrenai/ cũ galenus quoq; opi cyrenaici mentiones crebro facit ĩtelligi uo/ lẽs hº laſer. q̃uis mẽdo/ ſa hæc dic/ tio legat̃ in codicibº ĩ/ preſſis. Pli/ nius de la/ ſere ſcribit hæc. laſer ex Silphio pfluens in/ ter eximia eſt naturæ dõa nume/ ratum plu/ ribus com/ poſitionibº inſeritur p ſe aũt algo/ res excalfa/ cit. potum neruorũ ui/ tia extenu/ at / feminis datur in ui/ no / a laſere laſerpicia / tum acetus dictum.

Ad unũ ſtilum pri/ mo acino: Legendum anno/ ſenſu manifeſtiſ/ ſimo.

emplaſtrationē:uel ut qdā ſoculationē. Hoc gen⁹ īſitiōis ęſtiuo tēpo-
te optime uſurpať:quaꝝ cōſitionū rōnē cū tradiderimus:a nobis reptā
quoq; docebimus. Oēs arbores ſimulatq; gēmas agere cœperint:luna
creſcēte inſerito:oliuā autē circa ęquinoctiū uernum uſq; in idus apri-
lis. Ex qua arbore īſerere uoles:et ſurculos ad īſitionē ſumeſ:uideto ut
adeſt :humorq; oſtendit iniuriã dentiũ:cuminũ: cóterit̃ eiq; adii/
citur exiguum picis liqdę et axungiæ ut LENtorem malagmatis
habeat.Id impoſitum ꝑniciem commouet.Vel ſi anteq̃ tumor diſ/
cuteret̃:in ſuppurationem conuertit:optimũ eſt ignea lamina có/
uerſionem reſecare.et quicquid uitioſi eſt inurere:atq; ita liqda pice
cum oleo linire.Solet etiam ipſum animal uiuum creta figulari cir/
cundari.Quæ cum ſiccata eſt:collo boum ſuſpendatur. Ea res in/
noxium pecus a morſu muris aranei prebet. Oculorum uitia ple/
rumq; melle ſanantur.Nam ſiue intumuerunt aqua mulſa triticeæ
farinæ conſpergitur et componitur:ſiue album in oculo eſt: mon/
tanus ſal hiſpanus uel ammoniacus uel etiam cappadocis minute
tritus et immixtus melli uitium extenuat. Facit idem trita ſepiæ
teſta:et per fiſtulam ter die oculo inſpirata. Facit et radix quã græci
uocant μαγουδαριν:uulgus autem noſtra conſuetudine laſerpi/
tium appellat.Huius q̃tocunq; ponderi decem partes ſalis ammo/
niaci adiiciuntur:eaq; pariter trita oculo ſimiliter infunduntur: uel
eadem radix cõtuſa et cum oleo lentiſci inuncta uitium expurgat.
EPIhoram ſupprimit polenta conſperſa mulſa aqua:et in ſuperci/
lia genaſq; impoſita:paſtinacęq; agreſtis ſemina et ſuccus armora/
ceæ cum melle conleuata oculorum ſedãt dolorem. Sed quotienſ/
cunq; mel aliuſue ſuccus remediis adhibetur: circumliniendus erit
oculus pice liqda cũ oleo:ne a muſcis infeſtet̃. Nã et ad dulcedinẽ
mellis aliorũq; medicamẽtorum nõ hæ ſolæ, ſed et apes aduolant.

Remedia ad hauſtam hirudinem. Cap.xvii.

Aſphal/tion.græce ασφαλ/τος dicit̃ bitumen/ uñ aſphalti tes lac⁹ dic/t⁹ quaſi bi/tuminalis.

Malag/matis:ma/lagmata medicamẽ/ta quæ mol/liunt/ unde & nomen.

Creta ci/molia:cretæ terræ plura ſũt genera/ ex his cimo liæ duo ad medicos ꝑ/tinentia ab iſula cimo/lo dicta ci/molia.

Lentorẽ. tenacitatẽ uiſcoſitatẽ glutinatio/nẽ,ut ante docuimus.

Epihorã. Lege epi/phorã/mor bus eſt ocu/larius/cui⁹ crebra mẽ/tio apd Pli/niũ,naſcit̃ & epiphora in genitali/bus.

111

Agnam etiam perniciem affert HIRVdo hauſta cũ m aqua. Ea adhærens faucibus ſanguinẽ ducit: et incremento ſuo tranſitum cibis pręcludit. Si tam difficili loco eſt: ut manu detrahi non poſſit: fiſtulam uel arundinem inſerito: et ita calidum oleum infundito. Nam eo cõtactu animal confeſtim decidit. Poteſt etiã per fiſtulã DEVſticæ nucis odor immitti: qui ubi ſuperponitur igni: fumum emittit. Conceptum nidorem fiſtula uſq; ad hirudinem perfert: ISq; nidor depellet hærentem. Si tamen uel ſtomachum uel inteſtinum tenet: calido aceto per cornua infuſo necatur. Has medicinas q̃uis bubus præceperim: poſſe tamen ex his plurima etiam omni maiori pecori cõuenire nihil dubiũ eſt.

De machĩa faciẽda qua clauſa iumẽta curẽt. Cap. xviii.

ſ Ed et machina fabricanda eſt: qua clauſa iumenta boueſq; curẽtur: ut et propior acceſſus ad pecudem tutus ſit: nec in ipſa curatione quadrupedes reluctãdo remedia reſpuẽt. Eſt enim talis machinę forma. Roboreis aſſibꝰ cõpigit̃ ſolũ: qđ habet ĩ lõgitudinẽ pedes nouẽ: et ĩ latitudinẽ pars prior DIpodiũ ſemiſſẽ: pars poſterior quattuor pedes. Huic ſolo ſeptenũ pedũ ſtipites recti ab utroq; latere quaterni applicãt̃. Ii autẽ in ipſis quattuor angulis affixi ſunt: omneſq; tranſuerſis ſex themonibus QVASI uacerræ inter ſe ligantur ita: ut a poſteriori parte quę latior eſt uelut in caueam quadrupes poſſit induci: nec exire alia parte prohibentibus aduerſis aſſiculis. Primis autem duobus ſtaturninibus imponitur firmum iugum: ad quod iumenta capiſtrantur: uel boum cornua religantur: ubi poſſunt etiam NVmellæ fabricari: ut inſerto capite deſcendẽtibus per foramina regulis ceruix teneatur. Cæterum corpus laqueatum et diſtentum temonibus obligatur: immotumq; medentis arbitrio eſt expoſitum. Hæc ipſa machina communis erit omnium maiorum quadrupedum.

De tauri forma. Cap. xviiii.

q Voniã de bubus ſatis præcepimus: opportune de tauris uaccisq; dicemus. Tauros maximoſ mẽbris ampliſſimis: moribꝰ placidis: media ætate probãdos cenſeo. Cętera fere oĩa eadẽ in his obſeruabimus: quæ in bubꝰ eligẽdis. Neq;.n. alio diſtat bonus taurꝰ a caſtrato: niſi q̈ huic torua facies ẽ: uegetior aſpectꝰ: breuiora cornua: toroſior ceruix: et ita uaſta ut ſit maxĩa portio corporis: uẽtre paulo ſuſtrictiore: q magis rectꝰ et ad iĕũdas fœmĩas habilis ſit.

Hirudo. Sãguiſugã uocant, Oratius, nõ miſſura cutẽ niſi plena cruoris hirudo: Plautꝰ, uertã me in hirudinem atq; horum exugebo ſãguinẽ.

Deuſticæ nucis: Ideſt crematæ, toſtæq; in pruinis.

Iſq; nidor: odor ex fumantibus patinis & ex e duliis maxime aſſis manãs dicitur nidor. Hic illud, captum te nidore ſuæ putat ille culinæ & apud Oratiũ, Naſũ nidore ſupinor, dicimus & nidorẽ uſtrinã hoc ẽ odorẽ rei crematę, Virgiliꝰ barba reluxit nidoremq; ambuſta dedit.

Dipodiũ ſemiſſe: Lege dipondiũ exponeq; duos pedes, cũ dimidio, ex locutiõe peculiari Columellæ ut ſupra annotauimus.

Quaſi uacerræ. Vacerras dicũt ſtipites & perticas ad quos equi religari ſolent, alibi docet Columella uacerras appellari genꝰ clatrorũ, accipiq; pro longuriis ſiue perticis.

Numelli: Lego numellæ, ſunt aũt uincula, q̃bus quadrupedes ĩ paſcuis deligãtur, numellarũ meminit Plautus.

Nixę. quæ ſe pi⁹ pe/ cerūt. Care/ tis:a ca/ rice her ba care/ tu3 dic/ tū. Vir/ gili⁹. tu poſt ca/ recta la/ tebas.

De forma uaccæ. Cap.xx.

u Accæ quoq; probantur altiſſimæ formæ longæq;:maximis ute/ tis:frontibus latiſſimis:oculis nigris et patētiſſimis:cornibꝰ ue/ nuſtis et leuibus et nigrātibus:piloſis auribꝰ:cōpreſſis malis:pa/ learibus et caudis āpliſſimis:ungulis modicis et cruribꝰ.Cętera quoq; fere eadē in fœminis quæ et in maribus deſiderāť:et præcipue ut ſint nouellæ: quoniā cū exceſſerūt annos decē fœtibus inutiles ſūt.Rurſus minores bi/ mis iniri non oportet. Si ante tñ conceperint:ptū earū remoueri placet: ac p triduū ne laborent ubera exprimi:poſtea mulctra prohiberi.

Quotannis delectus faciendus. Cap.xxi.

ſ Ed et curandū eſt omnibꝰ annis eque atq; in reliqs gregibus pe/ coris:ut delectus habeať.Nā et NIxæ et uetuſtate quæ gignere deſierunt:ſummouendæ ſunt:et utiq; tauro quæ locum fœcū/ darum occupant ablegande:uel aratro domandæ:quoniā laboris et operis nō minus q̄ iuuēci ꝑpter uteri ſterilitatem pariētes ſūt. Eiuſmodi armētū maritima et aprica hyberna deſiderat:ęſtate opaciſſima montium: ac læta magis q̄ plana paſcua.Nā melius nemoribꝰ herbidis et frutetis et CAretiſ q̄ lapidoſis locis duranť ungulæ.Nec tā fluuios riuoſq; deſiderāt q̄ lacus manufactos:quoniam fluuialis aqua quæ fere frigidior eſt:partum abigit: et cœleſtis iucūdior eſt.Omnis tamen extremi frigoris tolerantior equino armēto uacca ē:ideoq; facile ſub dio hybernat.

De conſeptis et ſtabulis faciendis. Cap.xxii.

ſ Ed laxo ſpacio cōſepta faciēda ſūt:ne in anguſtiis cōceptū altera alteri⁹ elidat:et ut iualida fortioris ict⁹ effugiat.Stabula ſūt optīa ſaxo aut glarea ſtrata:nō icōmoda tñ etiā ſabuloſa.Illa:q; imbres reſpuāt:hec q; celeriter exorbēt trāſmittūtq;. Sed utraq; deuexa ſint:ut hu/ morē effundāt:ſpectētq; ad meridiē:ut facile ſiccēť:et frigidis uētis nō ſint obnoxia.Leuis aūt cura paſcui ē.Nā ut lętior herba cōſurgat:fere ultio tē/ pore æſtatis icendiť.Ea res et teneriora pabula recreāt:ſentibꝰ duris et fru/ ticē ſurrecturū i altitudinē cōpeſcuit.Ipſis uero corporibꝰ affert ſalubritatē iuxta cōſeptū ſaxis et canalibus ſal ſupiectus:ad quē ſaturæ pabulo libēter recurrūt:cū paſtorali ſigno quaſi receptui caniť.Nā id quoq; ſemp crepuſ/ culo fieri debet:ut ad ſonū buccinæ pecus ſi qđ i ſiluis ſubſtiterit:ſepta re/ petere cōſueſcat.Hic.n.recognoſci grex poterit:numeruſq; cōſtare:ſi uelut ex militari diſciplina intra ſtabularii caſtra māſerint. Sed nō eadē in tauros exerceť imperia:qui freti uiribus per nemora uagaď: liberoſq; egreſſus et reditus habent:nec reuocanť niſi ad coitus fœminarum.

Quæ ætas idonea ad admiſſuram. Cap.xxiii.

e X his q quadrimis minores ſūt:maioreſq; duodecī ānoꝝ phibēť admiſſura.Illi quoniā quaſi puerili ætate ſeminādis armētis paꝝ

idonei habentur:hi quia ſenio ſunt effœti. Menſe iulio fœminæ maribus plerumq; permittendæ:ut eo tempore conceptos ꝓximo uere adultis iam pabulis edant. Nam decem menſibus uentrem perferũt:neq; ex imperio magiſtri:ſed ſua ſponte maré pariuntur. Atq; in id fere qđ dixi tempus:naturalia congruunt deſideria:quoniam nimietate uerni pabuli pecudes exhilaratæ laſciuiũt. Quod ſi aut fœmina recuſat: aut non appetit taurus:eadem ratione qua faſtidientibus equis mox præcipiemus, Elicitur cupiditas odore genitalium admoto naribꝫ. Sed et pabulum circa tempus admiſſurę ſubtrahitur:fœminas ne ſteriles reddat nimia corporis obeſitas:et tauris adiicitͬ:quo fortius ineãt. Vnũq; marem quindecim uaccis ſufficere abunde eſt. Qui ubi iuuencam ſuperuenit:certis ſignis comprehendere licet:quem ſexum generauerit: quoniam ſi parte dextra deſiluit:marem ſeminaſſe manifeſtum eſt:ſi leua fœminam. Id tamen uerum eſſe non aliter apparet:q̄ ſi poſt unum coitum FORda non admittit taurum. Quod et ipſũ raro accidit. Nã q̄uis plena fœtu non expletur libidine:adeo ultra naturę terminos etiã in pecudibus plurimum pollent blandæ uoluptatis illecebræ. Sed non dubium eſt:ubi pabuli ſit lætitia:poſſe omnibus annis ꝑtum educari. At ubi penuria eſt alternis ſummitti. Quod maxime in operariis fieri placet:ut et uituli ãnui tẽporis ſpacio lacte ſatientͬ:nec forda ſimul opis et uteri grauetur onere:quæ cum ꝑtum edidit:niſi cibis fulta eſt: q̄uis bona nutrix labore fatigata nato ſubtrahit alimentũ. Itaq; et fœtæ cytiſus uiridis et torrefactum ordeum maceratumq; eruum præbetur:et tenerius olus torrido molitoq; milio:et per uuam lacte ſaluiatur. Melius etiam in hos uſus altinæ uaccæ probantur:quas eius regionis incolæ ceuas appellant. Hæ ſunt humilis ſtaturæ lactis abundãtes: propter quod remotis earum fœtibus generoſum pecus alienis educatur uberibus. Vel ſi hoc præſidium non adeſt:faba freſa uinum recte toleratur:idq; præcipue in magnis gregibus fieri oportet.

Forda non admittit. Vacca ꝑgnans dicitur forda a fetu. Ouidius. forda ferẽs bos ẽ:ab aliis horda appellatur quadã cognatiõe litterarum:ut hedus fedꝰ. Inde in faſtis dies hordicalia ſiue fordicalia noĩanͭ. quæ nõnulli appellant fordicidia: qbꝰ hordæ ſiue fordę idest grauidæ Vaccæ imolabantur.

Remedia ad lumbricos uitulorum. Cap. xxiiii.

ſ Olent autem uitulis nocere lumbrici:qui fere naſcuntur cruditatibus. Itaq; moderandum eſt:ut bene concoquant. Aut ſi iam tali uitio laborant:lupini ſemicrudi conteruntur:et offæ ſaluiati more faucibꝫ ingeruntur. Poteſt etiam cũ arida fico et eruo conteri herba ſantonica:et formata in offam:ſicut ſaluiatum dimitti. Facit idem axungiæ pars una tribus partibus hyſopi permixta. Marrubii quoq; ſuccus et porri ualet eiuſmodi necare animalia.

De caſtrandis uitulis. Cap. xxv.

c Aſtrare uitulos Mago cẽſet:dũ adhuc teneri ſunt:neq; id ferro facere:ſed fiſſa ferula cõprimere teſticulos:et paulatĩ cõfrĩgere.

Idq; optimum genus caſtrationum putat:quod adhibet ætati teneræ ſine uulnere. Nam ubi iam induruit melius bimus q̃ anniculus caſtratur. Idq; facere uel autumno luna decreſcente pręcipit: uitulumq; ad machinam deligare. Deinde priuſq̃ ferrum admoueas: duabus anguſtis ligneis regulis ueluti forcipibus apprehendere: et ipſos neruos quos gręci κρεμαστηρας ab eo appellát:q; ex illis genitales partes dependent comprehenſos. Deinde teſtes ferro reſecare: et expreſſos ita recidere: ut extrema pars eorũ adhærens prædictis neruis relinquatur. Ná hoc modo nec eruptione ſanguinis periclitatur iuuencus: nec in totum effeminatur adempta omni uirilitate: formamq; ſeruat maris: generandi uim depoſuit: quá tamen ipſam non protinus amittit. Nam ſi patiaris eum a recenti curatione fœminá inire: conſtat ex eo poſſe generari. Sed minime id permittendum: ne profluuio ſanguinis intereat. Verum uulnera eius ſarmentitio cinere linenda ſunt abſtinenduſque eo die ab humore et exiguo cibo alendus. Sequenti triduo uelut æger cacuminibus arborum et deſecto uiridi pabulo oblectandus: prohibenduſq; multa potione. Placet etiam pice liquida et cinere cum exiguo oleo ulcera ipſa poſt triduum linire: quo et celerius cicatricem ducant: nec a muſcis infeſtentur. Hactenus de bubus dixiſſe abunde eſt.

Quæ circo. Id eſt ludis circẽſibus qui erát curules qui & romái & magni nominátur. de Sacris certaminibus quorũ uictores uocát Ieronicas supra explicatum eſt.

Admiſſariis. Admiſſarii dicunt mariti equarum qui admittunt ad coitũ unde & admiſſura dicta. Admiſſarium periphraſi poetica decenter expreſſit Virgilius ſcribens. quem legere ducẽ & pecori dixere maritum.

## De equis. Cap. xxvi.

[q]Vibus cordi eſt educatio generis equini: maxime conuenit prouidere auctorem induſtrium et pabuli copiam: quæ utraq; uel mediocria poſſunt aliis pecoribus adhiberi. Summam ſedulitatem et largam ſatietatem deſiderat equinũ. Quod ipſum tripartito diuidit. Eſt. n. generoſa materies: QVAE circo ſacriſq; certaminibus equos præbet. Eſt mularis: quæ precio fœtus ſui comparat generoſo. Eſt et uulgaris: quæ mediocres fœminas mareſq; progenerat. Vt quæq; eſt præſtantior: ita ubere cápo paſcitur. Gregibus autẽ ſpacioſa et paluſtria necnon montana paſcua eligenda ſunt: rigua nec unq̃ ſiccana: uacuaue magis q̃ ſtirpibꝰ impedita: frequenter mollibꝰ potius q̃ proceris herbis abundantia. Vulgaribꝰ equis paſſim maribus ac fœminis paſci permittitur: nec admiſſuræ certa tempora ſeruantur. Generoſis circa uernum æquinoctium mares iunguntur: ut eodem tempore quo cóceperint: iam lætis et herbidis cápis poſt áni menſẽ paruo cũ labore fœtũ educát. Nam menſe duodecimo partum edunt. Maxime itaq; curandum ẽ prædicto tempore anni: ut tam fœminis q̃ ADmiſſariis deſiderantibus coeundi fiat poteſtas: quoniam id præcipue armẽtum ſi prohibeas: libidinis extimulatur furiis: unde etiá ueneno inditũ ẽ nomen

ἱππόμανες quod equinæ cupidini ſimilem mortalibus amorem accendat. Nec dubium quin aliquot regionibus tacito flagrent ardore coeundi fœminæ: ut etiam ſi marem non habeant: aſſidua et nimia cupiditate figurantes ſibi ipſæ uenerem cohortalium more auiũ uento concipiant. Quæ enim poeta licentius dicit.

Scilicet ante omnis furor eſt inſignis equarum.
Illas ducit amor trans gargara: tranſq; ſonantem
Aſcanium. ſuperant montes: et flumina tranant.
Continuoq; auidis ubi ſubdita flamma medullis/
Vere magis: quia uere calor redit omnibus: illæ
Ore omnes uerſæ in zephyrum: ſtant rupibus altis/
Exceptantq; leuis auras: et ſæpe ſine ullis
Coniugiis uento grauidæ mirabile dictu.

Cum ſit notiſſimum etiam ſacro monte hiſpaniæ: qui procurrit in occidentem iuxta oceanum: frequenter equas ſine coitu uentum p/tuliſſe fœtumq; educaſſe: qui tamen inutilis eſt: q triennio priuſq̃ adoleſcat morte abſumit. Quare: ut dixi: dabimus operam: ne circa æquinoctium uernum equæ deſideriis naturalibus iungantur. Equos autem precioſos reliquo tempore anni remouere oportet a fœminis: ne aut cum uolent ineant: aut ſi id facere prohibentur: cupidine ſolicitari noxam contrahant. Itaq; uel in longiqua paſcua marem placet ablegari: uel ad præſepia contineri. Eoque tempore quo uocatur a fœminis: roborandus eſt largo cibo: appropinquãte uere ordeo eruoq; ſaginãdus: ut ueneri ſupſit: quãtoq; fortior inierit: firmiora ſemina præbeat futuræ ſtirpi. Quidã etiam præcipiunt eodem ritu: quo mulas/admiſſarium SAginare: ut hac ſagina bilaris plurimis fœminis ſufficiat. Verumtamen nec minus q̃ quindecim: nec rurſus plures q̃ uiginti unus debet implere. Iſq; admiſſure poteſt et uſq; in annos uiginti plerumque idoneus eſſe. Quod ſi admiſſarius iners in uenerem eſt: odore perfricatur deterſis ſpongia FOEminæ locis et admota naribus equi. Rurſus ſi equa marẽ non patitur: detrita ſcylla naturalia eius linũtur: quæ res accẽdit libidinẽ. Nõnũq̃ ignobilis quoq; uulgaris elicit cupidinem coeũdi. Nam ubi admota fere tentauit obſequium: fœmina abducit: et iã patientiori generoſior equus imponitur: inde maior prægnantibus adhibẽda cura eſt: largoq; paſcuo firmãdę. Quod ſi frigore hiemis

Hippomanes. hippomães ut eximi⁹ poeta diſcribit/ Vir⁹ ẽ lẽtũ diſtillãs ab īguie eq̃ru p id tẽp⁹, q⁹ libidine extimulãtur. hippomães ẽ carũcula nigra ἐπὶ τῷ μετώπου τοῦ πώλου. i. ī frõte pulli eq̃ni ueneficiũ amoris/ de q⁹ itellexit poeta in ſexto opere/ quæ nitur & naſcẽtis eq d frõte reuulſus & matri præreptus amor; de q⁹ Plinius ſolin⁹. Ariſtoteles cæteri. ẽ & hippomães auctore theocrito φυτὸν ἱππωμ idest planta ſiue herba/ qua guſtata eq̃ ī furias agũtur/ unde & nomen.

Saginare: Pinguẽ facere & ſucculentum. Saginarius eruditi appellant locum inquo animalia aluntur/ ad ſaginam.

Fœminæ locis. Ideſt genitalib⁹ & naturalibus equæ: locos proprie appellãt genitalia mulierum/ Plini⁹ fœminis eadẽ omnia /pterq; ueſice iũctus utriculus unde dictus uterus/ qđ alio nõie locos appellãt. hoc ī reliqs aĩalib⁹ uuluã. M. Cato/ mulier ſi eo lotio locos fouebit/ nũquã hi uirioſi ſient. Cor. celſus quæ locis laborat/ aut difficulter partũ edit/ ſternutamẽto leuatur.

herbæ defecerint:tecto contineanť:ac neq̨ opere neq̨ curſu exerceātur:nec frigori committantur:nec ī anguſto clauſo ne alię aliarū cōceptus elidant. Nam hæc oīa incommoda fœtū abigunt. Quod ſi tū aut partu aut abortu equa laborauit:remedio erit FELIcula trita et aqua tepida permixta adacta per cornu. Sin autem ꝓſpere ceſſit: minime manu contingendus pullus erit. Nam læditur etiam leuiſſimo contactu. Tanta cura adhibebitur:ut et amplo et calido loco cū matre uerſetur:ne aut frigus adhuc infirmo noceat:aut mater in anguſtiis eum obterat. Paulatim deinde producendus erit: prouidendūq̨ ne ſtercore ungulas adurat. Mox cum firmior fuerit:in eadē paſcua in quibus mater eſt dimittendus:ne deſiderio ptus ſui laboret equa. Nam id præcipue genus pecudis amore natorum:niſi fiat poteſtas: noxam trahit. Vulgari fœminæ ſolemne eſt omnibus annis parere: generoſam conuenit alternis continere:quo firmior pullus lacte materno laboribus certaminum præparetur.

De ætate admiſſarii:et qs pullus generetť. Cap.xxvii.

m Arem putāt minorem trimo nō eſſe idoneum admiſſurę: poſſe uero uſq̨ in uiceſimum annum progenerare: fœminam bimam recte concipere:ut poſt tertium annum enixa fœtum educet:eandemq̨ poſt decimū non eſſe utilem:q̨ ſex annos a matre tardarit:atq̨ iners ꝓles. Quæ ſiue ut fœmina ſiue ut maſculus concipiatur:noſtri arbitrii fore Democritus affirmat:qui pręcipit ut cum progenerari marem uelimus:ſiniſtrum teſticulum admiſſarii lineo funiculo alioue quolibet obligemus:cū fœminā dextrum. Idemq̨ in omnibus pene pecudibus faciendum cenſet.

De indole:et forma equi. Cap.xxviii.

c Vm uero natus eſt pullus:confeſtim licet indolem exiſtimare:ſi hilaris:ſi intrepidus:ſi neq̨ conſpectu nouæq̨ rei auditu terretur:ſi ante gregem procurrit:ſi laſciuia et alacritate ītedū et curſu certaminis æqualis exuperat:ſi foſſā ſine cūctatione tranſilit:pontem flumenque tranſcendit. Hæc erunt honeſti animi documenta. Corporis uero forma conſtabit exiguo capite:nigris oculis:naribus apertis:breuib9 auriculis et arectis:ceruice molli lataq̨ nec longa:denſa iuba et per dextram partē ꝓfuſa :lato et muſculorum toris numeroſo pectore:grandibus armis et rectis:lateribꝰ inflexis:uentre ſubſtricto:teſtibus paribus et exiguis:latis LVMbis et ſubtidentibus:cauda lōga et ſecta criſpaq̨:mollibus atq̨ altis cruribuſq̨ rectis:tereti genu paruoq̨ neq̨ ītrorſus ſpectāti:rotūdis clunibus:FOEminibus toroſis ac numeroſis:duris ungulis et altis et concauis rotundiſq̨:quibus coronę mediocres ſuperpoſitæ ſunt. Sic

Feliciala. Legēdum filicula/ ē.n. diminutiuū a filice herba. de qua Perſius/ nō tamē iſta filix ullo māſueſcit aratro Pterin græci uocāt. ꝑterea alia eſt herba noīe filicula/ quā greco uocabulo polypodion appellāt ſimiliſē filici bilem detrahit ī petris naſcitur.

Lumbis ſubridētibus. Diſpice an elegātius legatur ſubſidentibuſ/ quaſi planis & depreſſis.

Fœminibus:coxis īterioribus.

uniuerſum corpus cõpoſitũ:ut ſit grande ſublime erectũ ab aſpectu quoq;
agile:et ex lõgo q̃tũ figura pmittit:rotũdũ. Mores autẽ laudãt:q ſunt ex
placido et ex cõcitato mitiſſimi. Nã hi et ad obſeqa repiũt habiles:et ad cer
taminũ laborẽ. Equ9 bimus ad uſũ domeſticũ recte domat:certaminibꝰ aũt
expleto triẽnio:ſic ut tñ poſt quartũ demũ annũ labori cõmittat. Annorũ
notæ cũ corpore mutãtur. Nã dũ bimus et ſex mẽſiũ ẽ:medii dẽtes ſupio/
res et iferiores cadũt:cũ quartũ agit:iis q canini appellãt deiectis:alios af/
fert. Intra ſextũ deinde ãnũ:molares ſupiores cadũt. Sexto ãno quos prios
mutauit:exęquat. Septimo omnes explẽt ęqualiter:et ex eo cauatos gerit.
Nec poſtea quot annoꝝ ſit:manifeſto cõprehẽdi poteſt. Decimo tñ ãno tẽ/
pora cauari icipiũt:et ſupcilia nõnũq̃ caneſcere:et dẽtes pminere. Hæc quę
ad aĩum et mores corpuſq; et ætatem pertinent dixiſſe:ſatis habeo. Nunc
ſequitur curam recte et minus ualentium demonſtrare.

De cura et medicina equorum. Cap. xxix.

[S]I ãetis eſt macies:torrefacto et celerius tritico q̃ ordeo reficit. Sed
et uini potio danda eſt:ac deinde paulatim eiuſmodi cibi ſubtra/
hẽdi imixtis ordeo et furfuribꝰ:dũ cõſueſcat faba et puro ordeo
ali. Nec minus quottidie corpora pecudũ q̃ hoĩum defricãda ſunt. Ac ſæ/
pe plus prodeſt preſſa manu ſubegiſſe terga:q̃ ſi largiſſime cibos præbeat.
Multum autem refert robur corporis ac pecudum ſeruare. Quod utrumq;
cuſtodiemus:ſi idoneis temporibus ad præſepia ad aquã ad exercitationẽ
pecus duxerimus:curæq; fuerit:ut ſtabulentur ſicco loco:ne humore ma/
deſcãt ungulæ. Quod facile euitabimus:ſi aũt ſtabula roboreis aſſibus cõ/
ſtrata:aut diligẽter ſubinde emũdata fuerit humus et palea ſuperiecta. Ple/
rũq; iumenta morbos concipiunt laſſitudine et æſtu:nõnunq̃ et frigore:et
cũ ſuo tempore urinã non fecerint:uel ſi ſudant et a concitatiõe confeſtim
biberint:uel ſi cũ diu ſteterint:ſubito ad curſũ extimulata ſunt. Laſſitudini
qes remediũ eſt:ita ut i fauces oleũ uel adeps uino mixta ifundat. Frigori
fomẽta adhibent:caputq; et ſpina tepẽti adipe uel uino liniũt. Si urinã nõ
facit:eadẽ fere remedia ſunt. Nã oleũ imixtũ uino ſupra ilia et renes ifun/
ditur:et ſi hoc parũ pfuit:melle decocto et ſale collyriũ tenue idit forami/
ni quo meat urina:uel in que Sauina uel thuris mica uel bitumine collyriũ
inſeritur naturalibus. Hæc eadem remedia adhibebunt ſi genitalia deuſ/
ſerint. Capitis dolorẽ indicant lachrymæ:quæ pfluunt:aureſq; flaccidę:et
ceruix cũ capite aggrauata:et in terrã ſubmiſſa. Tum reſcindit uena:quæ
ſub oculo eſt:et os CALda fouet:ciboq; abſtinetur prima die. Inde poſte/
ro potio ieiuno tepidę aquę præbetur:ac uiride gramen:tũ uetus fœnum
uel molle ſtramen:tum ſubſternitur:crepuſculoq; aqua iterum dat:parũq;
ordei CVM uitialibꝰ:ut pexigua portione cibi ad iuſta perducat. Si equo
maxillæ dolent:calido aceto fouendæ:et axungia uetere confricandæ ſũt:

Cal/da fouetur:cal/dus ueteres dicebant/nos ca/lidũ qd & Qui/tilianus ãnota/uit martialiſ. Iã defeciſ/ſet portantes calda mini/ſtros. caldor pro ca/lore ponitur.

Cuʒ uitiali/bꝰ:a ui/tia qd pabulũ ẽ uitia/lia de/riuant.

eademq; medicina tumentibus adhibenda eſt. Si armos læſerit: aut ſanguinem dimiſerit: medio fere ĩ utroq; crure uenæ ſoluantur: et THVris polline cum eo qui profluit ſanguine mixto: armi liniant̃: et ne plus iuſto exanimet̃: ſtercus ipſius iumenti fluentibus uenis admotum faſceis obligetur. Poſtero quoq; die ex iiſdem ſanguis detrahatur: eodem modo curetur: ordeoq; abſtineatur exiguo fœno dato. Poſt triduũ deinde uſq; in diem ſextum porri ſuccus inſtar trium cyathorũ mixtus cum olei hemina faucibus per cornu ĩfundatur. Poſt ſextum diem lente ingredi cogatur: et cum ambulauerit in piſcinam dimitti eum conueniet: ita ut natet. Sic paulatim firmioribꝰ cibis adiutus AD iuſta perducet̃. At ſi bilis moleſta eſt iumento: uenter intumeſcit: nec emittit uentos. Manus uncta inſeritur aluo: et obſeſſi naturales exitus adaperiũtur: exemptoq; ſtercore poſita cunila bubula: et HERba pedicularis cum ſale trita: et decocta melli miſcẽtur: atq; ita facta collyria ſubiiciuntur: quæ uentrem mouent: bilemq; oẽm deducunt. Quidam myrrhæ tritæ quadrantem cum hemina uini faucibus infundunt: et anum liquida pice oblinunt. Alii marina aqua lauant aluum: alii recenti muria. Solent etiam uermes quaſi lumbrici nocere inteſtinis: quorum ſigna ſunt ſi iumenta cum dolore crebro uolutantur: ſi admouent caput utero: ſi caudam ſæpius iactant. Præſens medicina eſt ita: ut ſupra ſcriptum eſt: inſerere manum et fimum eximere. Deinde aluum marina aqua uel MVRIA dura lauare: poſtea radicem caparis tritam cum ſeſtario aceti faucibus infundere. Nam hoc modo prædicta intereunt animalia.

## Ad tuſſim. Cap.xxx.

o Mni autem imbecillo pecori alte ſubſternendum eſt: quo mollius cubet. Et recens tuſſis celeriter ſanatur: pinſita lente et a ualuulis ſeparata minuteq; molita. Quæ cum ita facta ſunt: ſeſtarius aquę calidę in eandem menſuram lentis miſcetur: et faucibus infunditur. Similiſque medicina triduo adhibetur: ac uiridibus herbis cacuminibuſque arborum recreatur ægrotum pecus. Vetus aũt tuſſis diſcutit̃ porri ſucco trium cyathorũ cum olei hemina

Thuris polline: Faria ſiue flore, autumat Plini⁹ pollinẽ in tritico appellari: Quod ĩ ſiligine uocant florem: Hinc pollintores dicti cõfectores pollinis, hic pollinaria cribra ſiue excuſſoria farinaria.

Ad iuſta: Integra & plena ſine diminutiõe cibaria.

Herba pedicularis: Alia ẽ herba, quã pulicarem uocãt, quæ græce dicitur pſyllion, habet enim ſemen ſimile pulici, unde & nomen. ψυλλοσ græca uoce pulex dicitur.

Muria duria: muriam duram ſic faciunt, Dolium oris patentiſſimi aqua celeſti replent ſiue fontana. Tum indunt ſportam iunceã plenã ſale cãdido q quãdiu liqueſcet, ſignũ erit nundum eſſe muriam maturã. Itaq; ſubinde ali⁹ ſal tãdiu ingeretur donec in ſporta permaneat iteger, nec minuat̃. Quod cũ Animaduerteris Tunc ſcias muriã habere maturitatẽ ſuam, eſt aliud muriæ maturę experimentum nam ubi dulcem caſeum dimiſeris in eã, ſi peſſũ ibit ſcies eſſe adhuc crudam, Si innatabit maturã; in alio ſignificatu muria nomen eſt exquiſiti liquoris, qui ex Thynno piſce fit preſtãtiſſimus, Antipolis muria laudatur, Hinc illud epigrammatiſtæ antipolitani fateor ſum filia Thynni, Muriatica Plautino uo-

COMpluribus infuſo. Iiſdemq; ut ſupra monuimus: cibis præbitis: IMpetigines: et quicquid ſcabies aceto et alumine defricantur. Nonnunq̃ ſi permanent: paribus ponderibus p̱mixtis nitro et ſciſſo alumine cum aceto linunt̃. Pabulo ferventiſſimo ſole uſq; eo ſtrigile radũtur: quo ad eliciatur ſanguis. Tum ex æquo miſcẽt̃ radices agreſtis herbæ ſulphurq; et pix liq̃da cũ alumine. Eo medicamine p̃dicta uitia curãt̃.

AD intertriginem et ſcabiem. Cap. xxxi.

INtertrigo bis die ſoluitur aqua calida. Mox decocto agrico ſale cum adipe defricatur: dum ſanguis emanet. Scabies mortifera huic quadrupedi eſt: niſi celeriter ſuccurritur. Quæ ſi leuis eſt inter initia candentis ſobolis uel cædria uel oleo lentiſci linitur: uel urticæ ſemine et oleo detritis: uel VNguine ceti: q̃d ĩ lancibus ſalitus thynnus remittit. Præcipue tamen huic noxæ ſalutaris eſt adeps marini uituli. Sed ſi iam inueterauit: uehementioribus opus eſt remediis. Propter quod bitumine et ſulphure et VEratro pici liquidæ axungiæq; ueteri commixta pari pondere incoquuntur: atq; ea compoſitione curant̃: ita ut prius ſcabies ferro eraſa perluatur urina. Sæpe etiam ſcalpello uſq; ad uiuum reſecare et amputare ſcabiem profuit: atq; ita factis ulceribus mederi liquida pice atq; oleo: quæ expurgant et replent uulneta aquæ. Quæ cũ expleta ſunt: ut celerius cicatricem et pilum ducant: maxĩe prodent fuligo ex aheno ulceri infricata.

Ad muſcas et oculoꝝ dolores. Cap. xxxii.

MVſcas quoq; uulnera infeſtantis ſummouebimus pice et oleo uel unguine infuſis: cætera erui farina recte curantur. Cicatrices oculorum ieiuna ſaliua et ſale defricata extenuantur. Vel cum fuſili ſale trita ſepiæ teſta: uel ſemine agreſtis paſtinacæ pinſito et per linteum ſuper oculos expreſſo. Omniſq; dolor oculorum inunctione ſucci plantaginis cum melle attico: uel ſi id nõ eſt: utiq; thymo celeriter leuatur. Nonnunq̃ etiam per nares profluuiũ ſanguinis periculum attulit. Idq; reprehenſum eſt infuſo naribꝫ uiridis coriandri ſucco.

cabulo dicunt̃ ſalſamenta.

Cõpluribus: Imperfecta ſententia ẽ & mutila niſi addas diebus.

Impentigines: Puſtulæ ſũt ĩfeſtãtes corpora: quarũ ut docet. Cor. celſus: ſpecies ſũt q̃ttuor: ab impetu inditũ nomẽ ut oſtẽdit Quintꝰ ſerenꝰ illo uerſu. Si uero uitiũ eſt quod ducit ab ĩpere nomẽ. Vulgo uolaticã dici autumãt. impetiginem Plinius lichenas eſſe ſentit hęc memorãs. Arida cum reſina impetigine; & ſcabiẽ quam pſoram & lichenas uocãt. Naȝ ſi ψωρα pſora græce ſcabies: reliquitur ut lichen ſit impetigo.

Ad intertriginẽ. Intertrigo corporis uitiuȝ eſt. fit aũt id malum quando fœmina id eſt coxę ĩteriores equitatu alia ue de cauſa atteruntur: græce dicitur paratrimma. Docet. M. Varro ĩtertriginem & intertrimentũ ab eodem uerbo deriuari: Cuius uerba ſũt hæc. Intertrimẽtũ ab eo q̃d duo quæ inter ſe trita & diminuta, a quo etiã Intertrigo dicta. M. Cato: Intertrigini inquit remediũ eſt: cum in uia ibis abſinthii pontici ſurculum ſub anulo habeto.

Vnguine ceti. Ab ungendo unguem dictum. Apuleius unguine delibutus: cetus dicit̃ piſcis maior errore grammaticorum manifeſto: qui pluraliter & neutro genere tantuȝ dici autumant cete ex græca declinatione. In cœlo inter ſigna eſt cetus Cuius meminit higinus.

Veratro: Helleboro: Plinius Helleborum inquit Italia ueratrum uocat.

Seſtarios gari: gen⁹ ē liquoris exquiſiti/ qđ garon uocauere/ a piſce garo nominato/ ex quo antiqt⁹ cōficiebatur: Autumat plini⁹ garuȝ fieri inteſtinis piſciū ſale maceratis: Martialiſ nobile nunc ſitio luxurioſa garum.

Ad faſtidia ciboꝝ et labē peſtiferam remedia. Cap.xxxiii.

i Nterdum faſtidio ciborum lāgueſcit pecus. Eius remedium eſt genus ſeminis quod gır appellatur. Cuius duo cyathi triti adiungūtur olei cyathis tribus: et uini ſeſtario: atq; ita faucibus infunduntur. Et nauſea diſcutitur: ſi caput allii tritum cū uini hemina ſæpius potandum præbeas. Supputatio melius ignea lamina q̄ frigido ferramento reſecatur: et expreſſa poſtea linimentis curatur. Eſt etiam illa peſtifera labes: ut intra paucos dies equæ ſubita macie et deinde morte corripiantur. Quod cum accidit: quaternos SEſtarios gari ſingulis per nares infundere utile eſt ſi minoris formæ ſunt: nam ſi maioris: etiam congios. Ea res omnem pituitam per nares elicit: et pecudem expurgat.

De equarum rabie. Cap.xxxiiii.

t Ara quidem ſed et eſt equarum rabies: ut cum in aqua imaginem ſuam uiderint: amore inani capiantur. Et per hunc oblitæ pabuli tabe cupidinis intereant. Eius ueſaniæ ſigna ſunt: cum per paſcua ueluti extimulatæ concurſant: ſubinde circunſpicientes requirunt: ac deſiderare aliquid uidentur. Mentis error diſcutitur/ ſi deducas ad aquam. Tum demum ſpeculatæ deformitatem ſuā priſtinæ imaginis abolēt memoriam. Hæc de uniuerſo equarum genere ſatis dicta ſunt. Illa proprie præcipienda ſunt his: quibus mularum greges curæ eſt ſubmittere.

De mulis. Cap.xxxv.

i N educando genere mularum antiquiſſimum eſt diligenter exquirere atq; explorare parentem futuræ prolis fœminam et marem. quorum ſi alter nō eſt idoneus: labat etiam quod ex duobus fingitur. Equam conuenit (quoniam uſq; in annos decem ampliſſimæ atq; pulcherrimæ formæ eſt) membris fortibus patientiſſimam laboris eligere: ut diſcordātem utero ſuo generis alieni ſtirpem inſitam facile recipiat ac perferat: et ad fœtum non ſolum corporis bona: ſed ingenium conferat. Nam cum difficulter iniecta genitalibus locis animentur ſemina: tum etiam concepta diutius in partum adoleſcunt: atq; peracto anno menſe terriodecimo uix eduntur: natiſq; inhæret plus ſocordię paternæ q̄ uigoris materni. Verum tamen equæ dictos ut ī uſus minore cura reperiūtur: ita maior ē labor eligendi maris: quom ſæpe iudicium probantis fruſtratur. experimē/

rum. Multi admiſſarii ſpecie tenus mirabiliſſimam ſobolem forma uel ſexu progenerant. Nam ſiue parui corporis fœminas fingant: ſiue etiã ſpecioſos plures mares q̃ fœminas redditũ patriſfamiliæ minuunt. At quidam contempti ab aſpectu precioſiſſimorum ſeminum feraces ſunt. Nonnunq̃ aliqui generoſitatem ſuam natis exhibent. Sed hebetes uoluptate tarſſimi ſolicitantur ad uenerem. Huiuſcemodi maribus ſubadmota generis eiuſdem fœmina: quoniam ſimilia ſimilibus familiora fecit natura. Itaq; obiectu aſinæ cum ſuperiectu eblandiri ſunt: uelut incenſum, et occæcatum cupidine ſubtracta quam perierat: faſtiditæ imponunt equæ.

Ad temperandam ſæuitiam admiſſarii in libidinem furentis. Cap. xxxvi.

St et alterum genus admiſſarii furentis in libidinem: quod niſi aſtu inhibetur: affert gregi perniciem. Nam et ſæpe uinculis abruptis grauidas inquietat: et cum admittiẽ: ceruicibus dorſiſq; fœminatum imprimit morſus. Q đ ne faciat: pauliſper admolam uinctus amoris ſæuitiam labore tẽperat: et ſic ueneri modeſtior admittitur. Nec tamen aliter admittendus eſt etiam clæmẽtioris libidinis: quom multum refert naturaliter ſopitum pecudis ingenium modica exercitatione concuti atq; excitari: uegetioremq; factum marem fœminę iniungi: ut tacita quadam ui ſemina ipſa principiis agilioribus figurenẽ. Mula aũt non ſolũ ex equa et aſino: ſed ex aſina et equo: ITemq; onagro et equa generatur. Quidam uero non diſſimulandi auctores: ut. M. Varro et ante eum Dionyſius ac Mago prodiderũt: mularum fœtus regionibus africæ adeo non prodigioſos haberi: ut tam familiares ſint ĩcolis partus earum: q̃ ſint nobis equarum. Neq; tamen ullum eſt ĩ hoc pecore aut animo, aut forma præſtãtius: q̃ quod ſeminabit aſinus. Quãq̃ poſſit huic aliquatenus cõparari: quod progenerat onager: niſi et indomitum et ſeruire cõtumax ſilueſtri more STrigoſum patris præferret habitum: Itaq; eiuſmodi admiſſarius nepotibus magis q̃ filiis utilior eſt. Nam ubi aſina et onagro natus admittitur equæ: per gradus infracta feritate quicquid ex eo ꝓuenit: paternam formam et modeſtiam, fortitudinem celeritatemq; auitam refert. Qui ex equo et aſina cõcepti generantur: quamuis a patre nomen traxerint: QVOD hinni uocantur: matri per omnia magis ſimiles ſunt. Itaq; commodiſſimum eſt aſinum deſtinare mularũm generi ſeminando: cuius ut dixi ſpecies experimento eſt ſpecioſior. Verumtamen ab

Itẽq; onagro: Aſinus ſilueſtris dicitur onager cuius pullos uocãt laliſiones, epigrãmatiſta, dum tener ẽ onager, ſolaq; laliſio matre paſcit, Hoc ĩfans & breue nomẽ habet. Tradit Plinius mulum ex onagro & aſina genitũ, oẽs antecellere. M. Varro. Aſinorum genera duo, unum ferũ, quos uocant onagros.

Strigoſum habitũ: Strigoſus apđ ueteres morbꝰ dr̃ iumẽtorꝝ, qui corpora ſtrigit aut fame aut alia uitii cauſa quaſi ſtringoſus. Au. gellius ſtrigoſum appelat equum emaciatum & male curatũ. Liuius tradit equos ex itinere uiſos eẽ ſtrigoſiores hoc ẽ macriores attenuatioreſq;

Quod hinni uocantur: Quaſi ab hinitu equino.

aſpectu non aliter probari debet:q̃ ut ſit ãpliſſimi corporis:cerui/
ce ualida:robuſtis ac latis coſtis:pectore muſculoſo et uaſto:fœ/
minibus lacertoſis:cruribus compactis:coloris nigri uel maculis.
Nam MVrinus cum ſit in aſino uulgaris:tum etiam nõ optime
reſpondet in mula. Neq; nos uniuerſa quadrupedis ſpecies deci/
pit:ſi qualem probamus:conſpicimus: Nam quẽadmodũ arietũ
quæ ſũt in linguis et palatis maculæ:plerũq; in uelleribus agno/
rum deprehenduntur:ita ſi diſcolores pilos aſinus ĩ palpebris aut
auribus gerit:ſobolem quoq; frequenter facit diuerſi coloris: qui
et ipſe etiam ſi diligentiſſime in admiſſario exploratus eſt:ſæpe tñ
dominum decipit. Nam interdũ etiã citra pdicta ſigna diſſimi/
les ſui mulas fingit.quod accidere non aliter reor:q̃ ut AVItus
color primordiis ſeminum mixtus reddatur nepotibꝰ.Igit̃ qua/
lem deſcripſi aſellum:cũ eſt PROti ſtatim genitus:oporteat ma/
tri ſtatim ſubtrahi:et ignoranti equæ ſubiici:ac optĩe tenebris fal/
litur. Nã obſcuro loco partu eius amoto pdictus quaſi ex ea na/
tus alitur. Cui deinde cũ decem diebus inſueuit equa:ſemper po/
ſtea deſtinanti præbet ubera. Sic nutritus admiſſarius:equas dili/
gere condiſcit. Interdũ etiam:quãuis materno lacte ſit educatus:
poteſt a tenero conuerſatus equis familiariter earum conſuetudi/
nem appetere. Sed nõ oportet minorem:q̃ TRImũ admitti. Atq;
id ipſum ſi concedatur:uere fieri conueniet :cum et deſecto uiridi
pabulo:et largo hordeo firmandus nonnunq̃ etiam SAlinandus
erit. Nec tamen teneræ fœminę committentur. Nam niſi prius ea
marem cognouit:adſilientem admiſſarium calcibus proturbat:et
iniuria depulſum etiam cæteris equis reddit inimicum. Id ne fiat
degener et uulgaris aſellus admouetur:qui ſolicitet obſequia fœ/
minæ. Neq; is tamen inire ſinitur. Sed ſi iam eſt equa ueneris pa/
tiens:confeſtim abacto uiliore:precioſo mari iungitur. Locus eſt
ad hos uſus extructus:machinã uocant ruſtici:duos parietes ad/
uerſo cliuolo inædificatos :qui anguſto interuallo ſic inter ſe di/
ſtant:ne fœmina conluctari aut admiſſario aſcendenti auertere ſe
poſſit. Aditus eſt ex utraq; parte:ſed ab inferiore CLAtris muni/
tus:ad quod capiſtrata imo cliuo conſtituitur equa :ut et prona
melius ineuntis ſemina recipiat:et facilem ſui tergoris aſcenſum
ab editiore parte minori quadrupedi præbeat.quæ cum ex aſino
conceptum edidit:partum ſequenti anno uacua nutrit. Id enim
utilius eſt:q̃ quod quidam faciunt:ut et fœtam nihilominus ad/
miſſo equo impleant. Annicula mula recte a matre repellitur : et
amota montibus aut feris locis paſcitur:ut ungulas duret:ſitque

Murinus: a mure color murinus dici uidetur/alii a murra dedu/cũt/quẽ palladius mu/reum uocat. aitq; iter co/lores equos maxime pro/bari. Vulgo murellũ uo/citant.

Auitus co/lor: Ab auo auitus dictuſ nam in muliſ progenerãdis non ſolũ color patris ſed etiam aui eſt ſpectan/dus.

Proti ſta/tim genitus. Lego ſtatim pgenitus.

Trimum: Triũ anno/rũ/ut bimũ duorũ/trima/tus tẽpus triũ annorũ/bi/matus duo/rum/quima/tus quinq;.

Salinan/dus. Lego ſa/ginandus/le/gi poteſt ſali/uandus a ſa/liua potione/de qua ſuo lo/co ſatis dixi/mus.

Clatris mu/nitꝰ: Clatros uocãt ligna/tranſuerſaria quales ſunt cancelli/qui/bus feneſtræ mutuuntur.

poſtmodum longis itineribus habilis. Nam CLItellis aptior mulus: illa quidẽ agilior. Sed uterq; ſexus et uiam recte graditur: et terram cõmode proſcindit: niſi ſi præcium quadrupedis rationem ruſtici onerat: aut campus graui gleba robora boum depoſcit.

De medicinis eorum. Capur ultimum.

m Edicinam huius pecoris plerũq; iam ĩ aliis generibus edocui. propria tamen quædam uitia mularũ non omittã: quorũ remedia ſubſcripſi. EQVIenti mulæ cruda braſſica datur. SVSpirioſæ ſanguis detrahitur: et cum ſeſtario uini atq; olei: turis ſemũcia marrubii ſuccus inſtar eminæ mixtus ĩfunditur. Suffraginoſæ hordeacea farina imponiť: mox ſuppuratio ferro recluſa linimentis curatur. Vel gari optimi ſeſtarius cum libra olei per narem ſiniſtram dimittitur. Admiſceturq; huic medicamini trium uel quattuor ouorum albus liquor ſeparatis uitellis. FOEmina ſecari et interdum inuri ſolent. Sanguis dimiſſus in pedes ita ut in equis admittitur. Vel ſi eſt herba quam ueratrũ uocant ruſtici: pro pabulo cedit. Eſt υοσκυαμοσ cuius ſemen detritũ et cum uino datum prædicto uitio medetur. Macies et languor ſubmouetur ſæpius data potione quæ recipit ſemunciã ſulphuris: ouumq; crudum: et myrrhæ pondus denarii. Hæc tria uino admiſcenť: atq; ita faucibus infunduntť. Sed et tuſſi dolorīq; uentris eadem iſta æque mendentur. Ad maciẽ nulla res tãtũ quãtũ medica põt. Ea herba uiridis: nec tarde tãtũ arida fœni uice ſaginat iumenta. uerum modice dãda: ne nimio ſanguine ſtranguletur pecus. Laſſæ et æſtuanti mulæ ad os in fauces dimittitur: uinumq; in os ſuffundiť. Cętera exequemur ĩ mulis: ſicut prioribꝫ huius uoluminis partibus tradidimus: quæ curam boum equarumq; continent.

unde clatratæ nominãť. Cato portius bubilia bona preſepes clatratas. Clatros oportet inter ſe pede diſtare.

Clitellis aptior mulus: clitellas uocant ſtrata iumentorum, quibus ſarcinæ alligãtur, unde muli Clitellarii dicti, prouerbium ẽ, boui clitellæ ſũt impoſitæ, cuꝫ bos naturaliter ſit impatiens inſolenſq; clitellarum, minimeq; ferendis clitellis idoneꝰ. Plautus feſtiuiter appellat homines clitellarios, qui onera impoſita uehũt & dorſo portant, quaſi doſſuarii.

Equienti mulę: Equuꝫ appetenti, & maritum deſideranti. Canes conſimiliter dicuntur catulire, quando cupiunt maritari. Tradit Plinius equas domitas ſexaginta diebus equireanteq̃ gregales.

Suſpirioſæ: græcis uocabulis aſmatici dyſpnoici orthopnoici appellantur: quos noſtri ſuſpirioſos appellant. Vitium eſt ꝑueniens ex difficultate ſpirandi. Agere animam dici ſuſpiriũ poteſt, ut tradit Seneca: de ſuſpirioſis crebra mẽtio apud Plinium. De dyſpnoea & orthopnea, ſcribit galenus, ſed Recentiores medici perperã pronuntiantes uitiant elegantiaꝫ atticiſmi.

Suffraginoſæ: Laborãti ſuffraginibus, quæ ſint ſuffragines ſupra diximus.

Femina: Femora ſcribi debet ſine diphthongo, Cum prima ſyllaba corripiatur, Virgilius: Eripit a femine.

# LVCII IVNII MODERATI COLVMELLAE REI RVSTICAE LIBER OCTAVVS.

De aſello Caput.i.

d DE MINORE PECORE DICTVRIS.P. Siluine pricipium tenebit minor arcadię uilis hic uulgariſq; aſellus: cuius pleriq; ruſticarum rerum auctores in emendis tuendiſq; iumentis præcipuã rationem uolunt eſſe: nec iniuria. Nã et iam eo rure: quod paſcuo caret: contineri põt exiguo et qualicunq; pabulo contentus. Quippe uel foliis ſpiniſq;: uel pticis alitur: uel obiecto faſce ſtramentorum. PAleis uero quę pene omnibꝯ regionibus abundant: etiam gliſcit. Tum imprudentis cuſtodis negligentiam fortiſſime ſuſtinet: plagarũ et penuriæ tolerantiſſimus: propter quæ tardius deficit: q̃ ullum aliud armentum. Nam laboris et famis maxime patiẽs: raro morbis afficitur. Huius animalis tã exiguæ tutelæ plurima et neceſſaria opera ſupra portionem reſpondent: cum et facilem terram qualis in bætica totaq; lybia ſic leuibus aratris proſcindat: et non minima pondere uehicula trahat.

Sępe etiã: ut celeberrimus poeta memorat: tardi coſtas agitator aſelli
Vilibus aut onerat pomis: lapidemq; reuertens
Incuſſum: aut atræ maſſam picis urbe reportat.

Iam uero molarũ et cõficiẽdi frumẽti pene ſolennis eſt huius pecoris labor. Quare omne rus tãq̃ maxime neceſſarium inſtrumentum deſiderat aſellum: qui ut dixi pleraq; utenſilia et uehere in urbem: et reportare COllo uel dorſo cõmode poteſt. Qualis aũt ſpecies eius uel cura probatiſſima ſit: ſuperiore libro cum de precioſo præciperetur ſatis dictum eſt.

De ouibus emendis tuendiſq;. Cap.ii.

p Oſt quadrupedis ouili pecoris ſecũda rõ ẽ: quæ prima ſit ſi ad utilitatis magnitudinẽ referas. Nã id pręcipue nos cõtra frigoris uiolẽtiã ꝓtegit: corporibuſq; nr̃is liberaliora prębet uelamina. Tũ etiã caſei lactiſq; abundãtia nõ ſolũ agreſtis ſaturat: ſed etiã elegãtium menſas iucundis et numeroſis dapibus exornat. Quibuſdã uero nationibus frumenti expertibus uictum cõmodat: ex quo nomadũ getarũq; plurimi γαλακτοπωται galactoporæ dicuntur. Igitur id pecus quãuis molliſſimũ ſit: ut ait prudentiſſime Celſus: ualitudinis tutiſſimæ eſt: minimeq; peſtilẽtia laborat. Verumtamen eligendũ eſt ad naturã loci. Quod ſemper obſeruari nõ ſolũ in hoc ſed etiam in tota turis diſciplina Virgilius præcipit: cum ait:
Nec uero terræ ferre omnes omnia poſſunt.

Paleis gliſcit: Pigueſcit ſaginaſ: fit habitior pabulo palearuȝ.
Collo uel dorſo: Aſini q dorſo uehũt onera p q̃ elegãter doſſuarii nominãtur.
galactopotę. Ideſt potores lactis & lacte uictitantes/ grę ce γαλα dicitur lac. Suidas ait γαλακτοποτης ο γαλαπινων/ ideſt galactopotes eſt lac bibens.

Pinguis et cãpeſtris ſitus proceras ouis tolerat: gracilis et collinus QVAdratas: ſilueſtris et mõtoſus exiguas: ptatis planiſq; noualibus TECtũ pecus cõmodiſſime paſcit͛. Idq; nõ ſolũ generibus: ſed etiã coloribꝫ plurimũ refert. Generis eximii, calabras, apulaſq; milites noſtri exiſtimabãt: earũq; optimas tarentinas. Nũc gallicę precioſiores habẽt͛: earũq; præcipue altinates. Itaq; circa parmã et mutinam macris ſtabulãt͛ campis. Color albus cum ſit optimus: tum etiã eſt utiliſſimus: q ex eo plurimi fiunt. Neq; hic ex alio. Sunt etiã ſuapte natura precio commẽdabilis pullus atq; fuſcus: quos præbẽt ĩ italia POLlẽtia: ĩ bætica corduba. Nec minus aſia rutilos: quos uocat ερυθρους erithreos. Sed et alias uarietates ĩ hoc pecoris genere docuit uſus exprimere. Nã cũ in municipiũ gaditanũ ex uicío africæ miri coloris ſilueſtres ac feri arieres: ſicut aliæ beſtiæ MVnerariis deportarẽt͛. M. Columella patruꝰ meus acris uir ĩgenii atq; illuſtris agricola quoſdã mercatus ĩ agros trãſtulit: et mãſuefactos tectis ouibus admiſit. Eæ primũ orros ſed paterni coloris agnos ediderũt. q deinde et ipſi tarẽtinis ouibꝫ ĩpoſiti: tenuioris uelleris arietes ꝓgenerarũt. Ex his rurſus qcqd cõceptũ ẽ: maternã molliciẽ paternũ et auitũ rettulit colorẽ. Hoc mõ Columella dicebat: qualẽcũq; ſpeciem quę fuerit in beſtiis ꝑ nepotum gradus mitigata feritate rediiſſe. Ad ꝓpoſitum reuertat. Ergo duo genera ſũt ouili pecoris: molle et hirſutũ. Sed in utroq; uel emẽdo plura cõmunia: quędã tñ ſũt ꝓpria generoſi: quæ obſeruari cõueniat. Cõmunia in emẽdis gregibus fere illa: ſi candor lanæ maxíe placet: nũq̃. nõ candidiſſimos mares legeris: quoniã ex albo ſępe fuſcus edit͛ partus: ex ERythræo uel PVLlo nũq̃ generet͛ albus.

De arietibus eligendis. Cap. iii.

Taq; non ſolum ea ratio eſt probandi arietis: ſi uellere candido ueſtitur: ſed etiam ſi palatum atq; lingua concolor lanæ eſt. Nam cum hæ corporis partes nigræ aut maculoſæ ſunt: pulla uel etiã uaria naſcit͛ proles. Idq; inter cætera eximie talibus numeris ſignificauit idem qui ſupra:

Illum autem: q̃uis aries ſit candidus ipſe:
Nigra ſubeſt udo tantum cui lingua palato:
Reiice: ne maculis infuſcet uellera pullis
Naſcentũ.

Vna eadẽq; ratio eſt in erythræis et nigris arietibus:

Quadratas: quadrata corporis ſtatura dicit͛ eruditis, quæ neque longa neq; breuis ſit, ſed in meditullio poſita. Veſpaſianus imperator fuiſſe fertur ſtatura quadrata. Quadratum canẽ probat infra Columella, meliorem ꝑait eſſe q̃ longu, aut breuem.

Tectũ pecus: Id genus ouiũ ſignat, quod generoſiſſimũ eſt, quod propter lanitii elegantiã opetimentis tegitur, & ob id tectũ pecus nominatur. Oratiꝰ id genus oues pellitas appellat, illo Saphico uerſiculo, dulce pellitis ouibus galeſi flumen.

Pollentia: nomen eſt ciuitatis ſubalpine, quæ cęletur uelleribus fuſci coloris. Hinc illud Sylii, fuſcique ferax pollentia uilli, epigrammatiſta quoq; celebrat lanas pollentinas (ta.

Munerariis: Munerarii dñr editores munerũ hꝰ ẽ ludorꝫ, de qbꝰ ĩ cõmẽtariis Suetõii ſatis mul.

Nũq̃ cãdidiſſimos: Legẽdũ nũq̃ nõ. ut intelligas ſemp ẽẽ eligẽdos maſculos cãdidi coloris.

Ex erythreo: Rutilo colore. Pullo: nigro.

Mutilus. minime cornutus. Ouidius ſententialiter ĩquit turpe pecus mutilum.

Inire gregẽ: Ideſt colre cuʒ grege. Auſoni⁹ ſic me taur⁹ init: ſic ꝓxia bucula mugit: ouidi⁹ ineas quãlibet ãte uelim. Hinc init⁹ ponitur ꝓ coitu. Plinius tradit equos & canes & ſues initu3 matutinũ appetere. Idem de bob⁹ ſcribẽs ait cõceptio uno initu peragiꝯ.

Fatiſcit. reſoluiꝯ lãgueſcit dficit ꝑlinius ſine calciatu fatiſcũt

Eliges bimaʒ. Aetate duorum annoruʒ. trimã triũ quadrimã q̃ttuor.

glaber: Sine pilis, glabella fœmia decẽter diciꝯ apuleio, cui⁹ corp⁹ ẽ leuigatũ poſituʒ nulloq; pilo hiſpiduʒ.

Fœt⁹ obligant: I. egẽdum oblidãt hoc eſt cõterant ſuffocentq;.

quoq; ſimiliter: ut iã dixi: neutra pars eẽ debet diſcolor lanæ: mul/
toq; min⁹ ipſa uniuerſitas tergoris maculis uariet. Ideo niſi lana/
tas oues emi nõ oportet: quo melr⁹ unitas coloris appareat. Quæ
niſi præcipua eſt in arietibus: paternæ notę pleruq; natis inhęrent.
Habitus autem maxime probatur: cum eſt altus atque proerus
uentre promiſſo atque lanato: cauda longiſſima: denſiq; uelleris:
fronte lata teſtibus amplis: intortis cornibus: non quia magis hic
ſit utilis (nam eſt melior MVTilus aries) ſed quia minime nocẽt.
Intorta potius q̃ ſurrecta et patula cornua. Quibuſdam regioni/
bus: ubi cœli ſtatus uuidus uentoſuſq; eſt: capros et arietes opta/
uerimus uel ampliſſimis cornibus: quæ tam prouecto altoq; ma/
ximam partem capitis a tempeſtate defendant. Itaq; ſi plerumq; ẽ
atrocior hyems: hoc genus eligemus. Si clæmentior mutilum ꝓ/
babimus marem: quoniam eſt illud incommodum in cornuto: ꝙ
cum ſentiat ſe uelut quodam naturæ loco capitis armatum: fre
quenter in pugnam procurrit: et fit in fœminas quoq; procacior.
Nam riualem (q̃uis ſolus admiſſuræ non ſufficit) uiolentiſſime
proſequitur. Nec ab alio tempeſtiue patitur INIre gregem: niſi cũ
eſt fatigatus libidine. Mutilus autem cum ſe tanq̃ exarmatum in/
telligat nec ad rixam Promptus: et eſt in uenere mitior. Itaq; capri
uel arietis petulci ſæuitiam paſtores hac aſtutia repellunt: menſu/
ræ pedalis robuſtam tabulam configunt aculeis: et aduerſam frõ/
ti cornibus religant. Ea res ferum prohibet a rixa: cum ſtimula/
tum ſuo ictu ipſum ſe sauciat. Epicharmus autem ſyracuſanus:
qui pecudum medicinas diligentiſſime conſcripſit: affirmat pu/
gnacem arietem mitigari terebra ſecundum auriculas foratis cor
nibus: qua curuantur in flexum. Eius quadrupedis ætas ad pro/
generandum optima eſt trima. Nec tamen inhabilis uſq; in ãnos
octo. Fœmina poſt bimatum maritari debet. Iuueniſque habetur
quinquennis. FATIſcit poſt annum ſeptimum. Igitur ut dixi
mercaberis ouis intonſas. Variam et canam comam improbabis:
ꝙ ſit incerti coloris. Maiorem trima dente minacem ſterilem re/
pudiabis. ELIges bimam uaſti corporis: torui et prolixi uilli nec
aſperi: lanoſi et ampli uteri. Nam uitandus eſt GLAber: et exigu/
us. atq; hæc fere communia ſunt. In comparandis ouibus illa etiã
tuenda humilia facere ſtabula: ſed in longitudinem potius q̃ in
latitudinem prouecta: ut ſimul et hyeme calida ſint: nec anguſtiæ
FOEtus oblidant. Ea poni debent contra medium diem. Namq;
id pecus: q̃uis ex omnibus animalibus ueſtitiſſimum: frigoris tñ
impatientiſſimum eſt: nec minus æſtiui uaporis. Itaque cohors

clauſa SVBlimi materie præponi ueſtibulo debet: ut ſit in eã tutus exitus æſtuandi. Deturq; opera neq; humor conſiſtat: ut ſemp̄ q̃aridiſſimis filicibꝰ uel culmis ſtabula cõſtrata ſint: quo purius et mollius incubent fœtæ. SINT quala mundiſſima. Neq; earum ualitudo: quæ præcipue cuſtodiẽda eſt: infeſtetur uligine. Omni autem pecudi larga præbẽda ſunt alimẽta. Nam uel exiguus numerus: cum pabulo ſatiatur: plus domino reddit: q̃ maximus grex: ſi ſentit penuriam. Sequetis autem noualia non ſolum herbida: ſed quæ plerumq; uidua ſũt ſpinis. Vtamur. n. ſepius auctoritate diuini carminis.

Si tibi lanitium curæ eſt: primum aſpera ſilua:
Lappæq; tribulique abſint.

Quoniam ea res ut ait idem: ſcabras ouis reddit: cum tonſis inlutus adhæſit ſudor: et hirſuti ſecuerunt corpora uepres. Tum etiam quotidie minuitur lana: quę quanto prolixior in pecore concreſcit: tanto magis obnoxium eſt rubis: quibus uelut hamis inuncata a paſcentium tergoribꝰ auellitur. Molle uero pecꝰ etiam uelamen quo protegitur amittit: atq; id non paruo ſumptu reparatur. Inter auctores fere conſtitit primum eſſe admiſſuræ tempus uernũ PArilibus ſi ſit ouis matura: ſin uero fœta circa iulium menſem. Prius tamen haud dubie probabilius: ut meſſem uindemiam fructum deĩde uineaticum fœtura pecoris excipiat: et totius autumni pabulo ſatiatus agnus ante mœſtitiam frigorum atq; hyemis ieiunium confirmetur. Nam melior eſt autumnalis uerno: ſicut ait ueriſſime Celſus: quia magis ad rem pertinet: ut ante æſtiuum q̃ hybernum ſolſtitium conualeſcat. ſolusq; ex omnibus animalibus bruma cõmode naſcitur. Ac ſi res exigit ut plurimi mares progenerandi ſint: Ariſtoteles uir callidiſſimus rerum naturæ præcepit admiſſuræ tẽpore OBſeruare ſiccis diebꝰ halitus ſeptẽtrionales: et cõtra uentũ gregẽ paſcamus: et eũ ſpectans admittatur pecus. Ac ſi fœminę generandę ſũt: auſtrinos flatus captare: ut eadẽ rõne

Sublimi materie. Legi põt macerie/ hoc eſt ſepimento.

Sint quala: Vaſa ſunt uiminea in ſupellectile ruſtica quaſillum diminutiuo uocabulo appellant uas laniſicis aptũ qui & calathus dicitur. priſci thalaſſionẽ uocauerunt. Apuleiꝰ qualum panis rumigabã pcipit Cato ut uillicus habeat in inſtrumento ruſtico uigiti quala ſotaria uel alueos quadraginta.

Parilibus. parilia appellant diem uigeſimum primũ menſis aprilis quo roma condita eſt. Quæ & palilia nominant a pale dea paſtorum. Solinus autumat parilia dici quaſi a partu iliæ uidelicet Romulo & remo conditoribꝰ urbis Romæ: eſtꝰ Pompeius ſic ſcribit: parilibꝰ Romulus urbem condidit quẽ diem feſtum precipue habebant minores. Plinius tradit ſidus ſucularũ uulgo appellatum eſſe palilicium quoniam exoriuntur undecimo Cal. maii qᵒ urbis romæ natalis eſt probus grammaticus docet parilia dici per litteram tranſpoſitam quæ ſi ſuo loco poneretur palilia diceretur.

Obſeruare halitus ſeptẽtrionales: Plinius q mares cõcipi uoles in aquilonẽ paſcito ut ſic in eũdẽ ineant. q fœminas cõcipi uoles in auſtrũ ſpectãres initi cogito: tradũt oẽs ferme ſcriptores hᵒ fieri ſed cur fiat minie cauſas explicãt uideor itaq; facturꝰ operæ p̄tiũ ſi ea quę apud Albertũ magnũ rerũ naturæ cõſultiſſimũ legi cõducẽtia ad hãc rẽ hoc in loco explicauero. q in libris de aialibꝰ tradit ideo flãte aqlone cõcipi mares qa is uẽtꝰ calorẽ naturalẽ itꝰ cohibet & ita corpora fiũt ualẽtiora firmioraq; & ipſũ ſemẽ ſiue ſperma melioreſcit cõtra flãte auſtro corpora fatiſcunt & reſoluto ingenito calore fiunt imbecilla unde fœminæ tunc facilius concipiuntur: q ſetus eſt q̃ maſculus longe imbecillior molliorq;

MAtrices ineantur. Nam illud quod priore libro docuimus: ut admiſſarii deſter: uel etiam ſiniſter uinculo teſticulus obligetur: in magnis gregibus operoſum eſt. poſt fœturam deinde longinquæ regionis opilio: uillicus fere omnem ſobolẽ paſtioni reſeruet ſuburbanæ. Teneros agnos dũ adhuc herbę ſunt expertes lanio tradet: quoniam et paruo ſumptu deuehuntur: et his ſummotis fructus lactis ex matribus non minor precipitur. ſummitti tamen etiam in uicinia urbis quãdoq; oportebit. Nam VERnaculum pecus peregrino longe eſt utilius. Nec committi debet ut totus GREX effectus ſenectute dominum deſtituat. Cum præſertim boni paſtoris uel prima cura ſit annis omnibus in demortuarũ uitioſarũq; ouiũ locũ totidem uel ẽt plura capita ſubſtituere: quoniã ſæpe frigorum atq; hiemis ſæuitia paſtorẽ decipit. Et ex eo uis interimit quas ille tempore autumni ratus adhuc eſſe tolerabiles: non ſummouerat. Quo magis etiam propter hos caſus niſi quæ ualidiſſima: et non comprehendatur hyemi: noua ꝓgenie repleatur numerus. Quod qui faciet ſeruare debebit: ne minori quadrimæ: neue ei quæ exceſſit annos octo prolẽ ſubmittat. Neutra enim ætas ad educandum eſt idonea. Tũ etiam quod ex uetere materia naſcitur. plerumq; congeneratũ parentis ſeniũ refert. Nã uel ſterile uel imbecillũ ẽ. Partus uero incipientis pecoris nõ ſecus: q̃ OBſtetricũ more cuſtodiri debet: neq; enim aliter hoc aĩal: q̃ muliebris ſexus enititur: ſæpiuſq; etiam quanto eſt omnis rationis ignarũ laborat in partu. Quare VEterinariæ medicinæ prudens eſſe debet pecoris magiſter: ut ſi res exigat uel integrũ conceptũ: cũ tranſuerſus hæret locis genitalibus: extrahat: uel ferro diuiſũ citra matris pniciẽ partibus ducat: qđ græci uocãt εμβρυγακοσ. Agnus autem cum eſt editus erigi debet: atq; uberibus admoueri: tum eius diductum os preſſis humectare papillis: ut condiſcat maternum trahere alimentum. Sed priuſq̃ hoc fiat exiguum emulgendum eſt: quod paſtores COLOſtram uocãt. ea niſi aliquatenus emittitur: nocet agno: q biduo quo

Matrices. Quæ fiunt matres & ꝓgenerãt. uulgo matricem uocant genital: a fœmiæ qua fetus ipſe concipiẽ continetur q; et uulgo ditiores matricem ponũt pro ea, quæ fecunda eſt & materſit & parit. Infra loquẽs de gallinis inqt ſint matrices robuſti corporis, et eſt hęc dictio in hac ſignificatiõe ꝓpe peculiaris Columellæ. Suetoni⁹ arborem appellauit matricem, ex qua plãta ꝓgenita foret. Videor ſi memoria nõ labat legiſſe apud Pliniũ uno tãtum in loco matricẽ poni ꝓ locis genitalibus, ſecundum uulgarem ſignificatum.

Vernaculũ. Domeſticũ italicũ.

grex effect⁹: Legẽdũ effetus hoc ẽ exhauſtus ſterileſcẽſq; obſeniũ, na ut inqt poeta frigid⁹ i uenerẽ ſenior.

Obſtetricũ. Obſtetrices dicũẽ, quæ preſto ſũt fœminæ parturienti, dictæ. ex eo ꝙ opem ferãt, uel ut iterpretatur diu⁹ Ambroſi⁹, ꝙ obſiſtãt, ne fet⁹ recens editus i terram defluat, Plinius & Ariſtoteles frequenter teſtimonia citant obſtetricum, tanq̃ in rebus talibus peritiſſimarũ, nãq; diutino uſu, q magiſter eſt optimus exercitatiſſimæ nõ parũ multa melius nouere, q̃ medici.

Veterinarie medicinæ: Medicina ueterinaria dicitur ea, qua utiẽ ueterinarius ideſt medicus pecoris & iumẽtorũ, quẽ noſtri mulo medicũ, græci κτηνιατρον appellãt de q° ſupra dixim⁹.

Coloſtram uocant: Dicitur coloſtrum neutro & coloſtra fœminino genere: quæ nil aliud eſt, q̃ ſpongioſa denſitas lactis a partu: Plinius ex primo ſemp lacte a partu coloſtra fiunt: Hinc coloſtrati infantes dicti: quibus pernitioſum fuit guſtaſſe id lac, Plautus mea coloſtra, meus mol-

natus cum matre claudatur:ut ei partum ſuum mox deíde quádiu non laſciuit obſcuro et calido ſepto cuſtodiatur. Poſtea luxuriãtem uirgea cũ comparibus area claudí oportebit:ne uelut puerili nimia exultatione MAceſcat. Cauendum eſt:ut tenerior ſeparetur a ualidioribus:quia robuſtus angit imbecillum. Statimq; ẽt mane priuſq̃ grex procedat in paſcua:deinde etiam crepuſculo redeuntibus ſaturis ouib9 admiſcere agnos. qui cum firmi eſſe cœperunt: paſcẽdi ſunt intra ſtabulum cytiſo uel medica: tum etiam furfuribus :aut ſi permittit annona farina hordei uel erui. Deinde ubi conualuerit circa meridiem pratis aut noualibus uillæ continuis matres admouendæ ſunt:et a ſe mittendi agni:ut condiſcãt foris paſci de genere pabuli. Nã et ante diximus:et nunc eorũ quę omiſſa ſũt meminimus:iucundiſſimas herbas eſſe:quæ aratro ꝓſciſſis aruis naſcãtur:deinde quæ pratis uligine carentibus :paluſtris ſilueſtriſq; minime idoneas haberi. Nec tamen ulla ſunt tam blanda pabula aut etiam paſcua:quorum gratia nõ exòleſcat uſu continuo:niſi pecudum faſtidio paſtor occurrerit præbito ſale:qđ uelut ad pabuli condimentum per æſtatem canalibus ligneis impoſitum cum e paſtu redierunt oues lambunt:atq; eo ſapore cupidinem bibendi paſcendiq; concipiunt. At contra penuriæ hyemis ſuccurritur obiectis intra tectum per præſepia cibis . Aluntur autem commodiſſime repoſitis ulmeis uel ex fraxino frondibus uel autumnali fœno:quod CORdum uocatur. Nam id mollius et ob hoc iucundius eſt q̃ maturum. Cytiſo quoq; et ſatiua uitia pulcherrime paſcuntur. Neceſſario tamen ubi cætera defecerunt: etiam ex leguminibus paleæ. Nam per ſe hordeum uel freſa cum faba cicercula ſumptuoſior eſt:q̃ ut ſuburbanis regiõnibus ſalubri precio poſſit pręberi. Sed SI uilitas mittit:haud dubium eſt optima. De temporibus autem paſcendi:et ad aquã ducendi per ęſtatem non aliter ſentio:q̃ ut prodidit Maro:

Luciferi primo cum ſydere frigida rura
Carpamus:dum mane nouum:dum gramina canent:
Et ros in tenera pecori gratiſſimus herba.
Inde ubi quarta ſitim cęli collegerit hora/Ad puteos:ad alta greges:ad ſtagna perducamus:medioq; die:ut idem:ad uallem:
Sicubi magna ionis antiquo robore quercus
Ingentis tendit ramos:aut ſicubi nigrum
Ilicibus crebris atra nemus accubat umbra.

Rurſus deinde iam mitigato uapore cõpellamus ad aquá : etiá ꝑ æſtatem id faciendum eſt. et iterum ad pabulum producamus

liculus caſe9 epigrammatiſta, de prio matrum lacte coloſtra damus.

Maceſſat: Legendum ẽ maceſcat hoc ẽ macer fiat. Plautus maceſco tabeſco ꝯſeneſco miſer.

Cordũ uocatur: Plini9, rurſus rigari deſecta oportet. ut ſecetur autũnale fenũ, quod uocant corduz, antiqui cordũ dixere ſerotinũ, unde & furmenta corda, quę ſero matureſcũt, & agnos cordos, q ſerius nati forent: & in hominibus dicti cordi ſunt Vltimo fetu ꝓgeniti: hoc eſt quod ait Quintilian9, preceptorem ſubtilem & eruditũ ſcrutatorum origines uerborũ, unde cordi nomẽ traxerint. Lego fuiſſe cordos duos ſcriptores hiſtoriarũ.

Si uilitas mittit. Lege permittit.

Solis ad occaſum:cum frigidus aera ueſper
Temperat:et ſaltus reficit iam roſcida luna.

Sed obſeruandum eſt ſydus æſtatis per emerſum caniculæ:ut an/
te meridiem grex in occidentem ſpectãs agatur:et in eam partem
progrediatur:poſt meridiem in orientem. Siquidem plurimũ re/
fert:ne paſcẽtium capita ſint aduerſa ſoli:qui plerumq; nocet ani/
malibus oriente prædicto ſydere. Hyeme et uere matutinis tem/
poribus intra ſepta contineantur:dũ dies aruis gelicidia detrahat.
Nam pruinoſa iis herba pecudi GRAuedinem creat: uentremq;
proluit. Quare etiam frigidis humidiſq; temporibus ãni ſemel ei
poteſtas aquæ facienda eſt. Tum qui ſequitur gregem circũſpec/
tus ac uigilans id quod omnibus et omnium quadrupedum cu/
ſtodibus præcipitur:màgna clæmentia moderetur. idẽq; propior
quia ſilent. et in agendis recipiendiſq; ouibus adclamatiõe:ac ba/
culo minetur. Nec unq̃ tælum emittat in eas. Neq; ab his lõgius
recedat. Nec aut recubet aut cõſidat. Nã niſi procedit:ſtare debet:
quoniam quidem cuſtodis officium ſublimem celſiſſimãq; ocu/
lorum ueluti ſpeculam deſyderat:ut neq; tardiores grauidaſ dum
cunctantur:neq; agiles et fœtas dum procurrunt ſeparati a cæteris
ſinat:ne fur aut beſtia HALVcinantem paſtorem decipiat. Sed
hæc communia fere ſunt in omni pecore ouillo. Nunc quæ ſunt
generoſi propria dicemus.

De ouibus tectis. Cap.iiii.

g

Ræcum pecus quod pleriq; tarentinum uocant:niſi cũ
domini præſentia eſt:uix expedit haberi. Siquidem et
curam et cibum maiorem deſiderat. Nam cum ſit uni/
uerſum genus lanigerum cæteris pecudibus mollius:tum ex oĩ/
bus tarentinum eſt molliſſimum:quod nullã domini aut magi/
ſtrorum inepriam ſuſtinet:multoq; minus auariciam: nec æſtus
nec frigoris patiens. Raro foris:plerũq; domi alitur. Et eſt auidiſſi/
mum cibi:cum detrahitur fraude uillici. Clades ſequitur gregem.
Singula capita per hyemem recte paſcũt̃ ad præſepia tribus hor/
dei uel freſę cũ ſuis ualuulis fabę:aut cicerculę quattuor ſextariis:
aut aridam frondem prębeat:aut ſiccam uel VIRIdem medicam
cytiſum uetum etiam cordi fœni ſeptena pondo:aut leguminum
paleas adfatim. Minimus agnis uendundis in hac pecude: nec ul/
lus lactis reditus haberi poteſt. Nam et qui ſummoueri debent:
pauciſſimos poſt dies. q̃ editi ſunt:immaturi fere mactant̃:orbęq;
naris ſuis alienæ ſoboli præbent ubera. Quippe ſinguli agni binis
nutricibus ſubmmittuntur:nec quicq̃ ſubtrahi ſũmiſſis expedit:

grauedinẽ. grauedo ut docet. Cor. Celſus hũor ẽ ex capite di ſtillãs/ Apu/ lei⁹ nates grauediæ opple/ tæ/ græci uo/ cãt coryzas/ noſtri graue/ dineq; unde grauedinoſi dci/ q ad mor bus grauedi/ niſ pcliuioreſ ſũt. M. Tul/ li⁹/ itaq; dici/ muſ grauedi/ noſos quoſ/ dam/ quoſdã torminoſos/ non quia ia; ſint Sed quia ſepe ſint.

Allucinã/ tem: Somni/ culoſũ/ ſtupẽ te;/ incurio/ ſum/ Alluci/ nari ẽ errare/ allucïatio er/ ratio. Cloati⁹ docet lucum dici tarditatẽ quãdã animi & ſtuporẽ/ q allucinãtibuſ plerumq; uſu uenit. M. Ci/ cero inqt epi/ curum in re/ bus naturali/ buſ allucina/ ri.

Viridẽ me/ dica;: Nomẽ eſt herbæ pa/ bularis/ de q̃ Virg. Tũc te quoq; medi/ ca putres/ ac/ cipiunt ſulci. Columella i

quo ſaturior lactis celeriter cõfirmetur: ET parta nutrici cõ/ſociata minus laboret in educatione fœtus ſui. Quã ob cau/ſam diligenti cura/ſeruandum eſt: ut etiã ſuis quottidie ma/tribus: et alienis non amantibus agni SVBrumentur. Plures aũt in eiuſmodi gregibus q̃ in hircis maſculos enutrire opor/tet. Nam priuſq̃ fœminas inire poſſint mares caſtrati cũ bi/matum expleuerunt: enecantur. et pelles eoꝝ propter pulchri/tudinẽ lanę maiore precio: q̃ alia uellera mercantibꝰ traduñt. Liberis autem campis et omni ſurculo tuboq; uacantibꝰ ouẽ græcã paſcere meminerimus: ne ut ſupra dixi: et lana carpatꝰ: et teguméta. Nec tamen ea minus ſedulam curam foris: quia non quottidie procedit in paſcua: ſed maiorem domeſticam poſtulat. Nam ſæpius detergenda et refrigeranda eſt. Sæpius eius lana deducenda: uinoq; et oleo INſuccanda. Nonnunq̃ etiam tota eſt eluenda: ſi diei permittit apricitas. Idq; ter ãno fieri ſat eſt. Stabula uero frequenter euerrenda et purganda. humorq; omnis urinæ DEuerrẽdus eſt: qui commodiſſime ſiccatur perforatis tabulis quibꝰ ouilia conſtruuntur: ut grex ſupercubet. Nec tamen ceno aut ſtercore: ſed exitioſis quoq; ſerpentibus tecta liberentur. Quod ut fiat:

Diſce et odoratã ſtabulis incendere cædrũ:
Galbaneoq; agitare graues nidore chelydros.
Sæpe ſub immotis præſepibus: aut mala tactu
Vipera delituit: cœlumq; exterrita fugit:
Aut tecto aſſuetus coluber. Quare ut idem iubet.
Cape ſaxa manu: cape robora paſtor.
Tollentemq; minas: et ſibila colla tumentem
Deiice.

Vel ne iſtud cum periculo facere neceſſe ſit: muliebris capillos aut ceruina ſæpius ure cornua. quorum odor maxi/me non patitur ſtabulis prædictam peſtem cõſiſtere. Tonſu/ræ certum tempus anni per omnes regiones ſeruari non põt: cũ nec ubique tarde: nec celeriter æſtas ingruit. Et eſt modus optimus conſiderare tempeſtates: quibus ouis neq; frigus ſi lanam detraxeris: neq; æſtum ſi nondum detonderis ſentiat. Verum ea quãdoq; detonſa fuerit ungui debet tali medica/mine. Succus excocti lupini: ueteriſq; uini fæx amurca pari menſura miſcentur: eoq; liquamine tonſa ouis imbuitur: atq; ubiq; per triduum delibuto tergore media ſudabunt: quarto die ſi eſt uicinia maris: ad littus deducta merſatur: ſi minus eſt: cœleſtis aqua ſub dio ſalibus ĩ hunc uſum durata: paulũ

ſecundo inter ge/nera pabuloꝝ exi/miã ſcribit eẽ her/bam medicã. q ſe/mel ſeratur decem annis omnibus.

Et parta. Noue poſitũ pro feta/& ea quę peperit.

Subrumentur: Sub mãmam mit/tantur ſubiician/turq;. ãtiquo nãq; uocabulo mamma dicitꝰ rumis/unde agni & hedi ſub/rumi appellantur: qui ſubrumis ideſt ſub mãmis adhuc habẽtur. Hic uer/buꝫ ſubrumari. qđ ſignificat ſub mã/mam ſubiici. Hinc rumina dea. Hinc ruminalis ficus/ q ſub ea arbore lupa rumã ideſt mãmaꝫ Romulo & remo dederit. q̃ ĩ hircis/lego in hirtis ut ad genus ouiũ hirtũ/hoc eſt hirſutũ re/feras/quod minus pretioſũ eſt/ſi ma/gis placet hircis in/tellige in gregibus ouium plures pa/randoſ maſculos q̃ in gregibus capra/rum hircos.

Inſuccãda: Aſ/pergẽda/& quodã quaſi ſucco irrorã/da madefaciẽdaq;.

Deuerrendus: Scopis purgãdus/deam nomine de/uerram coluit an/tiquitas quæ pre/erat domibꝰ euer/rendis/cõuerrito/res dicti ſcoparii il/li ſcilicet/ qui cum ſcopis a prandio a

decoquitur. Eaque grex perluitur. Hoc modo curatum pecus toto anno ſcabrum fieri nõ poſſe Celſus affirmat. Nec dubium eſt: quin etiam ob eam rem lana quoq; mollior atq; prolixior renaſcatᷓ.

Medicinæ pecoris ouili. Cap.v.

[E]T quoniam cenſuimus cultum curamq; recte ualentiũ: nunc quemadmodum uitiis aut morbo laborantibus ſubueniendũ ſit: præcipiemus. q̃q̃ pars hæc exordii pene toto iã exhauſta eſt: cũ de medicina maioris pecoris priore libro diſputaremus: quia cum ſit fere eadem corporis natura minorꝭ maiorumq; quadrupedum: paucę paruæq; morborum et remediorum differentiæ poſſunt inueniri. quæ tamen quantulæcumq; ſunt: non obmittuntur a nobis. Si ægrotat uniuerſum pecus: ut et ante præcepimus: et nunc quæremus eſſe maxime ſalutare / Iterum adſeueramus in hoc caſu quod eſt remedium pręſens et ſummum. Pabula mutemus: et aquationes totius regionis. Alium quæramus ſtatum cœli. Curemuſq; ſi ex calore et æſtu concepta peſtis inuaſit ꝑ opaca rura: ſi inuaſit frigore ut eligantur aprica. Sed modice ac ſine feſtinatiõe pſeq pecus oportebit: ne ĩbecillitas eius lõgis itineribus aggrauetur. Non tamen in totum pigre ac ſegniter agere. Nã quẽadmodum feſſas morbo pecudes uehementer agitare et extundere non conuenit: ita conducit mediocriter exercere: et quaſi torpentis excitare: nec pari VETERno conſeneſcere atq; extingui. Cum dei hinc grex ad locum fuerit ꝑductus IN lacinias colonis diſtribuatur. Nam particulatim facilius q̃ uniuerſus cõualeſcit: ſiue quia ipſius morbi halitus minor eſt ex exiguo numero: ſeu quia expeditius cura maior adhibetur paucioribus. Hæc ergo et reliqua: ne nũc eadem repetamus quæ ſuperiore exordio percenſuimus: obſeruare debemus: ſi uniuerſæ laborabunt: illa ſi ſingulæ. Oues frequentius q̃ ullum aliud animal infeſtantur ſcabie: quæ fere naſcitᷓ: ſicut noſter memorat poeta.

Cum frigidus imber
Altius ad uiuum perſedit: et horida cano
Bruma gelu.

Vel poſt tonſuras ſi remedium prædicti medicaminis nõ adhibeas: ſi æſtiuũ ſudorem mari uel flumĩe nõ abluas: ſi tonſum gregem patiaris: ſi ſiluestribus ſpinis ac rubis sauciaris: ſtabulo utaris ĩ quo mulæ aut equi aut aſinę ſteterunt. Pręcipue tamen exiguitas cibi maciem: macies autem ſcabiem facit. Hæc ubi cœpit irrepere: ſic intelligitur. Vitioſum locum pecudes: aut morſu ſcalpunt: aut cornu uel ungula tundunt: aut arbori adfricant: parietibuſue detergent. Quod ubi aliquam facientem uideris cõprehẽ-

Cena pauimenta deuerrunt & purgamenta eſcarum tollunt.

Veterno cõſeneſcere: Torpore ſegnitia ſõno ignauia. Veternus ꝓprie ẽ ille morbuſ quẽ lethargum græci nominãt in q° marcor eſt & inexpugnabilis pene dormiendi neceſſitas: uulgo medici ſubetiaꝫ appellãt. Inde ueternoſus ꝓ ignauo atq; torpente & ſõniculoſo ponitur.

In lacinias. In particulas ut ſeparatiꝫ diſtribut⁹ & particulatiꝫ diuiſus bene cõualeſcat: uocabuluꝫ ductũ a laciniis ueſtimentorum quæ ceſuratim ſectæ & quaſi diuiſæ ſunt: infra ait ſeparatim laciniæ deducantur.

dere oportebit:et lana rudi ducere. Nam ſubeſt aſpera cutis : et uelut quædam prurigo:cui primo quoq; tempore occurrendum eſt: ne totam progeniem coinquinet. Sed quidem celeriter:cum et alia pecora:tum præcipue oues contagione uexentur. Sũt autem complura medicamina:quæ iccirco enarrabimus: non quia CVNctis ut neceſſe ſit:ſed quia nonnullis regionibus quædam reperiri nequeunt. Ex pluribus aliquod inuentum remedio ſit. Facit autem commode primum ea compoſitio quam pauloante demonſtrauimus:ſi ad fæcem et amurcam ſuccũq; decocti lupini miſceas portione æqua detritum albũ elleborum. Poteſt etiam ſcabriciem tollere ſuccus uiridis cicutæ.quæ uerno tempore cum iam caulem nec adhuc ſemina facit:deciſa contunditur:atq; expreſſus humor eius fictili uaſe reconditur:duabus urnis liquoris admiſto ſalis tortidi ſemodio. Quod ubi factum eſt:oblitum uas in ſterquilinio defoditur:ac toto anno fimi uapore concoctum : mox promitur. Tepefactumq; medicamentum linitur ſcabræ parti:quæ prius aſpera teſta defricta uel pumice redulcerat. Eidem remedio eſt amurca duabus partibus decocta:item uetus hominis urina teſtis candentibus inuſta. Quidam tamen hæc ipſa ſubiectis ignibus quinta parte minuunt:admiſcentq; menſura pari ſuccum uiridis cicutæ. Deinde ſingularis triti et picis liquaminis:ſingulos fricti ſalis ſextarios infundunt. Facit etiam ſulphuris triti et picis liquidæ modus æqualis igne lento coctis. Sed georgicum carmen affirmat: nullam eſſe præſtantiorem medicinam:

Quam ſiquis ferro potuit reſcindere ſummum
Vlceris os. alitur uitium:uiuitq; regendo.

Itaq; reſerandum eſt. et ulcera medicamentis curandum ſubiicit. Deinde æque prudenter febricitantibus ouibus : de talo uel inter duas ungulas ſanguinem mitti oportet. Nam plurimũ id quidem

Profuit incenſos eſtus auertere:et inter
Ima ferire pedis ſalientem ſanguine uenam.

Nos etiam ſub oculis et de auribus ſanguinem detrahimus. Claui quoq; dupliciter infeſtant ouem : ſiue cum SVBluuies atq; intertrigo in ipſo diſcrimine ungulę naſcitur:ſeu cũ idem locus tuberculum habet:cuius media fere parte canino ſimilis extat pilus: eiq; ſubeſt uermiculus. Subluuies et intertrigo pice liquida:uel alumine et ſulphure atq; aceto mixtis rite eruent:uel tenero punico malo:priuſq̃ grana faciat:cum alumine pinſito : ſuperfuſoq; aceto uel æris rubigine INfriata uel combuſta galla cum auſtero uino leuigata:et mixta. Tuberculũ cui ſubeſt uermiculus:ferro q̃cautiſſime

Cunctis ut neceſſe: Legendũ uti neceſſe ſenſu manifeſtario.

Subluuies atq; intertrigo:ui detur ſubluuies eſſe exulceratio in pedibus ouium naſcens, quã do ſcilicet ab ungula cutis reſoluitur i homine reduuiaʒ dicũt. Luere enim ſoluere eſt, quaſi ſubtus ſoluatur corium. de intertrigine, quæ ex intertritu naſcitur ſupra ſcripſi.

Infriata. Minuti inſparſa, friabile id latine uocat, quod facile diſteritur, uulgo uocant pulueriʒatuʒ.

circumſecari oportet:ne dum amputatur etiam quod infra eſt animal uulneremus. Id enim cum fauciat̃:uenenatam ſaniẽ mittit:quæ repreſſum uulnus ita ĩſanabile facit:ut totus peramputandus ſit. Et cum tuberculum diligenter circumcideris candens ſeuum uulneri per ardentem tædam inſtillato. OVEM pulmonariam ſimiliter ut ſuem curari conuenit: inſerta per auriculam:quam ueterinarii conſiliginẽ uocant. De ea iam diximus:cum maioris pecoris medicinam tradimus. Sed is morbus æſtate plerumq; concipitur:ſi defuit aqua. ꝓpter quod uaporibus omni quadrupedi largius bibendi poteſtas danda eſt. Celſo placet:ſi eſt in pulmonibꝫ uitium: acris aceti tantum dare:quantum ouis ſuſtinere poſſit: uel humanæ ueteris urinæ tepefactæ trium eminarum inſtar per ſiniſtram narem corniculo infundere:atq; axungiæ ſextantem faucibus inſerere. Eſt etiam inſanabilis SAcer ignis:quã puſulam uocant paſtores. Ea niſi compeſcitur intra primam pecudem quæ tali malo correpta eſt:uniuerſum gregem contagione proſternit. Sic quidem nec medicamentorum:nec ferri remedia patitur. Nec pene ad omnem tactũ excandeſcit. Sola tamen ea fomenta non aſpernatur lactis caprini quod infuſum tantum ualet:ut et blandiatur igneam ſæuitiam: differẽs magis occidionem gregis q̃ prohibens. Sed ægyptiæ gentis auctor memorabilis Dolus Mendeſius:cuius cõmenta quæ appellantur græce υπομνηματα: ſub nomine Democriti falſo produntur/Cenſet propter hanc ſæpius diligẽter ouium terga perſpicere:ut ſi forte ſit in aliqua tale uitium deprehenſum:confeſtim ſcrobem defodiamus in limine ſtabuli:et uiuam pecudem quæ FVErit puſiloſa reſupinam obruamus: patiamurque ſup obrutam meare totum gregem:q; eo facto morbus propulſetur. Bilis æſtiuo tempore nõ minima pernicies potione depellitur humanæ ueteris urinæ:quæ ipſa remedio eſt etiam PECOri arcuato. At ſi moleſta pituita eſt cunilæ bubulæ:uel ſurculi neperæ ſilueſtris lana inuoluti naribus inſeruntur:uerſanturq; donec ſternuat ouis. Fracta pecudum non aliter q̃ hominum crura ſanantur:inuoluta lanis

Ouem pulmonariam: Pulmone laborantem in cuius pulmonibꝰ uitiuꝫ eſt. græco uocabulo peripneumonici dicuntur/ hi quos pulmo male habet & qui latina uoce pulmonarii nominantur.

Sacer ignis. Malis ulceribꝰ annumerari ſolet ſacer ignis. Cuius duæ ſunt ſpecies/ Alter eſt ſubrubicundus exaſperatuſq; per puſtulas cõtinuas exiguaſq;/in quibus ſemꝑ fere pus & ſepe rubor cum calore/ſerpitq;. Alterum genus eſt in ſummæ cutis exulceratione ſed ſine altitudĩe latũ ſubliuidum, omnis ſacer ignis difficilime ſaneſcit/ græci ιεραν νοσον uocãt. Virgilius docet ſacro igni pecudes infeſtari cũ inquit/contactos artus ſacer ignis edebat.

Fuerit puſiloſa: Ouis dicitur puſiloſa/quam infeſtat ſacer ignis/ quam puſulã uocant paſtores. Vnde a puſula puſiloſa deducitur.

Pecori arcuato: Laboranti Ictericomorbo/ Arquatum morbum ueteres dixere/q alio noie regius uocatur/eo q arquus cœleſtis concolor ſit de uitore. græce ικτερον uocant & uulgo ictericiam/ Icterici homines fiunt aureoli coloris & lutei/unde & aurigĩnem appellant. Cornelius Celſus/ æque notus eſt morbus/quem interdum arquatum/interdum regium nominãt/

oleo atq; uino inſuccatis: et mox circundatis ferulis cõligata. Eſt etiam grauis pernicies herbæ ſanguinariȩ: quam ſi paſta eſt ouis: toto uentre diſtenditur: cõtrahiturq;: et ſpumam quandam tenuem tetri odoris expuit: Celeriter ſanguinem mitti oportet ſub cauda in ea parte: quȩ proxima eſt clunibꝯ: nec minus in labro ſuperiore uena ſoluenda eſt. Suſpirioſe laborantibus auriculæ ferro reſcindendȩ: mutandæq; regiones. quod in omnibus morbis ac peſtibus fieri debere cenſemus. Agnis quoq; ſuccurrendum eſt uel febricitãtibus: uel ægritudine alia affectis: qui ubi morbo laborant: admitti ad matres non debent: ne in eas perniciem tranſferant. Itaq; ſeparatim ſi mulgendæ ſunt oues: et cœleſtis aqua pari menſura lacti miſcenda eſt: atq; ea potio febricitãtibus danda. Multi lacte caprino iiſdem medẽtur: quod per corniculum infunditur faucibus. Eſt autem MENtigo: quam paſtores oſtigenem uocant: mortifera lactentibus. Ea plerumq; fit ſi per imprudentiam paſtoris emiſſi agni uel etiã hædi roſidas herbas depauerũt: quod minime committi oportet. Sed cum infectum ẽ uelut ignis ſacer os atq; labra fœdis ulceribꝯ obſidet. Remedio ſunt hyſopus et ſal æquis ponderibus contrita. Nam ea mixtura palatum atq; linguam totumq; os perfricatur. Mox ulcera lauantur aceto: et tũc pice liquida cum adipe ſuillo ꝑliniuntur. Quibuſdam placet rubiginis æneæ tertiam partem duabus ueteris axungiæ portionibus commiſcere: tepefactoq; uti medicamine. Nonnulli folia cupreſſina miſcent aquæ: et ita perluunt ulcera atq; palatum. Caſtrationis autẽ ratio iam tradita eſt. Neq; enim alia in agnis q̃ ĩ maiore quadrupede ſeruatur.

## De captino pecore. Cap. vi.

T quoniam de ouiarico ſatis dictum eſt: ad caprinum pecus nũc reuertar. Id autem genus dumeta potius: q̃ campeſtrem ſitum deſiderat. Aſperiſq; ẽt locis ac ſilueſtribꝯ optĩe paſcit̃. Nã nec rubos auerſat̃: nec uepribus offendit̃: et arbuſculis frutetiſq; maxĩe gaudet. Ea ſũt

e

quem Hippocrates ait ſi poſt ſeptimam diem febricitante egro ſuperuenit tutũ eẽ mollibus tantummodo precordiis ſubſtantibus. Diocles ex toto ſi poſt febrem oritur, etiam ꝓdeſſe, ſi poſt hũc febris occidere: color autẽ eum morbum detegit maxime oculorum: in quibus quod albũ eẽ debet fit luteũ. cur autem Regius morbꝰ dicatur docet Quintus ſerenus ſcribens, regius a Vero ſignatuſ nomine morbus molliter hic quoniam celſa curatur in aula: Conſimiliter celſus tradit utendum eſſe in hoc morbo frigidis natationibus lecto etiã & cõclaui cultiore clauſo loco, ludis laſciuia, per quæ mens exhilaretur, ob quæ Regius inquit morbꝰ dictuſ uidetur, Pliniꝰ memorat icteron auem uocari a colore, Quæ ſi ſpectetur, ſanari id malum, & auem mori, eſt & gemma nomine icteriaſ lutido colori ſimilis, ideoq; exiſtimata ſalubris contra regios morbos.

Mentigo: Videtur in agnis & hedis mentigo id ferme malum eſſe quod in hominibus mentagram appellant: Vtriuſq; uocabuli Etymon a mento eſt, quoniam ab ea parte fere oriebatur, fœduſque ulceribus, mentum, os labra obſidebat.

ARbuſtus atq; ALAternus cytiſuſq; agreſtis: nec minus iligneiq; querneiq; frutices: q in alritudinem non proſiliunt. Caper cui ſub maxillis binę uerruculę collo depēdent: optimus habetur: ampliſſimi corporis: cruribus craſſis: plena et breui ceruice: flaccidis et prægrauantibus auribus: exiguo capite: nigro denſo et nitido atq; lnogiſſimo pilo. Nā et ipſe tondet

Vſum in caſtrorum ac miſeris uelamina nautis.

Eſt autem menſium ſeptem ſatis habilis ad procreandum: quoniam immodicus libidinis dum adhuc uberius alitur: matrem ſtupro ſuperuenit: et ideo ante ſex annos cōſeneſcit: q̄ immatura ueneris cupidine primis pueritiæ temporibus exhauſtus eſt. Itaque quinquennis parum idoneus habetur fœminis implendis. Capella PRAEcipue probatur ſimillima hirco: quem deſcripſimus: ſi etiam eſt uberis maximi: et lactis abundantiſſimi. Hanc pecudem mutilam parabimus quieto cœli ſtatu: nā procelloſo atq; imbrifero cornuta ſemper. Nam et omni regione maritos gregū mutilos eſſe oportebit: qui cornuti fere pernitioſi ſunt propter petulātiam. Sed numerum generis huius maiorem: q̄ centum capitū ſub uno clauſo non expedit habere: cum lanigeræ mille pariter commode ſtabulentur. Atq; ubi capræ primum cōparantur: melius eſt unum gregem totū: q̄ ex pluribus particulatim mercari: ut nec in paſtione ſeparatim laciniæ deducātur: et in caprili maiore concordia quietę conſiſtant. Huic pecudi nocet æſtus: ſed magis frigus: et pręcipue fœtę: quę gelicidio hyemis conceptum fecit. Nec tantum ea ſola creat abortus: ſed etiam glans cum citra ſacietatem data eſt. Itaq; niſi poteſt affatim præberi: non eſt gregi permittenda. Tempus admiſſuræ per autumnū fere ante menſem decembrem præcipimus: ut propinquante uere gemmantibus frutetis: cum primū ſiluæ germinant fronde: partus edatur. Ipſum uero caprile uel naturali ſaxo: uel manu conſtratum eligi debet: quoniā huic pecori nihil ſubſternitur. Diligenſq; paſtor quotidie ſtabulum conuerrit: nec patitur ſtercus: aut humorem conſiſtere lutumue fieri: quæ cuncta ſunt capris inimica. Parit autem ſi eſt generoſa proles: frequenter duos: nonnunq̄ trigeminos. Peſſima eſt fœtura cum matres binæ ternos hędos efficiunt. Qui ubi editi ſunt: eodem modo quo agni educantur: niſi ꝙ magis hædorum laſciuia compeſcenda et artius cohibenda eſt. Tum ſuper lactis abundantiam:

Arbuſtus: Legendum arbutus, nomen eſt arboris fraga gignētis, alio nomine unedones appellant ex argumento, unum tantum pomum eius edendi, duobꝰ hoc nominibus appellāt græci comaron & memecylon, Iuba auctor eſt quinquagenū cubitorum altitudine in arabia eē arbutos.

Alternus: Corrige alaternus, eſt enī arbor hoc nomine, quæ fructū nō fert, cui folia ſūt inter ilicē & oliuā. Inter infelices arbores numerat.

Præcipue fetæ. Fetas fere ſemper idonei ſcriptores appellant puerperas, hoc eſt eas quę pepererunt, inclytus tamē poeta dixit loca facta furētibus auſtris ꝑ plena. Idem ait: Non inſueta graues tētabunt pabula fetas, pro pregnātes. Verū alio in loco poſuit fœtam ꝑ ea quæ iā peperiſſet, ſic.n. īquit in aſpidopoea. Fecerat & uiridi fœtam mauortis in antro ꝓcubuiſſe lupā, Pliniꝰ noſter fetā ſemper uſurpat pro ea quæ a partu cubat.

SAmera uel cytiſus:aut hedera præbenda:uel etiam cacumi/
na lentiſci aliæq; tenues frondes obiiciendæ ſunt. Sed ex ge/
minis ſingula capita quæ uidentur eſſe robuſtiora:in ſupple/
mentum gregis reſeruantur:cætera mercatibus tradunť. An/
niculæ uel bimæ capellæ(nam utraq; ætas partum edit)ſub/
mitti hædum non oportet. Neq; enim educare niſi trima de/
bet. Sed anniculæ confeſtim depellenda ſoboles:bimæ tam/
diu dum poſſit eſſe uendibilis. Nec ultra octo annos matres
ſeruandæ ſunt. ꝙ aſſiduo partu fatigatæ ſteriles exiſtant. Ma/
giſter autem pecoris acer:durus:ſtrenu9: laboris patientiſſi/
mus:alacer atq; audax eſſe debet:ut qui per rupes per ſolitu/
dines per uepres facile uadat. Et nõ ut alterius generis paſto/
res ſequatur:ſed plerũq; ut antecedat gregem. maxime ſtre/
nuũ pecus eſt capellæ ıcapræ cedent. ſubĩde quæ cedit com/
peſci debet ne procurrat:ſed placide ac lente pabuletur : ut et
largi ſit uberis et non STRIgoſiſſimi corporis.

De medicina caprarum. Cap. vii.

a Tqui alia genera pecorum:cũ peſtilentia uexãtur:
prius morbo et langoribus maceſcunt:ſolæ capel/
læ q̃VIS optimæ atq; hilares ſubito cõcidunt:ue/
lut aliqua ruina gregatim proſternãtur. Id accidere maxime
ſolet ubertate pabuli. Quãobrem adhuc cum eas peſtis per/
culit:omnibus ſanguis detrahendus. Nec tota die paſcendæ:
ſed mediis quattuor horis inter ſepta claudendæ. Sin alius
langor infeſtat:poculo medicantur arundinis et albæ ſpinæ
radicibus: quas cum ferreis pilis diligenter contundimus:
admiſcemus aquam pluuialem:ſolamq; potandã pecori pre/
bemus. Quod ſi ea res ægritudinem non depellit: uendenda
ſunt pecora. Vel ſi neq; id contingere poteſt:ferro necanda ſa/
lendaq; Mox interpoſito ſpatio conueniet alium gregem re/
parare. Nec tñ anteq̃ peſtilens tẽpus anni ſiue uel fuit hyemis
uertatur ęſtate:ſiue autumni uere mutetur. Cum uero ſingu/
læ domo laborabunt:eadem remedia quæ etiã ouibus adhi/
buimus. Nam CVM diſtendeť aqua cutis:quod uitiũ gręci
uocãt υΔερορ:ſub armo pellis leuiter inciſa pnitioſũ trãſmit/
tet humorem:tũ factũ uulnus pice liqda cureť. Cum et fœtæ
loca genitalia tumebunt:aut SECVNdæ non reſponderint:

Samera. Annotauimus ĩ ſuperioribus ſameraȝ ſiue ameraȝ dici ſemen ulmorum.

Strigoſiſſimi. macerrimi & male curati/de ſtrigoſo ſatis ac ſup ſupra diximus.

Quãuis optimę: Videť purior lectior eẽ ſi legas opimæ hoc eſt ſuccoſæ/& prepingues/pinguitudo enim hilaritas ẽ pecoris.

Cum diſtendeť aqua cutis: Id eſt laborabit hydropeſi cenĩȝ græco uocabulo appellant morbũ aquæ ſubter cutẽ fuſæ/cui9 tres ſť ſpecies tympanitis hypoſarca/& aſcites/communis eſt omnium nimia humoris abũdantia:olim quidã hydropicus ſitis ĩpatiens bibit ſuam ipſius urinam atq; ita in exitiũ ſemet p̃cipitault/ita autẽ ordinãda ſunt uerba Columellæ/ut aqua ſit ſeptim9 caſus/cutis uero tectus/ut exponas cutem diſtendi aqua/& nimio humore ſubter cutem fuſo corp9 extuberare.

Secundæ: Mẽbranas intelligit/quę fetum ſecunť/uulgo ſecundinas uocant græco uocabulo υσΤερασ apud Plinium ad ſecundas in numeræ ſũt medicinæ.

DEFRVtis eſt ſeſtarius anus:uel cum id defuerit:boni uini tantundem faucibus infundatur:et naturalia AGEratori liquido repleant̃.Sed ne nunc ſingula perſequar:ſicut in ouilo pecore prædictum eſt:caprino medebimur.

Caſei faciendi ratio. Cap.viii.

c Aſei quoq; faciendi non erit omittenda cura utiq; longinquis regionibus:ubi multram deuehere nõ expedit.Is porro ſic tenui liquore conficitur:q̃ celerrime uendendus eſt:dum adhuc uiridis ſuccum retinet. Si pingui et optimo longiorem patimur cuſtodiam:ſed lacte fieri debet ſincæro:et q̃recentiſſimo.Nam requietum uel maximum celeriter acorem concipiat id plerumq; cogi agni aut hædi coagulo:q̃uis poſſit et agreſtis cardui flore conduci:et ſeminibus gneti:nec minus ficulneo lacte:qđ emittit arbor:ſi eius uirentem ſauties corticem. Verum optimus caſeus eſt:q exiguum medicaminis habet.Minimum autem coagulum recipit SInum lactis argentei pondus denarii. Non dubium quin fici ramulis glaciatus caſeus iucundiſſime ſapiat. Sed multra cum eſt repleta lacte:nõ ſine tepore aliquo debet eſſe. Nec tamen admouenda eſt flãmis:ut quibuſdam placet:ſed AVT procul igne conſtituenda:et cõfeſtim cum concreuit:liquor in fiſcellas aut in calathos:uel formas tranſferendus ē. Nam maxime refert primo quoq; tempore SERum percolari:et a concreta materia ſeparari. Quãob cauſam ruſtici ne patiãtur quidem ſua ſponte pigro humore defluere:ſed cum paulo ſolidius caſeus factus eſt:pondera ſuperponũt:quibus exprimatur ſerum.Deĩde ut formis aut calathis exemptus ē:opaco ac frigido loco(ne poſſit uitiari)q̃uis mundiſſimis tabulis componitur:aſpergitur tritis ſalibꝰ:ut exſudet acidum liquorem.Atq; ubi duratus eſt:uehemẽtius premitur:ut cõſpiſſetur. Et rurſus torrido ſale contingitur:rurſuſq; ponderibus condenſatur. Hoc cum ꝑ dies nouem factũ eſt:aqua dulci eluitur:et ſub umbra cratibus in hoc factis ita ordinatur:ne alter alterum caſeus contigat:et ut modice ſiccetur. Deinde quo tenerior permaneat:clauſo neq; uentis obnoxio loco ſtipatur per complura tabulata.Sic neq; fiſtuloſus:neque

Defrutis ē anꝰ: Perpenſis curioſe & litteris & ſyllabiſ mendoſũ hunc locum ſic emẽdo:defruti ſeſtarius:eſt enim ſenſus purus & integer:ſeſtariũ defruti hoc ē ſapæ ſiue uini cocti īfũdendum eſſe faucibus capellæ lãguẽtis ex fecũdis morantibus.

Ageratori:Vtinam tam facile ueras dictiones poſſem inuenire q̃ faciie falſas adulterinaſq; cognoſco:q̃lis eſt hæc exploſa procul a latinitate:futilis caſſa nihili dictio obelo fodienda:Cuius in locum ſubſtituo laſerato:ut ſit ſenſus:medicamẽto ex laſere cõfecto replẽda eſſe naturalia egrotãtis capræ:de laſere & laſerpitio affati ſuo loco dictum eſt.Vel potiuſ corrige:cerato:qđ & magis quadrat:& tali medicinę eſt Accommodatius:nã ceratũ liqdũ ait immittendu; eſſe intra locos capræ genitales:a cera ceratum dictum:qđ uulgo cerotũ nuncupãt Pliniꝰ:Nõ fecit inquit cerata malagmata emplaſtra:collyria antidota parens illa ac diuina rerum artifex:officinarum immo uerius auaritiæ cõmenta ſunt.

Sinũ lactis:nomen ē uaſis de quo poeta ſinũ lactis & hæc tibi liba priape quotãnis. Plautus ĩ curgulione cedo puere ſinũ:tradit.M.Varro ſinum dici a ſinu:quod cauum ſit poculum.

Aut procul igne:Legendum haud procul.

Serũ ꝑcolari:Liquorē lactis quodã quaſi colatorio eliquari defecariq;:Virg.paſce ſero pigui

ſalſus neq; aridus prouenit. Quorum uitiorum primus ſolet
accidere ſi parũ preſſus: ſecundum ſi nimio ſale imbutus: ter/
tium ſi ſole exuſtus ẽ. Hoc genus caſei poteſt etiã trans ma/
ria permitti. Nã is qui recens ĩtra paucos dies abſumi debet:
leuiore cura conficit̃: quippe fiſcellis exemptus in ſalẽ MV/
riamq; dimittitur: et mox in ſole paulum ſiccatur. Nonnulli
anteq̃ pecus NVmellis inducãt: uirides pineas nuces ĩ mul/
tram dimittunt: et mox ſuper eas emulgent: nec ſeparant niſi
cum trãſmiſerint in formas coactam materiam. Ipſos quidẽ
uirides cõterunt nucleos: et lacti pmiſcent: atq; ita congelãt.
Sunt qui thymum cõtritum cribroq; colatum cũ lacte cogãt.
Similiter qualiſcũq; uelis ſaporis efficere poſſis: adiecto quod
elegeris condimento. Illa uero notiſſima eſt ratio faciũdi ca/
ſei: quẽ dicimus manupreſſum. Nãq; is paulũ cælatus ĩmul/
tram dum eſt repefacta reſcinditur: et feruẽte aqua perfuſus:
uel manu figuratus uel buxeis formis exprimitur. Eſt etiam
nõ ingrati ſaporis muria preduratus: atq; ita MAlinis lignis
uel culmi fumo coloratus. Sed iam redeamus ad originẽ.

De ſuibus et eorum medicinis. Cap. ix.

i

N omni genere quadrupedũ ſpecies matis diligen/
ter eligitur: quoniam frequẽter patri ſimilior eſt p/
genies q̃ matri. Quare etiã ĩ ſuillo pecore reprobã/
di ſunt totius quidem corporis amplitudine eximii ſed qui
quadrati potius longi aut rotundi ſunt: uentre pmiſſo: cluni/
bus uaſtis: nec proinde cruribus aut ungulis proceris: amplæ
et glanduloſæ ceruicis: roſtris breuibus et reſupinis. Maxieq;
ad rem pertinet: q̃ SAlaciſſimos eſſe mares. Et ab annicula
ætate commode progenerant: dum quadrimatũ agant: poſ/
ſunt tamen etiam ſemeſtres ĩplere fœminam. Scrofe pbant̃
LONgiſſimi ſtatus: et ut ſint reliqs mẽbris ſimiles deſcriptis
uerribus. Si regio frigida et pruinoſa eſt: q̃ duriſſime denſæq;
et nigræ ſetæ grex eligẽdus eſt. Si temperata atq; aprica gla/
brum pecus uel etiam PRIſtinale albũ poteſt paſci. Fœmina
ſus habet̃ ad partus edendos idonea fere uſq; in annos ſeptẽ:
que quanto fœcundior eſt celerius ſeneſcit. Annicula nõ im/
pbe cõcipit: ſed inire debet mẽſe februario. Quattuor quoq;
menſibꝰ feta: quinto parere: cum iam herbæ ſolidiores ſunt:
ut et firma lactis maturitas porcis contingat: et cum deſierint
uberibus ali: ſtipula paſcant̃: cæteriſq; leguminũ caducis fru/

Muriam. Supra
diximus, quemad/
modum muria fie/
ret ex aqua cœle/
ſti & ſale.

Numellis: Nu/
mellæ quarũ mẽ/
tio fit a Plauto, ſũt
uincula, qbus qua/
drupedes ĩ paſcuis
deligãtur, unde &
nomen impoſitũ
eſt, ſiquidẽ græca
uoce νομαι di/
cunt paſcua, unde
& apollo nomiꝰ cre/
ditur eſſe cogno/
minatus.

Malinis lignis.
a malo arbore po/
miſera malinũ li/
gnũ dici arbitror,
Pliniꝰ melinũ un/
guentum celebrat
ex eo dictum q ex
malis cotoneis fit:
Nã μηλον græ/
ce malum appel/
latur.

q̃ ſalaciſſimos. Li/
bidioſiſſimos. ho/
mo ſalax dicitur in
uenerem propen/
ſus, & cibus ſalax
ueneriſ ſtimulator,
caudã ſalacẽ dixit
Oratiꝰ pro muto/
ne & genitali uirili.

Longiſſimi ſta/
tus: Proceræ ſtatu/
ræ: corporaturæq;.

Priſtinale. Lego
piſtrinale a piſtrio.
nam & Plautus pi/
ſtores uocat ſcro/
phipaſcos tãq̃ ſcro
phas ĩ piſtrino pa/
ſcentes.

gibus. Hoc autem fit longinquis regiõibꝯ: ubi nihl niſi ſub/
mittere expedit. Nam ſuburbanis lactens porcus ęre mutan/
dus eſt. Sic enim mater non educando labori ſubtrahitur: ce/
leriuſq; iterum conceptum partum edet. Idq; bis anno faciet.
Mares uel cum primum INeunt ſemeſtres: aut cum ſæpius
progenerauerunt: trimi aut quadrimi caſtrantur: ut poſſint
pingueſcere. Fœminis quoq; uuluæ ferro exulcerantur: et ci/
catricibus clauduntur: ne ſint genitales. Quod facile non in/
telligo: quæ ratio compellat: niſi penuria cibi. Nam ubi eſt
ubertas pabuli: SVBmittere prolem ſemper expedit. Omnẽ
porro ſitum ruris pecus hoc uſurpat. Nam et montibꝯ et cã/
pis commode paſcitur: melius tamen paluſtribus agris: q̃ ſi/
tientibus. Nemora ſunt cõuenientiſſima: quę ueſtiunt quer/
cu: ſubere: fago: CERris: ilicibus: oleaſtris: TERmitibꝯ: co/
rylis: pomiferiſq; ſilueſtribꝯ: ut ſunt albę ſpinę: grææcę ſiliquę:
iuniperus: lotos: PAMpinus: cornus: arbutus: prunus: et pa/
liurus: atq; ACHRades piri. Hæc enim diuerſis temporibus
miteſcunt: ac pene toto ãno gregẽ ſaturãt. At ubi penuria eſt
arborum: terrenum pabulum conſectabimur: et ſicco limoſũ
præferemus: ut paludem rimentur: effodiãtq; lumbricos: atq;
in luto uolutentur: quod eſt huic pecori gratiſſimum: quin et
aquis abuti poſſint. Namq; id feciſſe maxĩe p̃ æſtatem p̃fuit:
et dulcis eruiſſe radiculas aquatilis ſiluæ: tanq̃ ſcyrpi iunciq;
et degeneris arundinis: quam uulgus cannam uocat. Nam
quidem cultus ager optimas reddit ſues: cum eſt GRAmi/
noſus: et pluribus generibus pomorum conſitus: ut per anni
diuerſa tempora: mala: pruna: pirum: multiformes nuces: ac
ficum præbeat. Nec tamen propter hæc parcetur HORreis.
Nam ſæpe de manu dandum ẽſt: cum foris deficit pabulum:
propter quod plurima glans: uel ciſternis in aquam: uel fumo
tabularis recondenda eſt. Fabæ quoq; et ſimilium legumi/
num: cum uilitas permittit: facienda eſt poteſtas: et utiq; ue/
re: dum adhuc lactant uiridia pabula: quæ ſuibus plerumque
nocent. Itaque mane priuſq̃ procedant in paſcua: conditiuis
cibis ſuſtinẽdæ ſunt: ne immaturis herbis citetur aluus. Eoq;
uitio pecus emacietur. Nec ut cæteri greges uniuerſi claudi

Ineunt: Coeũt/ & primum initum facere incipiunt.

Submittere p̃/lem: educare pro/ducere p̃pagare.

Cerris: Inter ar/bores glandiferas eſt cerrus/ ex glan/de cerrea ut Nigi/diꝰ tradit/ porcina caro fit ſolidior/ autumat Plinius/ cerruꝫ ne Italiæ q̃/deꝫ maiori ex par/te notam eſſe.

Termitibꝰ. Ter/mites ſũt ramuli ar/borꝝ/ maxĩe oliua/ruꝫ/ qđ porphyrio docet enarrãs illđ oratianũ/ nũq̃ fal/lẽtis termes oliuæ. Au. gelliuſ ramuſ/culos palmarũ ter/mites appellat his uerbis/ ſpadica do/rici uocãt auulſuꝫ e palma termitem cum fructu. Item quoniã termes pal mæ ex arbore cuꝫ fructu auulſuſ ſpa/dix dicitur.

Pápinus. Cor/rigo carpinus/ hic enim loquiẽ de ſil/ueſtribꝰ arboribꝰ.

Achradeſ: ut grę/ci dicunt αχρασ ειδοσ εστιν απι/ου, ideſt achras ſpe cies eſt piri/ Cuius meminit Ariſto/phanes: olĩꝫ thra/ſibulus quod an/notatu dignuꝫ eſt, cum deberet con/tradicere lacedæ/mõiis legatis/ mu/neribus corruptus ſimulauit ſe comediſſe achradas/ hoc ẽ pira ſilueſtria & ob id loqui nõ poſſe.

graminoſus. Largo gramine copioſus.

Horreis. Repoſitoriis/ in quibus repoſita ſint cibaria ſuibus danda/ & id genus cibi eleganter cõditiui appellanẽ/ qa ſcilicet in horreo cõdunẽ/ ut mox cũ foris deficit pabulũ/ depromanẽ.

debent:ſed p̱ porticus HAtę faciẽdę ſũt:qbus aut a partu aut etiã prægnãtes includant̃. Nã præcipue ſues cateruatim:ac ĩconditæ cũ ſint pariter incluſæ:ſuper alias alię cubãt:et fœtuſ elidũt. Quare ut dixi iunctæ parietibus haræ cõſtruendę ſũt in altitudinẽ pedũ quattuor:ne ſus tranſilire ſepta queat. Nã cõtegi nõ debet:ut a ſuperiore parte cuſtos numeros porcorũ recenſeat:et ſi quẽ decũbens mater oppreſſerit:cubãti ſubtrahat: Sit aũt uigilans :impiger:induſtrius: NAuus, omnium quas paſcit. Et nutricũ et minorꝝ meminiſſe debet:ut uniuſcuiuſq; partũ cõſideret, ſẽp obſeruet enitẽtẽ, claudat:ut in hara fœtũ edat. Tũ denotet ꝓtinus quotq; et quales ſũt nati: et curet ne qs ſub nutricẽ aliena educet̃. Nã facillime porci ſi euaſerint harã:miſcent ſe:et ſcrofa cũ decubuit æque alieno ac ſuo præbet ubera. Itaq; PORculatoris maximũ officiũ eſt:ut unãquãq; cũ ſua ꝓle claudat. q ſi memoria deficit̃:quo minꝰ agnoſcat cuiuſq; ꝓgeniẽ:pice liqda eãdẽ notã ſcrofæ et porciſ INnotat:ſiue p̱ litteras ſiue p̱ alias formas unũquẽq; fœtũ cũ matre diſtinguit. Nã ĩ maiore numero diuerſis notis opus ẽ: ne cõfũdat̃ memoria cuſtodis. Attamen qa id facere gregibꝫ amplis uidet̃ operoſum:cõmodiſſimũ ẽ haras ita fabricare: ut limen earũ ĩ tantã altitudinẽ cõſurgat:quãtũ poſſit nutrix euadere:lactens ut ſupgredi nõ poſſit. Sic nec alienus irrepit: et in cubili ſuã qſq; matrẽ nidus expectat:q tantũ non debet octo capitũ numerꝝ excedere. Nõ qn ignorẽ fœcũditatẽ ſcrofarũ maioris eſſe numeri:ſed quia celerrime fatiſcit:quæ pluris educat. Atq; hæ:qbus partus ſũmittit̃:cocto ſunt hordeo ſuſtinẽdæ:ne ad maciem ſũmã ꝑducãt̃:et ex ea ad aliquã ꝑniciem: Diligens aũt porculator frequẽter ſuillæ CONuerrit ſæpius haras. Nã q̃uis prædictũ animal ĩ pabulationẽ ſpurce uerſet̃:mũdiſſimũ tñ cubile deſiderat. Hic fere cultus eſt ſuilli pecoris recte ualentis.

De medicina ſuum Cap. x.

Equitur ut dicamus quæ ſit cura uitioſi. Febricitãtium ſigna ſunt CVM obſtipæ ſues tranſuerſa capita ferunt:ac per paſcua ſubito cum paululum ꝓcurrerunt:conſiſtunt:et uertigine correptæ concidũt. Earum

Harę: Stabula porcorum atq; cubilia, Plautinuꝫ illud notũ eſt, In hara habitare uideor non in edibus.

Nauus. Qui ſit nauus cognoſces ex cõtrario, quod eſt ignauus, ut docet. M. Tullius in oratore, noti erant & naui & nari, qbꝰ cũ ĩ preponi oporteret, dulcius uiſũ ẽ, ignoti ignaui & ignari, dicere q̃ ut ueritaſ poſtulabat.

Porculatoris. Porculator ꝓprie is dicitur, qui curat porcellos lactẽtes: porculatio nutricatus porculorum.

Innotat: Inurit, ſignat inſcribit.

Conuertit. Lego conuerrit hoc ẽ emundat ac purgat.

Cum obſtipæ ſues: Obſtipũ uocabulo antiquo dicunt obliquuꝫ, ſolẽt hyppocritæ triſtes & adumbrati philoſophi incedere ceruice obſtipa & capite obliquato, hinc exiit illud perſianum, obſtipo capite & figẽtes lumine terram, Oratius, ſtes capite obſtipo multuꝫ ſimilis metuenti. ſcribit Suetonius Tiberiũ fuiſſe ceruice rigida & obſtipa. Plinius noſter memorans & ipſe ſigna egrotantis ſuilli pecoris, quod a Columella dicitur obſtipum dixit obliquum, ſic enim inquit, index ſuis inualidæ cruor in radice ſetæ dorſo euulſæ, caput obliquum in inceſſu.

notáda ſunt capita:quá in partem proclinentur:ut ex diuerſa
parte de auricula ſanguinem mittamus. Itē ſub cauda duobꝰ
digitis a clunibus intermiſſis uená feriamus:quę ē in eo loco
ſatis ampla:eáq; ſarmento prius oportet uerberari:deinde ad
ictum uirgæ tumētē ferro reſcindi:detractoq; ſanguine colli-
gari ſaligneo libro uel etiá ulmeo. Quod cum fecerimꝰ:uno
aut altero die ſubtecto pecudē cōtinebimus:et aquá modice
calidam quátá uolent:farinæq; hordeaceæ ſingulis ſeſtarios
præbebimus. STRVmoſis ſub lingua ſanguis mittendus ē:
q cú ꝓfluxerit:ſale trito cum farina triticea confricari in totū
os cōueniet. Quidá præſentius putát eſſe remediū:cú p cor-
nu ſingulis ternos cyathos gati dimittūt. Deíde fiſſas taleas
ferularū lineo funiculo religát.et ita collo ſuſpendūt:ut ſtru-
mæ ferulis contingant. Nauſeantibus quoq; ſalutaris habet
eburnea ſcobis ſale fricto:et fabæ minutæ freſſæ commixta:
ieiuniſq; priuſq̄ ī paſcua ꝓdeát obiecta. Solet etiá uniuerſum
pecus egrotare ita:ut EMAcietur:nec cibos capiat:ꝓductūq;
in paſcua medio cápo ꝓcūbat:quodá ueterno preſſū ſomnos
æſtiuo ſub ſole captet. Quod cú facit:totus grex claudit ſta-
bulo:atq; uno die abſtinet potiōe et pabulo. Poſtridie radix
ANguinei cucumeris trita et commixta cū aqua dat ſitien-
tibus. Quá cum pecudes biberūt:nauſea correpta uomitant:
atq; expurgátur. Omniq; bile depulſa cicercula uel faba dura
muria conſperſa:deinde ſicut hominibus aqua calida potá-
da permittit. Sed cū omni quadrupedi per æſtatem ſitis ſit ī-
feſta:tum ſuillo maxime eſt inimica: Quare nō ut capellá uel
ouem:ſic et hoc animal ad aquá duci pręcepimus:ſed ſi fieri
poteſt iuxta flumen aut ſtagnū per ortū caniculæ detineri:qa
cum ſit AESTVoſiſſimū:nō eſt cōtentū potione aquæ: niſi
obeſam illuuiem atq; diſtentū pabulo aluū demerſerit:et re-
frigerauit. Nec ulla re magis gaudet:q̄ riuis atq; cenoſo lacu
uolutari. Quod ſi locoꝝ ſitus repugnat:ut ita fieri poſſit:pu-
teis extracta large canalibus immiſſa præbenda ſunt pocula:
quibus niſi affatim ſaciátur:PVLmonariæ fiunt. Iſq; morbꝰ
optime ſanat auriculis inſerta conſiligine,de qua radicula di-
ligenter ac ſæpius locuti ſumus, Soler iam uitioſi ſplenis do-

Strumoſis: Struma morbus eſt, cui prope peculiariter obnoxii ſunt ſues. Vnde & a græcis Χοιρα Δεσ uocatur, uulgo ſcrophulas uocant a ſcrophis, quæ illis maxime infeſtant. Piniꝰ obnoxii ſūt ſues morbis anginæ maxīe & ſtrumæ: Eſt & ſtruma, ut docet, Cornelius Celſus tumor ī quo ſubter cōcreta quedam ex pure & ſanguīe quaſi glandulę oriūtur, quæ precipue fatigare medicos ſolent, nec unq̄ facile matureſcūt, naſcuntur maxīme in ceruice, ſed etiam in alis & inguinibus & in lateribus.

Emacietur: fiat macrum.

Anguinei cucumeris: Cucumerē anguinuz multi eē arbitrant cucumerem ſilueſtrem qui erraticus uocatur, ex quo fit medicamentum, quod elaterium appellát ſucco expreſſo ex ſemine, nec ullum ex medicamentis longiore æuo durat. annis ducentis ſeruatum eſſe auctor eſt theophraſtus.

AEſtuoſiſſimuz. æſtuoſa dicuntur animalia, quæ calore & æſtu īfeſtátur, ſicut alſioſa, quæ frigore uexantur.

Pulmonariæ. Pulmonis uitio laborantes hoc eſt peripneumonicæ, prout græco uocabulo nominantur.

lor eas infeſtare:quod accidit:cũ ſicciras magna prouenit: ut bucolicon loquitur poema:

Strata iacent paſſim ſua queq; ſub arbore poma.

Nam pecus inexatiabile ſues dulcedinẽ pabuli conſectant̃:et ſupra modũ æſtate ſplenis incremẽto laborãt. Cui ſuccurrit̃ ſi fabricent̃ CAnales tamaricis et RVſco:repleanturq; aqua: deinde ſitientibus admoueantur. Quippe ligni ſuccus medicabilis epotus inteſtinum tumorem compeſcit.

De caſtratione ſuum. Cap.xi.

c Aſtrationis autẽ in hoc pecore duo tẽpora ſeruãt̃: ueris et autumni. Et eius adminiſtrãdę duplex rõ.

Prima illa quã iam tradidimus:cũ duobus uulneribus impreſſis per unãquãq; plagam ſinguli exprimunt̃ teſticuli. Altera eſt ſpecioſior:ſed magis periculoſa:quã tñ non omittã. Cum uirilem partem utrãq; ferro reſectã detraxeriſ:p impreſſũ uulnus ſcalpellũ inſerito:et mediã quaſi curẽ: quæ interuenit duobus mẽbris genitalibus:reſcindito. Atq; uncis digitis altez quoq; teſticulũ educito. Sic fiet una cicatrix adhibitis cęteris remediis:quę prius docuimus. Illud aũt quod pertinet ad religionẽ patriſfamiliæ:nõ reticendũ putaui. Sũt quædam ſcrofæ:quæ MANdũt fœtus ſuos. Quod cum fit non habet̃ ꝓdigiũ. Nam ſues ex omnibus pecudibus impatientiſſimæ famis aliquãdo ſic indigẽt pabuli:ut nõ tantum alienam (ſi liceat) ſobolem:ſed etiã ſuã cõſumãt. De armentis cæteriſq; pecudibus et magiſtris:per quos quadrupedum greges humana ſollertia domi foriſq; curantur: atq; obſeruantur (niſi fallor) ſatis accurate diſſerui.

De canibus. Cap.xii.

n Vnc:ut exordio priore ſũ pollicitus:de mutis cuſtodibꝰ loquar:q̃q̃ canis falſo dicit̃ mutus cuſtos.

Nam qs hoĩum clarius aut tanta uociferatione beſtiã uel furẽ pręedicat:q̃ iſte latratu? qs famulus amãtior dñi? qs fidelior comes? QVis cuſtos icorruptior? qs excubitor inueniri poteſt uigilantior? quis deniq; ultor aut uindex conſtãtior? Quare uel in primis hoc aĩal mercari tueriq; debet agricola:quod et uillã et fruct⁹ familiãq; et pecora cuſtodit. Eius aũt parãdi tuendiq; triplex ratio ẽ. Nãq; unũ genus aduerſus hoĩum et ferarũ inſidias eligitur:et id uillã quæq; iuncta ſũt uillæ,cuſtodit. At alterũ ꝓpellendis iniuriis hoĩum ac ferarũ: et id obſeruat domi ſtabulũ:foris pecora paſcentia. Tertium

Canales tamaricis: Tamarix eſt quã & myricen uocant,quæ ad lyenem præcipua eſt ſi ſucc⁹ ei⁹ expreſſus ĩ uino bibatur, adeoq; mirabilem ei⁹ antipathiã cõtra ſolũ hoc uiſcꝰ faciũt,ut affirmẽt ſi ex ea factis alueis bibãt ſues ſine lyene inueniri,& ideo homini ſplenetico cibum potũq; dãt i uaſis ex tamarice factis,uulgus in felicem eam arborez appellat,quoniam nihil ferat,nec ſeratur unq̃.

Ruſci: Caſtor oxymyrſinez myrti foliis acutis ex q̃ fiũt ruri ſcopæ,ruſcuz uocant,de q° poeta,horridior ruſco.

Mandunt fœt⁹: Plini⁹ comeſſe fœtus his nõ eſt prodigium.

Quis cuſtos incorruptior,garamantuz regem canes ducenti ab exilio reduxere prelĩantes contra reſiſtẽtes. Propter bella colophonii itẽq; caſtabalẽſes cohortes canum habuere,eæ primæ dimicabant in acie nũq̃ detrectantes,hæc erãt fideliſſima auxilia nec ſtipẽdiorũ indiga,pugnaſſe aduerſus latrones canem pro domino accepim⁹,fideliſſimi ut inquit Plinius ãte omnia

homini ſűt canes atq; equi.

De uillatico: Villaticum rcanem appellãt qui uillam quæq; iuncta ſűt uillæ cuſtodit.

Latis armis: humeris patulis. Plinius ait uni homini eſſe humeros: ceteris aimos.

Status. Statura.

Pecuarius: Cuſtos pecoris: quē & paſtoralem uocãt.

uenandi gratia comparaťur:idq; non ſolum nihil agricolã iuuat: ſed
et auocat: deſidéq; ab opere ſuo reddit. DE uillatico igiť et paſto/
rali dicendum eſt. Nã uenaticus nihil ptinet ad noſtrã profeſſionē.
Villæ cuſtos eligendus eſt ampliſſimi corporis: uaſti lattatus cano/
riq;: prius ut auditu maleficű: deinde etiã cõſpectu terreat: et tñ nõ/
uű q̃ ne uiſus quidem horribili fremitu ſuo fuget inſidiãtē. Sit aũt
coloris unius: iſq; magis eligať albus in paſtorali: niger ĩ uillatico.
Nam uarius in neutro eſt laudabilis. Paſtor albű probet quoniã eſt
feræ diſſimilis: magnoq; opus interdű diſcrimine eſt in ppulſandis
lupis ſub obſcuro mane uel etiã crepuſculo: ne p beſtia canē feriat.
Villaticus qui hoïum maleficiis opponiť: ſiue luce clara fur adue/
nerit: terribilior niger cõſpiciť: ſiue nocte ne cõſpiciať qdem ppter
umbræ ſimilitudinem: quãobrem tectus tenebris canis tutiorē ac/
ceſſum habeat ad inſidiantem. Probať quadratus potius: q̃ longus
aut breuis: capite tam magno ut corporis uideať pars maxima: de/
iectis et ppendentibus auribus: nigris uel glaucis oculis acri lumi/
ne radiantibus: ãplo uilloſoq; pectore: LAtis armis: cruribus craſ/
ſis et hirtis: cauda breui: ueſtigiorum articulis et unguibus ampliſ/
ſimis: qui gręce ∆ρακαισ appellanť. Hic erit uillatici STAtus pręcipue laudandus. Mores aũt neq; mitiſſimi: neq; rurſus truces atq;
crudeles: q illi furem quoq; adulentur: hi etiam domeſticos inua/
dunt. Satis eſt ſeueros eſſe: nec blandos: ut nonnunq̃ etiam conſer/
uos iratius intueantur: ſemper excandeſcant in exteros. Maxīe aũt
debent in cuſtodia uigilantes cõſpici: nec erronei ſed aſſidui et cir/
cumſpecti magis: q̃ temerarii. Nam illi niſi quod certum compere/
runt non indicant. Hi uano ſtrepitu: et falſa ſuſpitione concitãtur.
Hæc iccirco memoranda credidi: quia non natura tantum: ſed etiã
diſciplina mores facit: ut cum emendi poteſtas fuerit: eiuſmodi p/
bemus: et cũ educabimus domi natos: talibus inſtitutis formem9.
Non multum refert an uillatici corporibus graues et parum uelo/
ces ſint. Plus enim comminus: et in gradum: q̃ eminus et ĩ ſpatio/
ſo curſu facere debent. Nam ſemper circa ſepta: et intra ædificiũ cõ/
ſiſtant. Immo ne longius quidē recedere debēt ſatiſq; pulchre fun/
guntur officio: ſi aduenientem ſagaciter adoriantur: et lattatu con/
terrent: nec patiunť propius accedere: uel conſtãtius appropinquã/
tem uiolenter inuadunt. Primum eſt enim non adtentari: ſecũdum
eſt laceſſitum fortiter et perſeuerãter uindicari. Atq; hæc domeſti/
cis cuſtodibus: illa paſtoralibus. PECVArius canis neq; tam ſtri/
gőſus: aut pernix debet eſſe: q̃ qui damas ceruóſque et velociſſima
ſectať animalĩa: nec tam obeſus aut grauis: q̃ uillæ horreiq; cuſtos:

ſed et robuſtus nihilominus et aliquatenus ꝓmptus ac ſtrenuus: quoniam et ad rixam et ad pugnam: nec minus ad curſum comparatur: cũ et lupi repellere inſidias: et raptorem ferum conſequi fugientem: prędamque excutere: atque auferre debeat. Quare ſtatus eius longior productiorq; ad hos caſus magis habilis eſt: q̃ breuis: aut etiam QVAdratus: quoniam ut dixi nonnunq̃ neceſſitas exigit celerrime beſtiam cõſectandi. Cæteri artus ſimiles membris uillariei canis æque probantur. Cibaria fere eadem ſunt utriq; generi præbenda. Nam ſi tam laxa rura ſunt: ut ſuſtineant pecorũ greges: omnes ſine diſcrimine canes hordeacea farina cum ſero commode paſcit. Sin autem ſurculo conſitus ager ſine paſcuo: et farreo uel triticeo pane ſatiandi ſunt: admixto tamen liquore coctæ fabæ: ſed tepido: nam feruens rabiem creat. Huic quadrupedi neq; fœminæ neq; mari: niſi poſt annum permittenda uenus: quæ ſi teneris conceditur: carpit et corpus et uires animoſque degenerat. Primus effœtæ partus amouendus eſt: quoniam TIRuncula nec recte nutrit: et educatio totius habitus aufert incrementum. Mares iuueniliter uſque in annos decem progenerant: poſt id tempus ineundis fœminis non uidentur habiles: quoniam ſeniorum pigra ſoboles exiſtit. Fœminæ concipiunt uſq; in annos nouẽ: ſunt utiles poſt decimum. Catulos ſex menſibus primis: dum corroborentur: emitti non oportet niſi ad matrem luſus ac laſciuiæ cauſa. Poſtea cathenis per diem continendi. et noctibus ſoluendi. Neq; unq̃ eos quorum generoſam uolumus indolem cõſeruare: patiemur alienæ nutricis uberibus educari: quoniam ſemper et lac et ſpiritus maternus longe magis ingenii atque incrementa corporis auget. Quod ſi et fœta lacte deficitur: caprinum maxime conueniet præberi catulis: dum fiant mẽſium quattuor. Nominibus autem non longiſſimis appellãdi ſunt: quo celerius quiſque uocatus exaudiat. nec in breuioribus q̃ quæ duabus ſyllabis enunciantur: ſicuti græcum eſt σκυλαξ latinum ferox: græcum λακωρ latinum celer. Vel fœmĩa ut ſũt gręca σασιτοσφαλα κισωα latĩa lupa cerua tigris. CAtulorum caudas poſt diem quadrageſimum: q̃ ſint editi: ſic caſtrare conueniet. Neruus eſt qui per articulos ſpinæ prorepit uſq; ad ultimam partem caudæ. Is modice cõpreſſus et aliquatenus eductus abrumpitur. Quo facto neq; in longitudinem cauda fœdũ capit incrementum: et (ut plu-

Quadratus: Vt ſupra quoq; annotauimus, quadrati dicũtur qui neq; ꝓcederæ ſũt neq; breuis ſtaturæ.

Tiruncula: Veteranus & tyro opponuntur, neq; ſolum de militibꝰ, ſed etiam de mutis animalibꝰ uſurpantur.

Scylax. Nomẽ cani acommodatum, dicitur enim σκυλαξ græce Catulꝰ, ſcribit pollux in quinto onomaſtici τρεφασιν αι σκυλαξι εκ των μητερων γαλα id eſt alimẽtũ eẽ Catulis maternum lac.

Lacon. Auctor eſt pollux gñroſas canes eſſe Laconicas arcadicas, argolicas, Celticas, ibericas. Tradunt ãtiquitus lacenas canes ex Vulpibus canibuſq; progeneratas, & ob id uocari græco uocabulo αλωπεκιδας, quaſi a uulpe uulpinares.

Catulorũ caudas: Plinius mentiones faciens huiuſce rei & loci ſic refert, Columella auctor eſt ſi Quadrageſimo die q̃ ſit natus caſtret morſu cauda, ſũmuſq; eiꝰ articulus auferatur, ſequẽti neruo exẽpto nec caudam creſcere, nec canes rabidos fieri.

rimi paſtores affirmant ) rabies arcet' letifer morbus huic generi.

## De morbis et medicinis canum. Cap.xiii.

f

Ere autem per æſtatem ſic muſcis aures canum exul/
cerantur ſæpe : ut totas amittant. Quod ne fiat amaris
nucibus cõtritis liniendæ ſunt. Quod ſi ulceribus iam
præoccupatæ fuerint: coctam picem liquidam ſuillę adipi uulne/
ribus ſtillari conuenier. Hoc eodem medicamine CONtacti rici/
ni decidunt. Nam manu non ſunt uellendi: ne ut ante prædixe/
ram: faciant ulcera. PVLIcoſæ cani remedia ſunt: Sume cymi/
num tritum pari pondere cum ueratro aquaque mixtum et inli/
rum: ſeu cucumetis anguinei ſuccus. Vel ſi hæc non ſunt: uetus
amurca per totum corpus infuſa. Si ſcabies infeſtauit: gypſi et ſe/
ſami tantundem contetito: et cum pice liquida permiſceto: uitio/
ſamque partem linito. Quod medicamentum putatur etiam ho/
minibus eſſe conueniens. Eadem peſtis : ſi fuerit uehementior:
CEDRIno liquore aboletur. Reliqua uitia ſicut in cæteris ani/
malibus præcepimus: curanda ſunt. Hactenus de minore pecore.
Mox de uillaticis paſtionibus: quæ conueniẽt: uolucrumq; piſci/
umque et ſilueſtrium quadrupedum curam ſequente uolumine
præcipiemus.

# LVCII IVNII MODERATI COLVMELLAE REI RVSTICAE LIBER NONVS.

## De uillaticis paſtionibus. Caput.i.

q

VAE FERE CONSVMABAnt
Publi Siluine ruris exercendi experiẽ/
diq; ſcientiam: quæq; pecuariæ nego/
ciationis exigebat ratio: ſeptẽ memo/
rauimus libris. Hic nunc ſequentis
numeri titulum poſſidebit : nec quia
proximam propriamq; ruſtici curam
deſiderant ea quæ dicturi ſumus: ſed quia nó alio loco: q̃ in agris
aut uillis debeant adminiſtrari: et tamen agreſtibus magis: q̃ ur/
banis proſint. Quippe uillaticæ paſtiones ſicut pecuariæ non mi/
nimam colono ſtipem conferunt: cum et auium ſtercore macerri/

Contacti ricini: Ver/
miculi ſunt i/
ſeſtantes ca/
pita canuȝ &
maxime au/
res, eſt & uer/
miculus ali⁹
in lingua ca/
num, qui uo/
catur a græ/
cis lytta quo
exempto in/
fantes Catu/
lis nec rabi/
di fiũt nec fa/
ſtidium ſen/
tiunt.

Pulicoſæ: Quam puli/
ces infeſtant/
ſic & pedico/
ſus dict⁹ ple/
nus pedicu/
lorum.

Cedrino li/
q⁹re: Liquor
picis q̃ aquæ
mõ fluit ex
teda dũ coq̃t
cedriũ uoca/
tur, cui tanta
uis ẽ, ut i ęgy/
pto corpora
hoiũȝ defũc/
torũ eo pfu/
ſa ſeruẽt, eſt
etiam oleum
cedri, q⁹ pe/
rũcta materi/
es nec tineaȝ
nec cariẽ ſen/
tit, Hic illud
epigrãmata/
rii, cedro nũc
licet ambuleſ
perũctus, ce/
driam quoq;
accepim⁹ ap/
pellari humo
rem manan/
teȝ ex ambu/
ſta picea.

mis uineis:et omni ſurculo atq; aruo medeantur: et eiſdem familiarem focũ menſamq; precioſis dapibus opulentant. Poſtremo uenditorum animaliũ precio uillæ reditum augent. Quare de hoc quoq; genere paſtionis dicendum cenſui. Eſt autẽ id fere uel in uilla:uel circa uillam. In uilla ẽ quod appellant græci ὀρνιθῶνεσ περιστερεῶνεσ ἰχθυοτρόφια:atq; etiam cum datᷣ liquoris facultas ἰχθυωτροφια ſedula cura exercentur. Ea ſunt omnia ut latine potius loquamur:ſicut auium cohortalium ſtabula. Nec minus earum:quæ conclauibꝰ ſeptæ ſaginantur:uel aquatilium animalium receptacula. Rurſus circa uillã ponunẗ μελισσῶνεσ καὶ χηνοτρόφια. Quod etiam λαγοτρόφια ſtudioſe administrantur:quæ nos ſimiliter appellamus apum cubilia apiaria uel nantium uolucrum:quę ſtagnis piſciniſq; lætantur:auiaria. Vel etiam pecudum ſilueſtrium quæ nemoribus clauſis cuſtodiuntur uiuaria.

De gallinarum generibus:gallis cohortalibus parandis. et nutriendis. Cap.ii.

p Rius igitur de his prepiciam: quæ intra ſepra uillæ paſcũtur. Ac de aliis quidem forſitan ambigiẗ:an ſint agreſtibus poſſidenda. Gallinarum uero plerumq; agricolæ cura ſolennis eſt. Earum genera ſunt uel cohortalium: uel ruſticarum:uel africanarum. COHORtalis eſt auis: quæ uulgo per omnes fere uillas conſpicitur.

Ornithones: Septa in quibus aues paſcuntur, ornithones appellantur græca dictione. ſiquidez ὄρνισ dicitur auis & gallina. Boetus compoſuit ornithogõia ideſt de auiũ generatione. Lege Varronem & gelliuz, qui te docebunt, quid ſint ornithones, idez. M. Varro ornitoboſcion nomĩat gallinaria hoc eſt Loca qbus gallinæ incluſæ paſcuntur.

Periſterones: græce περιστερα dicitᷣ Columba unde periſtereonas uocant columbaria quæ & periſterotrophia nominãtur, quamuis proprie Columbaria dicantur nidificia columbarum, quæ ſingulis paribus fiunt intra periſterotrophion, quæ ut docet. Mar. Varro debent eſſe rotunda in ordine crebra, Ita uti ſingula habeãt os, quo introire & exire poſſint, periſtereos uocatur herba caule alto, foliato cacumine, columbis admodum familiaris, unde & nomen. Hanc habentes negant latrari a Canibus.

Ichthyotrophia: Vox græca eſt, qua uiuaria piſcium ſignificantur, quæ & piſcinæ nominantur. Plinius noſter hæc omnia receptacula auiuz, piſcium ferarum, generali uocabulo uiuaria appellat.

Meliſſones: græci μελισσωσ uocãt apes, unde meliſſones dicuntur apiaria: Quæ mellaria quoq; nominitãt, loca uidelicet in quibus ſiti ſint aluei apum: Loca quibus paſcuntur anſeres græca uoce nuncupant chenotrophia. Nam χὴν dicitur anſer. Leporaria dicuntur loca, quibus uidelicet lepores incluſi paſcũtur, quamq̃. M. Varro leporaria intelligi uelit omnia ſepta ædificia uillæ, quæ habent incluſa omnis generis animalia, quæ paſcuntur. In Leporario inquit apri fuerunt multi, Scipio, qui puriſſime locutus eſt roboraria appellat uiuaria ferarum a roboreis tabulis, quibus ſepiri ſolent.

Cohortalis eſt auis: In uilla Cohors eſt, ex eo dicta, ꝙ circa eum locum pecus cohercetᷣ, auctor. Mar. Varro, Inde aues dictæ cohortales, quæ intra cohortem uillaticam continentur; quales potiſſimum ſunt gallinæ, Ouidius abſtulerat multas illa cohortis aues apud Martialem per contractionem dictionis ſcriptum eſt Raucæ cortis aues & oua matrũ, Itez accipe cortis aues.

Ruſtica:quę non diſſimilis uillaricæ per aucupem decipitur. Eaq; plurima eſt in inſula:quam nauitæ in liguſtico mari ſitã ꝓducto noïe alitis gallinariã uociraueɾũt. Africana ẽ:quã pleriq; NVmidicã dicũt:meleagridi ſimilis:niſi ꝙ rutilã criſtã capite gerit:quæ ſũt utraq; ĩ meleagride cærulea. Sed ex his tribus generibꝰ cohortales fœminæ ꝓprie appellãt̃ gallinę. Mares aũt galli. Semimares q̃ capi hoc nomine uocãtur:cũ ſint caſtrati libidinis abolẽdæ cã. Nec tñ id patiũt̃ amiſſis genitalibꝰ:ſed ferro cãdẽte calcaribꝰ inuſtis:quæ cũ ignea ui cõſumpta ſũt: facta ulcera dũ cõſanescãt figulari creta linũt̃. Huiꝰ igit̃ uillarici generis nõ ſpnẽdus ẽ redditꝰ:ſi adhibeat̃ educãdi ſciẽtia:quã pleriq; græcoꝝ et p̃cipue celebrauere deliaci. Sed et hi:quoniã ꝓcera corpora et aïos ad prœlia pɾinacis reqrebãt:præcipue tanagricũ genus et rhodiũ ꝓbabant:nec minus calchidicũ:et medicũ:quod ab ĩperito uulgo littera mutara MElicũ appellat̃. Nobis noſtꝝ uernaculũ maxime placet:omiſſo tñ illo ſtudio gręcoꝝ:q ferociſſimũ quẽq; alitem certaminibꝰ et pugnæ prępara bãt. Nos.n.cenſemus ĩſtituere uectigal ĩduſtrii patriſfamilię:nõ rixoſarũ AVIũ laniſtę:cuiꝰ plerũq; totiũ patrimonium pignus aleæ uictor gallinaceus PYCtes abſtulit. Igit̃ cui placebit ſeq noſtra p̃cepta:cõſideret oportet primũ q̃multas. Scd̃m cuiuſmodi parare debeat matrices. Deinde qualiter eas tutari et paſcere. Mox qbꝰ ãni tẽporibus earũ partꝰ excipere. Tum demum ut incubent et EXcludant efficere, Poſtremo ut commode pulli educentur operam dare. His enim curis et miniſteriis exercet̃

Numidicã dicunt: Diſſentit a Varrone ſcribente gallinas Africanas a græcis appellari Meleagrides, tanq̃ res una ſit, nomina tria, ut Africanæ numidicæ meleagrides ꝑ uno eodemq; auitio habeant, Sũt autem gallinæ gibboſæ uariis plumis ſparſæ, quæ ob id a Martiale dicuntur guttetæ numidicæ, ab Oratio afra auis, de his intelligi uoluit Papinius in ſiluula, quas udo numidæ legunt ſub auſtro.

Melicum. M. Varro, ad hãc tem electis maximis gallinis, nec continuo his: quas melicas appellant falſo, ꝙ antiqui ut Thetin dicebant ſic medicam melicam uocabant, hæc primo dicebãtur quia ex media propter magnitudinem erãt allatæ quæq; ex his generatæ poſtea propter ſimilitudinem.

Auium laniſtæ: Sicut laniſta comparat familias gladiatorum, eaſq; edocet armorum diſciplinã, ut mox uendat munerariis. Ita ꝑ tranſlationẽ dicunt laniſtæ auium qui gallinas parant inſtruuntq; ad certamen, q̃ mos Hodieq; durat apud boemos, ubi primores ꝑ parant gallos gallinaceos pugnæ quaſi gladiatoriæ, fiũtq; ſponſiones pretii nõ parui, dũ unus quiſq; pecuniam largam deponit, quam aufert dominꝰ Victoris gallinacei, Plinius refert pergani oïbus annis ſpectaculum gallorum publice edi ſolitum ceu gladiatorum.

Pyctes: gallinaceum pugnatorem ſcite uocat pycten quaſi pugilem & in pugna athletica certantem, πυκτης græce pugil nominatur, Vnde & pyctale certamen appellatum, quod inter pyctas, Fit dictio quidem græca eſt, ſed noſtris quoq; uſitatiſſima. Firmicus maternꝰ, ſcribit leporis ſidus in Horoſcopo facere pyctas macherarios. Heliogabalus auctore Lãpridio gladiatores ante conuiuium pugnantes ſibi & pyctas frequenter exhibuit.

Excludant: gallinæ dicuntur excludere, cum poſt incubatum pulli maturi rupto ouo naſcũtur, Plinius celerius excluduntur Calidis diebus, Item quedam gallinæ gemina oua pariunt, & geminos interdum excludunt, dicitur & excudere in eodem ſignificatu.

ορνιθοτροφια græci ορνιθα gallinã uocãt & alitẽ, τροφην alimẽtũ, unde ornithotro/

ratio cohortalis: quã greci uocant ορνιθοτροφιαν. Parandi aũt modus eſt: ducentorum capitum: quæ paſtoris unius curã diſtendat: dum tñ anus ſedula uel puer adhibeat cuſtos uagãtiũ: ne OBſidiis hominũ aut inſidiatorꝝ aĩaliũ diripiant. Mercari porro niſi fœcũdiſſimas aues nõ expedit. Eæ ſint rubicũdę: uel fuſcę plumę nigriſq; pẽnis. Ac ſi fieri poterit oẽs huius et ab hoc ꝓximi coloris eligant. Sin aliter uirent albæ: quæ fere cũ ſint molles: ac min9 uiuaces: tum ne fœcũdæ qdẽ facile reperiãt: atq; ẽt conſpicuæ ꝓpterq; inſigne cãdoris ab accipitribus et aqlis ſępius abripiũt. Sint ergo MAtrices robuſti corporis QVAdratę pectoroſæ magnis capitibꝰ: rectis rutiliſq; criſtulis: albis auribꝰ. Et ſub hac ſpecie q̃ampliſſimæ: nec paribꝰ ungulis: generoſiſſimæq; credunt: quę qnos habẽt digitos: ſed ita ne cruribꝰ emineãt trãſuerſa calcaria. Nã quę hoc uirile gerit inſigne: cõtumax ad cõcubitũ dedignat admittere marẽ: raroq; fœcũda: etiã cũ ĩcubat: calcis aculeis oua pfrĩgit. Gallinaceos mares niſi SAlaciſſimos habere ñ expedit. Atq; ĩ his quoq; ſicut fœminis idẽ color: idẽ numerus unguiũ. STAtus altior quęrit. Sublimes ſanguineęq; æque uel obliquæ criſtæ. Rauidi uel nigrantes oculi. Breuia et adunca roſtra. Maxĩę cãdidiſſimæq; aures. PAleæ ex rutilo albicãtes: quę uelut INcanæ barbę depẽdẽt. Iubę deĩde uariæ: uel ex auro flauę p colla ceruiceſq; ĩ hũeros diffuſæ. Tũ lata et muſculoſa pectora lacertos æque ſimiles brachiis. Alæ tũ ꝓceriſſimæ. Caude duplici ordĩe ſingulis utriq; ꝓminẽtibus pĩnis inflexę. Quin etiã VAſta fœmĩa: et frequẽter horrẽtibꝰ plumis. Hirta robuſtaq; crura: nec lõga ſed ĩfeſtis uelut ſudibus nocẽter armata. Mores autẽ quãuis nõ ad pugnã: neq; ad uictoriæ laudẽ præparẽt: maxĩe tñ generoſi ꝓbẽt: ut ſint elati: alacres: uigilãtes: et ad ſępius canẽdũ prompti: nec q facile terreãt. Nã ĩterdũ reſiſtere debẽt et ꝓtegere cõiugalẽ gregẽ. Quin et attollentẽ minas ſerpẽtẽ: uel aliud noxiũ aĩal ĩterficere. Talibꝰ aũt maribus qnę ſingulis fœmĩę cõparãt. Nã rhodii gñris aut medi-

phia loca nominamus, quibus gallinæ incluſæ ſaginantur, dicuntur & ornithones, generali uocabulo ſunt auium receptacula, auiaria inferius latia dictione nominat gallinaria.

Obſidiis. Obſidiõe & ĩſidiiſ.

Matrices. Quę uidelicet fiũt matres & ꝓgenerant uulgo id genus gallinæ noiant glotientes, & ita a Columella inferius dictæ.

Quadratæ: Vt ante docuimꝰ quadrata ſtatura ẽ mediocris, neq; longa neq; breuis, ſic & ſupra dixit quadratũ canem maxime probari.

Salaciſſimos: Libidinoſiſſimos & rei uenerię appetẽtiſſimos, Caudã ſalacẽ dixit Oratiꝰ gẽ Italia, bulbos ſalaces epigrammatiſta quia extimulant libidinem.

Homo ſalax dicit ad reꝫ ueneriã propenſus & ualidus.

Rauidi oculi: Rauus color eſt ſubniger ex nigro fuluo cõmiſtus. M. Varro conſimiliter precipit gallos eligi oportere oculis rauis aut nigris, ab Oratio lupa raua dicitur ob colorem, feſtus Pompeius ſcribit raui coloris eos appellari, qui ſunt inter flauos & Cæſios, quos Plautꝰ appellat rauiſtellos, qs iquit hæc mulier & ille rauiſtellus q uenit, Atq i plauti epidico nõ oẽs legũt rauiſtellus: imo plures grauaſtellus, ẽ aũt grauaſtellꝰ ſenior a grauitate dictus, quã lectionem nos probamus, & probat ideꝫ ipſe feſtus Põpeius in dictiõe grauaſtellus.

Paleæ: Membranas illas intellige, quæ ſub gutture gallorꝝ ſunt pendulæ, tamq̃ quædam palearia. M. Varro, palea rubra ſubalbicanti.

Incanæ: Caneſcentes & albæ, Virgilius incanaq; menta regis romani.

Vaſta femina: Pregrandes coxæ & femora.

ci pp grauitaté neq; patres nimis ſalaces:nec fœcúdę matres:
quę tñ ternę ſingulis maritát. Et cũ pauca oua poſuerũt:íer/
res ad incubandũ multoq; magis ad excludendũ raro fœtus
ſuos educát. Itaq; qbus cordi é:ea genera ꝓpter corporũ ſpe/
ciem poſſidere:cũ exceperũt oua generoſaꝝ:uulgaribꝯ galli/
nis ſubiiciũt:ut ab his EXcluſi pulli nutriát. TAnagrici ple/
rũq; rhodiis et medicis amplitudine pares:nó multũ moribꝯ
a uernaculis diſtant:ſicut et calchidici. Oíum tñ hoꝝ generũ
nori ſunt. Optimi ſũt pulli:quos cóceptos ex peregrinis ma/
ribus noſtrates ediderũt. Ná et paterná ſpeciem gerũt:et ſala/
citaté fœcũditatéq; uernaculá retinét. Pumiles aues: niſi qué
humilitas earũ delectat:nec ꝓpter fœcunditaté nec ꝓpter aliũ
redditũ nimiũ ꝓbo:tá hercule:q̃ nec pugnacé nec rixoſę libi/
dinis marem. Nam plerũq; cæteros infeſtat:et nó parit iniri
fœminas:cũ ipſe pluribus ſufficere non queat. Impediéda eſt
itaq; ꝓcacitas eius ampullaceo corio:quod cũ í orbiculũ for/
matũ é:media pars eius reſcindit:et pexciſam parté galli pes
inſerit. Eaq; quaſi cópede cohibent feri mores. Sed(ut ꝓpo/
ſui)iam de tutela uniuerſi generis præcipiam.

De gallinariis conſtituendis. Cap.iii.

GAllinaria cóſtitui debent parte uillæ:quæ hybernũ
ſpectat oriété. Inncta ſint ea furno uel culinę: ut ad
auem perueniat fumus:q eſt huic generi præcipue
ſalutaris. Totius aũt officinæ:id eſt ornithonis tres continuæ
extruũt cellæ:quarũ ſicuti dixi ꝑpetua frons oriéti ſit obuer/
ſa. In ea deinde fronte exiguus det unus oíno aditus mediæ
cellæ:quæ ipſa e tribꝯ minima eſſe debet in altitudiné et quo/
quouerſus pedes ſeptem. In ea ſinguli dextro: leuoq; pariete
adit9 ad utráq; cellá faciédi ſũt:iúcti parieti q é ítrátibus ad/
uerſus. Huic aũt focus applicet tá lõgus:ut nec ípediat prę/
dictos aditus:et ab eo fumus ꝑueniat in utráq; cellá æque lõ/
gitudinis:et ad altitudinis duodenos pedes habeát:nec plus
latitudinis q̃ media ſublimitas diuidatur:tabulatiſque ſuper
ſe quaternos et infra ſeptenos liberos pedes habeant: quo/
niam ipſa ſingulos occupant. Vtraq; tabulata gallinis ſerui/
re debent: et ea paruis ab oriente ſingulis illuminari feneſtel/
lis: quæ et ipſæ matutinum exitum præbeant auibus ad
cohortem: nec minus ueſpertinum introitum. Sed curan/

Excluſi pulli: Poſt incubatuꝫ le/gitimuꝫ rupto ouo progeniti.

Tanagrici: A ta/nagra ciuitate boe/tiæ/quam Home/r9 uocat γραιαν/ quæ & pri9/ut do/cet ſtephanus/uo/cabat ποιμαν/δρια: Tanagrici galli auctore Var/rone ſunt ſine du/bio pulchri & ad preliandum inter ſe maxime Idonei/ſed ad partus ſunt ſteriliores/Plinius de gallis gallinace/is loquens ait/pa/trias nobilitaue/runt/Rhodum ac tanagram. Tana/greæ Meretricis meminit. M. Tul/lius.

Pumiles: In om/ni genere anima/lium ſunt pumilio/nes atq; etiaꝫ inter uolucres/ut docet Plini9/dicim9 pu/milos & pumilio/nes/Papini9 in ſil/uis Mirantur pu/milos ferociores/ſt autem pumili ſiue pumiliones breuis ſtaturæ animátes: Nani græca uoce uulgo quoq; uſita/tiſſima dicuntur/Au. gellius aſſerit Nanum latinaꝫ eé dictioneꝫ. Hinc il/lud/& me genil na/na per ſalicta bigis rheda rapit citata nanis.

gallinaria: Quę ſuperi9 græco uo/cabulo dicta ſunt ornithotrophia & ornithones/nũc latina uoce appellat gallinaria uidelicet ſta/bula gallinaruꝫ & receptacula:

dum erit: ut ſemper noctibus claudantur: quo tutius aues maneant. Intra tabulata maiores feneſtræ aperiantur. et eæ CLAtris muniãtᵉ: ne poſſint noxia irrepere aĩalia. Sic tñ ut illuſtria ſint loca: q° cómodius habitet AVIArius: q SVBinde debet ſpeculari: aut incubãtis aut parturientis fœtus. Nã etiã in iis ipſis locis ita craſſos parietes ædificare cõuenit: ut exciſa p ordinẽ gallinaꝝ cubilia recipiant. In qbus aut oua edantᵉ: aut excludãtᵉ pulli. Hoc .n. et ſalubri⁹ et elegãtius ẽ: q̃ illud qd qdã faciũt: ut palis in parietẽ uehemẽter actis uimineos QVAlos ſupponãt. Siue aũt parietib꜄ ita ut dixim⁹ cauatis: aut qualis uimineis p̃ponẽda erũt ueſtibula: p quæ matrices ad cubilia uel pariendi uel incubãdi cauſa pueniant. Neq; enim debẽt ipſis nidis inuolare: ne dũ adſiliũt: pedibus oua confrigãt. Aſcenſus deĩde auib꜄ ad tabulata p utrãq; cellã datᵉ iunctis parieti modicis aſſerculis: q paulũ formatis gradib꜄ aſperãtᵉ: ne ſint aduolãtib꜄ lubrici. Sed ab cohorte foriſecus p̃dictis feneſtellis SCAndulę ſimiliter iniũgantᵉ: qb꜄ irrepant aues ad requiẽ nocturnã. Maxĩe aũt curabimus ut et hæc AVIAria: et cætera de qbus mox dicturi ſum⁹: ĩtrinſecus poliãtᵉ opere tectorio: ne ad aues FEles habeãt aut coluber acceſſũ: et æque noxię p̃hibeantᵉ peſtes. Tabularis inſiſtere dormientẽ auem nõ expedit: ne ſuo lædatᵉ ſtercore: quod cũ pedib꜄ uncis adheſit: podagrã creat. Ea pnicies ut euitetᵉ: ptıcę dolãtᵉ ĩ quadrũ: ne teres breuitas eaꝝ ſuperſaliẽtẽ uolucrẽ nõ recipiat. Cõquadratę deĩde foratis duob꜄ aduerſis parietib꜄ ĩduũtur: ita ut a tabulato pedalis altitudinis: et ĩter ſe bipedalis latitudinis ſpacio diſtẽt: hęc erit cohortalis

Clatris muniantur: Clatri ſunt ligna tranſuerſa, quibus aliquid munitur a quibus feneſtræ clatrate dicuntᵉ, cancelli quoq; nominantur, Oratius obiectos caueæ ualuit ſi frangere clatros. Cato, clatros iter ſe oportet pede diſtare.

Auiarius: Cuſtos auium & paſtor, quem uulgo gallinariũ uocant.

Subinde: Frequẽter idem, tidẽ, Marcialis, iterponiſ aquã ſubinde ruffe.

Qualos: Qualum & per diminutionem quaſillum uocãt uaſculum inquo penſa mulierum, & trama uoluuntur, Oratius tibi qualũ Cythereę puer ales, quala quoq; ſunt uaſa uiminea in ruſtica ſupelectile. Cato quala ſataria appellat, q b⁹ utimur ĩ ſatiõe qb⁹ frumẽta quæ ferim⁹, cõtinent ſatores.

Scãdulæ: Paulo ſupra aſſerculos dixit intelligi uolens aſſeres modicos & graciles. nũc ſcandulas uocat conſimili ſignificatu, & ut in commentariis Apuleianis annotauimus uidentur dici ſcandulæ a ſcandendo, quoniam ad tectũ ſcãdulare gradibus aſcendimus, eſt autem ſcandulare tectũ ſuperior pars domus, quæ tegulis eſt proxima, ſcribit Plinius urbem Romam ſcãdula fuiſſe contectam uſq; ad bellu꜉ pyrrhi. ſcandulæ e robore aptiſſimæ fiunt aliiſq; arboribus glãdiferis.

Auiaria: Auiu꜉ receptacula & gallinaria, auiarius dicitur paſtor auiu꜉ & cuſtos. Virgilius auiaria ponit pro nemoribus, quæ ab auibus frequẽtantur, ſic enim inquit in georgicis, Inculta rubent auiaria baccis.

Feles: Animal eſt familiare ac domeſticum omnib⁹ notum, uulgo Catus nominatur, ut opinor a ſolertia, nam Catum ſapientem dicunt & acutum. græci αιλουρους uocant, Plinius tradit felium oculos in tenebris fulgere, Idem alibi ſic refert, feles quidem, quo ſilentio, q̃ lenibus ueſtigiis obrepunt auibus: q̃ occulto ſpeculatu in muſculos exiliũt, excrementa ſua effoſſa obruunt terra intelligentes odorem illum indicem ſui eſſe. Verum apud Columellam & Varronem feles accipi uidetur pro Fouino. ſic enim uulgus appellat beſtiolam gallinis maxime infeſtam noxiamq; & ſepe gallinaria tota contrucidantem.

officinę diſpoſitio. Cæterum cohors ipſa: per quam uagantᷣ: nõ tñ ſtercore: ꝙ uligine careat. Nã plurimũ refert aquã nõ eſſe in ea niſi uno loco: quã bibant: eãq; mũdiſſimã. Nã ſtercoroſa pituitã concitat. Puram tñ ſeruare nõ poſſis: niſi clauſam uaſis in hunc uſum fabricatis. Sũt aũt q aut aqua replentur aut cibo plumbei canales: quos magis utiles eſſe ligneos aut fictiles cõpertũ eſt. HIS ſuperpoſitis operculis claudunt: et a lateribus ſuper mediã partem altitudinis per ſpatia palmaria modicis FOrãtur cauis: ita ut auium capita poſſint admittere. Nã niſi operculis muniãtᷣ: quãtulũcũq; aquæ: uel ciboꝝ ineſt: pedibus euertitᷣ. Sũt q a ſuperiore parte foramina ipſis operculis imponãt. quod fieri non oportet. Nã ſupſiliens auis PROluuie uentris cibos et aquam conſpurcat.

## De cibariis gallinarum. Cap. iiii.

Cibaria gallinis præbentᷣ optima: pinſitũ hordeũ et uitia: nec minus cicercula: tũ etiam miliũ aut panicũ. Sed hæc ubi uilitas annonæ permittit. Vbi uero ea eſt carior EXcreta tritici minute commode dantur. Nã per ſe id frumentũ: etiam quibus locis uiliſſimum eſt: non utiliter præbetᷣ: quia obeſt auibus. Poteſt etiam lolium decoctum obiici nec minus furfures modice a farina exceteri: qui ſi nihil habent farris non ſunt idonei. Nec tamen appetuntur ieiunis cythiſi folia: ſeminaq; maxime ꝓbantur: et ſunt huic generi gratiſſima. Neq; eſt ulla regio: in quã non poſſit huius arbuſculæ copia eſſe uel maxima. Vinacea ꝗuis tolerabiliter paſcant: dari non debent: niſi quibus temporibꝯ anni auis fœtum non edit. Nam et partus raro: et oua faciũt exigua. Sed cum plane poſt autumnum ceſſant a fœtu: poſſunt hoc cibo ſuſtineri. Attamen quæcumq; dabitur eſca per cohortem uagantibus die incipiente: etiam in ueſperum declinato bis diuidenda eſt: ut et mane non protinus a cubili latius euagentur: et ante crepuſculum ꝓpter cibi ſpem TEMporiꝰ ad officinã redeãt: poſſitq; numerus capitum ſæpius recognoſci. Nã uolatile pecus facile paſtoris cuſtodiã decipit. Siccus etiã puluis et cinis ubicũq; cohortem porticus uel tectum protegit: iuxta parietes reponendus eſt: ut ſit quo aues ſe perfundant. Nam his rebus plumam pinnaſque emundãt. Si modo credimus epheſio Heracleto: q ait ſues ceno: cohortales aues puluere uel cinere lauari. Gallia poſt primã emittitᷣ: et ãte horã diei undecimã claudi debet. cuius uagæ cultus hic quem diximus erit. Nec tñ alius clauſæ: et niſi ꝙ ea nõ emitteretur ſed intra ORnithonem ter die paſcitur maiore menſura. Nã ſingulis capitibꝯ quaterni cyathi diurna cibaria ſunt: cũ magis terni

His ſuperpoſitis. Legẽdũ eſt. hi ui delicet canales.

Forãtᷣ cauis: Foraminibꝰ, nomẽ ẽ ſubſtãtiuũ. Oratius. Me ſilua cauuſq; tutus ab inſidiis tenui ſolabitᷣ eruo.

Proluuie: Stercore Virgilius. fediſſima uẽtris ꝓluuies.

Excreta tritici: Purgamenta, quæ cribro excernunt dicunt & excremẽta furfures uero ſt farinæ purgamenta.

Tẽporiꝰ: Tempeſtiuiꝰ maturius citius, aduerbiũ eſt. cui opponitᷣ ſerius, hinc illud naſonis, mõ ſurgis eoo temporius coelo, modo ſerius incidis undiſ.

Ornithones: Intra receptaculũ, & officinã cohortaleꝫ, penultima producta enunciatur, quoniã græci ſcribunt p omega, id eſt, ορνθωμα.

uel bini præbeãtur. Habeat tamen etiam clauſa oportet amplum ueſtibulum:
quo prodeat: et VBI applicetur. Idq; ſit retibus munitum: ne aquila uel acci/
piter inuolet. Quas ĩpenſas et curas niſi locis quibus harũ rerũ uigent precia:
non expedit adhiberi. Antiquiſſima eſt autem cum omnibus pecoribus: tum
in hoc fides paſtoris: qui niſi eam domino ſeruat: nullus ornithonis quæſtus
uincit impenſas. De tutela ſatis dictum eſt: nunc reliquũ ordinẽ ꝓſequemur.

Vbi applicetur: Lego apricetur. id eſt apricatione utatur & in ſole ſit.

De ſeruandis et ſupponendis ouis. Cap. v.

c Onfecta bruma parere fere id genus auium conſueuit. Atq; earum
quæ ſunt fœcundiſſimæ: locis tepidioribus circa kal. ianuarias oua
edere incipiunt: frigidis autem regionibus eodem menſe poſt idus.
Sed cibis idoneis fœcunditas earum elicienda eſt: quo maturius partum edãt.
Optime præbetur ad ſacietatem hordeum ſemicoctũ. Nã et maius facit ouo/
rum incrementũ: et frequentiores partus. Et is cibis quaſi condiendus eſt in/
teriectis cythiſi foliis: ac ſemine eiuſdem: quæ maxime putantur augere fœcũ/
ditatem auium. Modus cibariorum ſit: ut dixi uagis binorum cyathoꝝ hor/
dei: aliquid tñ admiſcendum erit cythiſi: ut uel ſi id non fuerit uiciæ aut milii.
Curæ autem debebit eſſe cuſtodi: cum parturient aues: ut habeãt q̃ mundiſſi/
mis paleis conſtrata cubilia. eaq; SVBinde conuerrat: et alia ſtramenta q̃ recẽ/
tiſſima reponat. Nam pulicibus aliiſq; ſimilibus aĩalibus replentur: quæ ſecũ
affert auis: cum ad idem cubile reuertitur. Aſſiduus autem debet eſſe cuſtos: et
ſpeculari parientes: quod ſe facere gallinæ teſtantur crebris ſingultibus inter/
iecta uoce acuta. Obſeruare itaq; dum edant oua: et confeſtim circumire opor/
tebit cubilia: ut quæ nata ſunt recolligantur: notenturq; quoq; die ſint edita: et
q̃ recentiſſima ſupponantur glocienti. Sic enim ruſtici appellant auis eas: quæ
uolunt incubare. Cætera uel reponantur uel remittentur. Aptiſſima porro ſunt
ad excludendum recentiſſima quæq;. Poſſunt tamen etiam requieta ſupponi:
dũ ne uetuſtiora ſint: q̃ dierũ decem. Fere autem cũ primũ partũ conſumaue/
runt gallinæ incubare cupiunt ab idibus ianuaꝛ. quod facere non omnibus ꝑ/
mittendum eſt: quoniam quidem nouellæ magis edendis: q̃ excludẽdis ouis
utiliores ſunt. Inhibeturq; cupiditas incubandi pinnula per nares traiecta. Ve/
teranas igitur auis ad rem eligi oportebit: quæ iam ſępius id fecerint: moreſq;
earum maxime pernoſci: quoniam aliæ melius excludant: aliæ editos pullos
commodius educent. At econtrario quædam et ſua et aliena oua comminuũt
atq; conſumunt: quod facientem protinus ſubmouere conueniunt. Pulli autẽ
duarum aut trium auium excluſi: dum adhuc teneri ſunt: ad unã quæ ſit me/
lior nutrix transferri debent: ſed primo quoque die dum mater ſuos et alienos
propter ſimilitudinem dinoſcere non poteſt. Verũtamen ſeruare oportet mo/
dum. Neq; enim debet maior eſſe q̃ triginta capitum. Negant enim hoc am/
pliorem gregem poſſe ab una nutriri. Numerus ouorum: quæ ſubiiciuntur:
impar obſeruatur: nec ſemper idem. Nam primo tẽpore id eſt menſe ianuario

Subinde frequenter identidem.

Pullatióes: Pullorum prouētum feturáq; & educatióes: Semiformes: Semiformati nōdum pfecti/ neq; toti partibus suis consumati.

Rostellis: Pusillis rostris uocabulum est diminutiuum.

Pipiāt: Voces emittāt/ gallinæ dicunt pipare sicut oues balare/ sues grunnire. pipatio dicitur clamor plorātis lingua osca.

qndecim nec unq̄ plura ſubiici debēt: maio. viiii. nec his pauciora. xi.
aprili. tota deinde æſtate uſq; in kal. octobř. xiii. Poſtea ſupuacua ē hu/
ius rei cura: q; frigoribꝰ excluſci pulli plerūq; intereant. Plerūq; tñ etiā
ab æſtiuo ſolſtitio nō putant bonā PVLlationē: q; ab eo tempore etiā
ſi facile educationē habent: iuſtū tñ nō capiunt incrementū. Verū sub/
urbanis locis ubi a matre pulli non exiguis preciis ueneūt: nec plerūq;
intereunt: probanda eſt æſtiua educatio. Semper aūt cū ſupponūť oua:
cōſiderari debet: ut luna creſcēte a decima uſq; ad qntādecimā id fiat.
Nā et ipſa ſuppoſitio p hos fere dies ē cōmodiſſima: et ſic adminiſtrā/
dum eſt: ut rurſus cū excludunť pulli: luna creſcat: diebus qbꝰ animā/
tur oua: et in ſpeciem uolucrum conformanť. Ter ſeptenis opus ē gal/
linaceo genere. At pauonino et āſerino paulo amplius ter nouenis: quę
ſi quādo fuerint ſupponēda gallinis: prius eas incubare decē diebꝰ fœ/
tibꝰ alienigenis patiemur. Tū demū ſui generis quattuor oua nec plu/
ra q̄ quinq; fouēda recipiēt. Sed et hæc q̄ maxima Nā ex puſillis aues
minutæ naſcūť. Cū deinde quis uolet q̄ plurimos mares excludi: lon/
giſſima quæq; et acutiſſima oua ſubiiciet: et rurſus cū fœmīas q̄ rotū/
diſſima. Supponēdi aūt cōſuetudo tradita eſt ab his: q religioſius hęc
adminiſtrāt eiuſmodi. Primū q̄ ſecretiſſima cubilia eligūt: ne incubā/
tes matrices ab aliis auibꝰ inqetenť. Deinde anteq̄ conſternant: ea di/
ligenter emundant: paleaſq; quas ſubſtraturi ſunt ſulphure et bitumi/
ne atq; ardente tæda perluſtrant: et expiatas cubilibus iniiciūt: ita fac/
tis concauatis nidis: ne aduolantibꝰ aut deſilientibꝰ decidāt oua. Plu/
rimi etiā infra cubiliū ſtramenta graminis aliqd et ramulos lauri: nec
minus allii capita cū clauis ferreis ſubiiciūt. Quæ cuncta remedia cre/
dunť eſſe aduerſus tonitrua: qbus uitianť oua: pulliq; SEmiformes i/
terimunť: anteq̄ toti partibus ſuis conſumenť. Seruat autē q ſubiicit:
ne ſingula oua in cubili manu componat: ſed totū ouorum numerum
in alueolū ligneū conferat. Deinde uniuerſum leuiter in pręparatū ni/
dū tranſfundat. Incubantibus aūt gallinis iuxta ponēdus eſt cibus: ut
ſaturæ ſtudioſius nidis immorenť: ne ue longius euagatæ refrigerent
oua: quæ q̄uis pedibus ipſæ conuertant: auiarius tamen cum deſilierit
matres: circumire debet: ac manu uerſare: ut æqualiter calore concepto
facile animentur. Quin etiam ſi qua unguibus læſa uel fracta ſunt: ut
remoueat. Idque cum fecerit die undeuiceſimo animaduertat: an pulli
ROſtellis oua percuderint: et auſcultetur ſi PIPIant. Nam ſæpe ꝓpter
craſſitudinem putaminum erumpere non queunt. Itaq; herentis pul/
los manu eximere oportebit: et matri fouendos ſubiicere: idq; nō am/
plius triduo facere. Nam poſt unum et uiceſimū diem ſilentia oua ca/
rent animalibus. Eaq; remouenda ſunt: ne incubans inani ſpe diutius

detineatur effœta. Pullos autem non oportet ſingulos: ut quiſque natus ſit tollere. ſed uno die in cubili ſinere cum matre: et aqua ciboq; abſtinere dum omnes excludantur. Poſtero die cũ grex fuerit effœtus: hoc modo deponatur. CRIbro uitiario uel etiam loliario qui iam fuerit in uſu: pulli SVPERponantur. Deinde pulegii ſurculis fumigentur. Ea res uidetur prohibere pituitam: quę celerrime teneros interficit. Poſt hæc cauea cum matre claudendi ſunt: et farre ordeaceo cum aqua incocto uel adoreo farre uino aſperſo modice alendi. Nam maxime cruditas uitãda eſt: et ob hoc tertia die cauea cum matre continendi ſunt: priuſq; q̃ emittantur ad recentem cibum: ſinguli tentandi ne quid heſterni habeant in gutture. Nam niſi uacua eſt INgluuies: cruditatem ſignificat: abſtineriq; debent: dum concoquant. Longius autẽ non eſt permittendum teneris euagari: ſed circa caueam continendi ſunt: et farina hordeacea paſcendi dum corroborentur. Cauendumq; ne a ſerpentibus adflentur: quorum odor tam peſtilens: ut interimat uniuerſos. Id uitatur ſæpius incenſo cornu ceruino: uel galbano: uel muliebri capillo. Quorum omnium fere nidoribꝰ prædicta peſtis ſubmouetur. Sed et curandum erit: ut tepide habeantur. Nam nec calorem nec frigus ſuſtinẽt. Optimumq; eſt INFRA officinam clauſos haberi cum matre: et poſt quadrageſimum diem poteſtatem uagandi fieri. Sed primis quaſi infantiæ diebus pertractandi ſunt: plumulæq; ſub cauda clunibus detrahẽdæ: ne ſtercore coinquinatę dureſcant: et naturalia præcludant. Quod q̃uis caueatur: ſæpe tamen euenit: ut aluus exitum non habeat. Itaq; pinna pertunditur: et iter digeſtis cibis præbetur. Sæpe etiam tam ualidioribus remediis factis atq; ipſis matribus etiam uitanda pituitę pernicies erit. Quæ ne fiat: mundiſſimis uaſis et q̃puriſſimam præbebimus aquam. Nec minus gallinaria ſemper fumigabimus: et emundata ſtercore liberabimus: quod ſi tamen peſtis permãſerit: ſunt q ſpicas alei tepido madefactas oleo faucibus inferant. Quidam hominis urina tepida rigant ora: et tandiu comprimunt: dũ eas amaritudo cogat per nares emolliri pituitę nauſeã. Vua quoq; quã græci αγριαν σταφυλην uocant: cum cibo mixta prodeſt. Vel eadem pertrita: et cũ aqua potui data. Atq; hæc remedia mediocriter laborãtibꝰ adhibẽtur. Nam ſi pituita circumuenit oculos: etiam cibos auis reſpuit: ferro reſcindũtur genæ: et coacta ſub oculis ſanies omnis exprimit̃: atq; ita paulum attriti ſalis uulneribus INFRIAtur. Id porro uitium maxime naſcit̃ cum frigore et penuria cibi laborant aues. Item cum per æſtatem conſiſtens in

Cribro uitiario: a uitia qđ genus eſt frugum dicitur uitiarius cribruz, ſicut a lolio loliarium.

Supponãt. Lego ſupponantur.

Ingluuieſ: Albertꝰ magnus doctior q̃ eloquẽtior Pappã uocat in auibꝰ quã Colũella appellat ingluuiẽ. itidẽ Virgiliꝰ illo uerſu improbus ingluuiẽ raniſq; loquacibus implet: a Plinio dr̃ ſinꝰ gutturiſ. ẽ aũt capacitaſ gulæ patentior, qª mergũt recẽtia cibaria.

Infra officinã: Lego itra, hº ẽ itꝰ i ipſa officia cohortali & receptaculo.

σταφυλησ a Pli. dr̃ hæc uua aſtaphis agria, quã taminiã aliq uocãt falſo, ſuuz eniz genꝰ habet, ualet ad pituitã unde a qbuſdã dicta pituitaria, græco uocabulo agria ſtaphyle dr̃ uua ſilueſtris.

Infriatur. Friare quod

& ĩ friate dicitur, eſt in pulueré redigere & minutim digitis terere atq inſpgere uulgo dicũt pulueri3are.

cohortibus aqua potatur. Item cum ficus : aut uua immatura uec ad ſatie/
tatem permiſſa eſt: quibus ſcilicet cibis abſtinendæ ſunt aues: eoſq ut faſti/
diant efficit uua labruſca de uepribus immatura lecta: quæ cum ordeo tri/
ticeo minuto cocta obiicitur eſurientibus: eiuſq ſapore offenſæ aues: omné
aſpernantur uuam: Similis ratio eſt etiam caprifici: quæ decocta cum cibo
præbetur auibus: et ita fici faſtidium creat. Mox quoq ſicut in cæteris pe/
coribus eligenda quæq optima et deteriora uendenda. Seruetur etiam in
hoc genere per autumni tempus omnibꝰ annis: cum fructus earum ceſſat:
numerus quoq minuatur. Summouebimus autem ueteres: id eſt quæ tri/
matum exceſſerunt. Iem quæ aut parum fœcundæ: aut parum bonæ nutri/
ces ſunt: et præcipue quæ oua uel ſua uel aliena conſumũt. Nec minus quę
uelut mares cantare atq etiam calcare cœperunt. Item ſerotini pulli: qui ab
ſolſtitio nati capere iuſtum incrementum non potuerunt. In maſculis autẽ
nõ eadẽ ratio ſeruabit᷑: ſed tãdiu cuſtodiemꝰ generoſos: q̃diu fœminã im/
plere potuerunt. Nam rarior eſt in his auibꝰ mariti bonitas. Eodem quoq
tempore cum parere deſinent aues: id eſt ab idi. nouembr. precioſiores cibi
ſubtrahendi ſunt: et uinacea præbenda: quæ ſatis cõmode paſcunt adiectis
interdum tritici excrementis.

De ouis. Cap. vi.

o Vorum quoque longioris temporis cuſtodia non aliena eſt huiꝰ
curæ. Quæ commode ſeruantur per hyemem: ſi paleis obruas:
æſtate ſi furfuribꝰ. Quidam prius trito ſale ſex horis adoperiũt.
Deinde eluunt: atq ita paleis aut furfuribus obruũt. Nõnulli ſolida: mul/
ti etiam freſa faba coaggerant. Alii ſalibus integris adoperiunt. Alii mu/
ria tepefacta durant. Sed omnis ſal quemadmodum non patitur putreſce/
re: ita minuit oua: nec ſinit plena permanere: quæ res emẽtem deterret. Itaq
ne in muriam quidem qui dimittunt: integritatem ouorum conſeruant.

De gallinis farciendis. Cap. vii.

Inguem quoq facere gallinã: q̃uis fartoris nõ ruſtici ſit officiũ:
p tñ quia nõ ægre cõtingit: pręcipiẽdũ putaui. Locus ad hãc rẽ de/
ſiderat᷑ maxime calidus: et minimi luminis: in quo ſingulæ ca/
ueis ãguſtioribꝰ: uel ſportis incluſæ pendeãt aues: ſed ita coartatæ ne uerſa/
ri poſſint. Verꝫ habeãt ex utraq parte foramina. Vnũ quo caput exerat᷑: al/
terꝫ quo cauda cluneſq: ut et cibos capere poſſint: et eos digeſtos ſic edere:
ne ſtercore coinquinẽt᷑. Subſternat᷑ aũt mundiſſima palea uel molle fœnũ
id eſt cordum. Nam ſi dure cubãt non facile pingueſcunt. Pluma omnis e
capite et ſub alis atq clunibus detergeatur. Illic ne pediculum creet: hic ne
ſtercore loca naturalia exulceret. Cibus aũt præbetur ordeacea farina: quæ
cum eſt aqua conſperſa et ſubacta: formantur offæ quibus auis ſaginatur.
Hæc tñ primis diebus dari parcius debent: dũ plus cõcoquere conſueſcãt.

Nam cruditas uitáda eſt maxime:tantūq; præbédū q̃tū di/
gerere poſſint.Neq; áte recens admouéda eſt:q̃ tentato gut/
ture apparuerit:nihil ueteris eſcæ remáſiſſe.Cū deinde ſatiata
eſt auis:paululum depoſita cauea dimittiť:ſed ita ne uageť:
ſed potius ſi qd eſt quod eá ſtimulet:aut mordeat roſtro per/
ſequatur.Hæc enim fere communis eſt cura farcientium.Ná
illi qui uolūnt non ſolum opimas:ſed etiam teneras auis effi/
cere:mulſea recéte aqua prędicti generis farinam cóſpargūt:
et ita farciunt.Nonnulli tribus aquæ partibus uná boni uini
miſcent:madefactoq; triticeo pane OBeſcát auem:quæ pri/
ma luna(quoniá id quoq; cuſtodiédū eſt)ſaginari cœpta:ui/
ceſima PERgliſcit.Sed ſi faſtidiet cibum:totidé diebus mi/
nuere oportebit:quot iam FARturæ ꝓceſſerint.Ita tñ ne té/
pus omne opimádi quintá et uiceſimá luná ſuperueniat.An/
tiquiſſimū eſt aūt maximá quáq; auem lautioribꝰ epulis de/
ſtinare.Sic enim digna merces ſequiť operá et impenſam.

De palumbis et columbis farciendis:et columbariis conſtituendis. Cap.viii.

h Ac eadem rõne palumbos colūboſq; cellares pin/
guiſſimos facere cõtingit.Neq; eſt tñ in columbis
farciendis tátus reditus:quátus in educádis.Ná et
horū poſſeſſio non abhorret a cura.boni ruſtici.Sed id genus
minore tutela paſcitur longinquis regiõibus:ubi liber egreſ/
ſus auibus permittitur:quoniá uel ſummis turribus uel edi/
tiſſimis ædificiis aſſignatas ſedes frequétát parentibus fené/
ſtris:ꝑ quas ad requirédos cibos euolitát.Duobus tñ aut tri/
bus méſibus acceptát COnditi tia cibaria:cæteris ſe ipſas pa/
ſcunt ſeminibꝰ agreſtibꝰ.Sed hoc ſuburbanis locis facere nõ
poſſunt:quoniá intercipiūť uariis aucupū īſidiis.Itaq; clauſę
intra tectum paſci debét:nec in plano uillæ loco:nec in frigi/
do:ſed in edito fieri tabulatum oportet:quod aſpiciat hyber/
num meridié.Eiuſq; parietes:ne iá dicta iteremꝰ:ut in omi/
thone præcepimus:cõtinuis cubilibus excauentur. Vel ſi nõ
ita comperit:paxillis adactis tabulæ ſuperponantur:quæ uel
LOculamenta quibus nidificét aues:uel fictilia COlumba/
ria recipiant:præpoſitis ueſtibulis:per quæ ad cubilia perue/

Obeſcant: Eſca paſcūt ac ſaginát/ ab eſca ductuʒ uer/ buʒ obeſcare ſicut & ineſcare.

Pergliſcit. Sagi/ ginatur & pingue/ ſcit opimo incre/ mento.

Farturæ. Fartu/ ra eſt ars farciendi opimandiq; galli/ nas cæteraſq; aues cohortales.

Cõditia: Quę recondunť & diu/ turno tépore ſeruá tur longæ uſionis gratia/ea uocát cõ ditiia cibaria/ Ca/ to cõditiua appel/ lat poma quæ cõ/ duntur in hiemem duratura.

Loculamenta: Loculi ſūt & recep tacula/ quæ apud/ nos fiunt uiminea/ & ordine collocá/ tur in periſterotro/ phio/ in quibus ni/ dificant columbæ .M. Varro locula/ tas piſcinas decen/ ter appellat qbuſ/ dam quaſi locula/ mentis diſtinctas/ ubi diſpares diſclu ſi piſces habentur.

Columbaria: Vulgo columba/ riuʒ uocant ſtabu/ lum columbarum/ ipſumq; ædificiuʒ & locum columbis alendis accommo/ datuʒ/ & ita Palla/ dius quoq; appel/ lat. Verum Colu/ mella &. M. Varro columbaria capiunt pro nidis & loculamentis & cellis/ In quibus ſingula paria fetificant. Mar. Varro ſic refert/ Colūbaria ſingula eſſe oportet/ ut os habeant quo introire & exire poſſint/ Co/ lumbarius dicitur cuſtos & paſtor columbarum.

Veni/re: Vẽ/di: Ob/ligani: alligãt & uin/culis ui/ciunt.

niant. Torus autem locus et ipſæ columbarũ cellæ: politi debent albo tec/
torio: quoniam eo colore præcipue delectatur hoc genus auium. Nec mi/
nus extrinſecus leuigari parietes maxime circa feneſtram: et ea ſit ita poſi/
ta: ut maiore parte hyberni diei ſolem admittat: habeatq; appoſitam ſatis
amplam caueam retibus emunitam: quæ excludat accipitres: et recipiat e/
gredientis ad apricationem columbas. Nec minus in agros emittant ma/
trices: quæ ouis uel pullis incubant: ne quaſi graui perpetuæ cuſtodiæ ſer/
uitio contriſtatæ ſeneſcant. Nam cum paulum circa ædificia uolitauerint:
exhilaratæ recreantur: et ad fœtus ſuos uegeriores redeunt: propter quos ne
longius quidem euagari: aut fugere conantur. Vaſa quibus aqua præbea/
tur ſimilia eſſe debent gallinariis: quæ colla bibentium admittant: et cupiẽ/
tis lauari propter anguſtias non recipiant. Nam id facere eas nec ouis nec
pullis: quibus plerumq; incubant expedit. Cæterum cibos iuxta parietem
conueniet ſpargi: quoniam fere partes eæ columbari carent ſtercore. Com/
modiſſima cibaria reputãtur uitia uel eruum: tum etiam lenticula miliũq;
et lolium: nec minus excreta tritici: et ſi qua ſũt alia legumina: quibus etiã
gallinæ aluntur. Locus autem ſubinde conuerri et emundari debet. Nam
quanto eſt cultior: tanto lætior auis conſpicitur: eaq; tam faſtidioſa eſt: ut
ſæpe ſedes ſuas peroſa: ſi det' euolãdi poteſtas: relinquat. Id qđ frequenter
in his regionibus: ubi liberos habeant egreſſus accidere ſolet. Id ne fiat ue/
tus eſt Democriti præceptum. Genus accipitris tinungulum uocant ruſti/
ci: fere in ædificiis nidos facit. Eius pulli ſinguli fictilibus ollis conduntur:
ſtipantibuſq; opercula ſuperponuntur: et gypſo lita uaſa in angulis colum/
bariis ſuſpenduntur: quæ res auibus amorem loci ſic conciliat: ne unꝗ de/
ſerant. Seligendę uero ſunt ad educationem neq; uetulæ: nec nimium no/
uellæ: ſed corporis maximi. Curãdumq; ſi fieri poſſit: ut pulli quemadmo/
dum excluſi ſunt: nunꝗ ſeparentur. Nã fere ſi ſic maritatæ ſunt plures edu/
Fœmina:quæ iuſtis tum demum operata iuuentæ
Legibus obſceno,manat pudibunda cruore

tur:ſeritur ſeptembrī. Trāſfertur martio:ſcorpiones creat:ut Plynius ſcribit in methaphyſica ſi teſtæ per triduum ſupponitur. Pulex a nigrore puluis in hortis ſata rodit. Scribit remedia ad euitanda animalia quæ ſolent naſci in herbis:& ad euitandos imbres & gelicidia.

Tuſcis ſacris, quia omnis uis aruſpicinæ & carminum a thuſcis manauit. Hinc mala rubigo, rubigalia ſacra iſtituta erant ne rubigo ſtrangularet. In rubigalibus mactabatur catulus tractus ab uberibus canis; Plyn. lib. xxx. mares catuli placandis numinibus hoſtiarū uice tenentur, ergo non ſolū hortorum peſtes: ſed etiam numinum iras catulis euitamus.

Tages: aruſpex fuit ethruſcus. Thirrenia: ethruria dicitur. Tarchon: ethruſcorū opulentiſſimus fuit:& aruſpex optimus. Amythaon, pater melampodis medici unde Amythaonius melampus dictus. hūc edocuit chiron filius ſaturni:& philiræ filiæ occeani. Palladia amurca, pallas ut dixi oleã inuenit; unde fit oleum. Et olei ſtercus ē amurca. PHI. Dardaniæ ueniunt artes: Quidam interpretantur phrygias a dardano auctore Troianorum primigenio: quoniam phrygii inuenerunt mulierem menſtruatam circuire agros & hortos ad erucas & cæteras noxias peſtes depellendas nudis pedibus capillo cinctuq; reſoluto. Ego exiſtimo dardanias artes dici magicas a dardano Mago, quem Apuleius in apologia nominatim percenſet inter Magos celeberrimos.

POM. Phryges inuenerunt mulierem emittentem menſtruali morbo ſanguinem debere circumdare hortos. Ply. ſic ait: negat Apollo peſtem poſſe creſcere. Quam nuda uirgo reſtringit.

Iolchos: uulgata urbs ē in teſſalia: & patria Iaſonis q phryxeũ uellus raptu: ex colchis in patriā contulit cum dracone ſopito magica incantatione ope & auxilio medeæ. Medea filia oetæ fuit & echates ſoror cyroes/magica quæ draconem cuſtodienteʒ uellus aureũ ſopiuit: & argonautis tradidit/poſt necatos filios ad ægeum athenarum regem iuit. Inde in mediam hinc pulſa tandem in Italiam uenit: & conſedit in regione marſorum: ubi magicam arteʒ: & ſopire ſerpētes docuit. Alii dicunt draconē fuiſſe interemptũ ab argonautis. Valerius flaccus hanc materiam nobili & heroico carmine pluribus libris aperit. Eruca ſalax. i. libidinoſa. Lapatũ alii dixere rumicem & eius generis ſilueſtreʒ oſcalidon dicũt. Aliq oxylapaton. Aliq hydrolapaton: & hippolapaton. Vis lapati eſt ciere urinā: & large ſumptum uentreʒ ſoluit: caliginē oculoꝝ diſcutit. Scyla nobiliſſima eſt e generibus bulboruʒ eius duo genera: maſculum albis foliis fœmina nigris. Additur tertiũ genus cibis gratum. Epimenidon uocant anguſtiore & minus aſpero folio.

Ruſcus eſt ubi includitur ſemen aſparagi. Aſparagus ſemper creſcit in tyrſum: ideo dicit tyrſuto ruſco. Corruda genus ē aſparagi. Tamns herba eſt minutis foliis. Andrachna herba: quæ ſolet innaſci montibus. Antes ſulci ſunt & in uineis & in agris & in hortis. Phaſelus & phaſeolus dicitur: ſi fuerit propior atriplici: atriplicem necat. Atriplex genus eſt oleris: quod ruſtici ſpinacium uocant. Sed ſpinacium proprie nō eſt: a quo longe noſcitur differre. Phaſelus ſiliquā quam habet oblongaʒ. dicitur autem phaſelus a phaſeolo inſula maris ægei proxima olympo: unde id legumē ad nos manauit. Late Columella ſeipſum declarat ad finem proximi uoluminis: cum loquitur de cucumere ac cucurbita. Pix laudatiſſima in narytia inſula maris ionii. Hymetus mons in attica regione ut dixi ubi multæ apes. Hamula uas eſt apud apitiuʒ ſic lagena. De cancere igoneq iam dixi. Hiperion ſolis pater

Sed reſoluta ſinus: reſoluto mœſta capillo
Ter circum areolas et ſepem ducitur horti.
Quæ quom luſtrauit gradiens mirabile uiſu
Non aliter q̃ decuſſa pluit arbore nimbus:
Vel tereris mali uel tecte cortice glandis
Voluitur ad terram diſtorto corpore campe.
Sic quondam magicis ſopitum cantibus anguem
Vellere phryxeo delapſum uidit iolchos.
Sed iam prototomos tempus decidere caules:
Et tarteſiacos paphioſq; reuellere turſos
Atq; apio faſces et ſecto cingere porro.
Iamq; eruca ſalax fœcundo prouenit horto:
Lubrica iam lapathos: iam rhami ſponte uireſcunt:
Et ſcyla tyrſuto ſæpe nunc horrida ruſco
Prodit et aſparagi corruda ſimillima filo.
Humidaq; andrachne ſitientes protegit antes.
Et grauis atriplici conſurgit longa phaſelus
Tum modo depēdens ricini modo more chylindri
Sole ſub æſtiuo gelidas per graminis umbras
Intortus cucumis: pregnanſq; cucurbita ſerpit
Vna neq; eſt illis facies: nam ſi tibi cordi
Longior eſt gracili capitis quæ uertice pendet.
Et tenui collo ſemen lege ſiue globoſi
Corporis: atq; utero nimium quæ uaſta tumeſcit
Ventre leges medio: ſobolem dabit illa capacem
Naryciæ picis: aut actei mellis hymeti.
Aut habilem lymphis hamulā: baccho ue lagenā:
Tum pueros eadem fluuiis innare docebit.
Liuidus at cucumis grauida qui naſcitur aluo.
Hirtus et ut coluber nodoſo gramine tectus
Ventre cubat flexo ſemper collectus in orbem:
Noxius exacuit morbos æſtatis iniquæ.

ſol hiperionis. Arboreos aperit fœtus:ubi herbas deſcripſit Incipit de arboribus:&incipit a moris. Mora i ægypto & cypro abundantis ſucci ſunt. Trinus eis color primũ albeſcunt:inde rubeſcunt:poſt nigreſcunt. Primũ alba fuiſſe ſcribunt fabulæ. colorẽ mutauerunt ex cruore Thyſbes. Prunorum genera nigra & candida:& quæ cum frugibus matureſcunt ordeacea. Afinina nigra ſũt & a uilitate dicta cerina purpurea laudatiora ab externa gente armenie ſuauiſſimi odoris.

Fœtibus hic ſucco:pingui quoq; ſemine fartus.
At qui ſubtrichila manantem tepit ad undam
Labentemq; ſequens nimio tenuatur amore
Candidus:effœtæ tremebundior ubere porcæ:
Mollior infuſo calathis modo lacte gelato:
Dulcis erit:riguoq; madeſcet luteus aruo
Et feret auxilium quondam mortalibus ęgris.
Quom canis erigones flagrans hyperionis æſtu
Arboreos aperit fœtus: cumulataq; moris
Candida ſanguineo manat fiſcella cruore.
Tunc precox bifera deſcendit ab arbore ficus.
Armeniiſq; et cereolis pruniſq; damaſci
Stipantur calathi:et pomis:quę barbara perſis
Miſerat:ut fama eſt patriis armata uenenis.
Ac nunc expoſiti paruo diſcrimine læti
Ambroſios præbent ſuccos oblita nocendi:
Quin etiam eiuſdem gentis de nomine dicta
Exiguo properant miteſcere perſica malo:
Tempeſtiua madent:quæ maxima gallia donat:
Frigoribus pigro ueniunt aſiatica fœtu.
At grauis arcturi ſub ſidere parturit arbos.
Liuia calchidicis et caunis æmula chiis.
Purpureæq; chelidoniæ pingueſq; mariſcæ.
Et caliſtrutis roſeo quæ ſemine ridet
Albaq;:quæ ſeruat flauæ cognomina ceræ.
Sciſſa lybiſca ſimul picto quoq; lydia tergo.

Solent & pruna adoptiua eſſe: & quæ malis inſeruntur: ut in bætica regione malina dicuntur. Quæ nucibus nucipruna: quæ amygdala amygdalina. Adduntur & in totum peregrina quæ a ciuitate ſyrie damaſco damaſcena nuncupantur. Sũt & culiclina & ſilueſtria. De prunis nulla mẽtio ẽ apud Catonem:quo magis miratur Plynius cum ante urbem cõditam latinus ager hac arbore abũdaret. Alii dicũt cœpiſſe poſt Catonẽ. Perſica tota aſiæ fuerũt: & a perſide trãſlata unde & nomen habent:& cum difficultate primũ tranſiere. Nũc ſponte proueniunt in rhodo tranſlata ab ægypto perſici minime fruticant. fabula eſſe uidetur quod uenenata ſint: & cum cruciatu apud perſas gigni: a Syroq; perſarum rege ꝑ ueneno in ægyptum tranſlata, ibiq; terra mitigata tradunt. Patrem ægypti falſo teſtantur hoc pomo Cyrum necare uoluiſſe: ut cumq; tamen eſt ut iuuat non ut peregrinis, ſed ut patriis uti. In italia gallica quæ duracina dicuntur. Et quæ tarde ueniũt aſiatica ſunt, & p̃cotia:& per adoptionem dicta nuciperſica: liuia odoratiora & ſapidiora cæteris ſub arcturo matureſcunt.

Arcturus exoritur nonis ſeptembris. Sunt & morina quæ intus moris colore ſimilia:nulli⁹ pene odoris ac ſaporis cortice piloſo:& per adoptionem facta: Alia perſicus eſt quæ ad nos nunq̃ peruenit myrtis rubentib⁹ ſimilis ſata in mẽphia Perſeo Alexandri macedonis atauo. Vnde illi nomen:qua ex re Alexander triumphans ex ægypto ſolia huius perſici in coronam uictoriæ ſibi inſtituit:ut Plynius refert. In zona artophilacis fulget ſtella una: quæ arcturus dicitur. Euboia in mari ægeo auulſa boetiæ fuit:ubi regnauit Lycaon qui ob mactatos hoſpites in lupũ uerſus eſt. Inſignis montibus duobus geraſto uergente in aphricam & caphareo in helleſpontum. Hic eſt urbs chalcis. In hac & in chio inſula de qua diximus naſcũtur artificio harundines:a quibus exprimitur mel:quod poſtea de coctione ſiccatum:fit concretum:& in ſacharon tranſit. Ficorum genera hæc quæ italia recepit. Ficus lydia:quæ purpurea: cui

ſimilis mamillana caliſtrutia ſapore potentior ſed frigidiſſima omnium. Aphricana pfertur cunctis ſuauitate: quæ a multis lybiſca nominatur: ex præcocibus Tyburtinæ: Sunt & ab auctoribus nominatæ Liuia pompeia: quæ commode ſicantur ad ānuos uſus. Marſica inflatior eſt: & tumidior. Nigra eſt quæ terina ſiue rodia dicitur in hyeme maturatur chelidonia a chelidoniis populis in britania nominata: eſt & ſerotina duri corticis. Eſt & præcox ſiue alba ſiue nigra bifera eſt ſcilicet meſſe & uindemia. Fici feruntur autumno ut melius prouenīāt poſt uulcanalia nubibus pluuiam ſpondentibus.

Quin et tardipedi ſacris iam rite ſolutis
Nube noua ſeritur cœli pendentibus undis
Congilis: illuſtri mittit quam nurſia campo.
Queq; amiturninis defertur bunias aruis.
Sed iam maturis nos flagitat anxius uuis
Euchius: exculroſq; iubet claudamus ut hortos.
Claudimus: imperioq; tuo paremus agreſtes.
Ac metimus læti tua munera dulcis iacche.
Inter laſciuos ſatyros: panaſq; biformes
Brachia iactantes uetulo marcentia uino.
Et te menalium te bacchum teq; lyeum
Læneumq; patrem canimus: ſub tecta uocantes
Ferueat ut lacus ac muſto completa falerno
Exundent pingui ſpumantia dolia muſto.
Hactenus agrorum cultus ſiluine docebam
Syderei uatis referens precepta Maronis.
Qui primus ueteres auſus recludere fontis
Aſcreum cecinit romana per oppida carmen.

Tardipes: uulcanus appellatur ſcilicet claudus quia iuppiter ira motus cœleſtes e cœlo Expulit: Et iunonem uinculis alligauit in olympo: uulcanus uoluit matri uincula ſoluere: Iuppiter iratus filium e cœlo in lemnū deiecit, ille præceps ruit & coſſaȝ ſibi fregit: ut Valerius flaccus libro ſecundo docet. PHI. Congilis: Meras nugas & mera ſomnia narrant commentatores in enodatione huius nodi, ego omiſſa aliena inſectatiōe quæ ſemper a moribus meis longe abfuit, Ita interpretor & enarro locum pulcherrimum dignumq; enarratione precipit Columella poſt uulcania ſerēda eſſe rapa & napos græcis uocabulis utens ſiquidem græce γογγυλιο dicitur rapum & βουνιας o napum. Plutarchus ſcribit de curio dentato, q; erat εγχυτραις εψων γογγυλιδας ideſt in ollis coquens rapa, Plinius in. xx. Scribit unum naporum genus a græcis uocari Bunion, quod utile eſt purgationibus fœminarum & ueſicæ, Alterum genus Buniada appellant raphano & rapo ſimile ſeminis preclari contra uenena, ob id in antidotis utuntur illo erant autem uulcanalia menſe Auguſto circa quæ optima eſt ſatio rapæ & napi, ut docet idem Columella libro. xii. Et oſtendit Plinius duodeuigeſimo uolumine. Nurſinæ gongylides ideſt rapæ obtinent primatum bonitatis ſicut Napi amiternini maxime probantur, Hinc illud epigammatiſtæ hos amiternus ager felicibus educat hortis, Nurſinas poteris parcius eſſe pilas. POM. Amiterni populi fuere in ſabina primi & nobiliores. Silius hinc amiterna chorts, Bunias patronomicum nomen a fonte bunio: qui eſt in agro amiturnio ſic & bunias ficus & nurſina ſupradicto feruntur tempore: Nomina bacchi euchios: bon⁹ filius cum a patre quæreretur menalius a menalio monte archadiæ lyæus λυω ideſt ſoluo. Nam uinum mentem ſoluit læneus quia ληνη eſt torcular bromius a ſonitu, Nictilius a nocte: quia bacchanalia noctu fiebant. Dionyſius quia filius Iouis & Niſæ. Niſa urbs eſt in ægypto ut diximus in qua natus bacchus. Aſcra oppidum & uicus in boetia patria heſiodi poetæ: qui uerſus de ruſticatiōe compoſuit Et paucos: heſiodus aſcreus dicit: ut Virgilius idem de ſe ait. Aſcreumq; cano romana per oppida carmen.

Interpretationes Iulii Pomponii in carminibus Columellæ.

Annotationes Philippi Beroaldi.

# LVCII IVNII MODERATI COLVMELLAE REI RVSTICAE LIBER DVODECIMVS.

## Quæ intra uillam agi debeant ab homine officio uillicationis præpoſito. Cap. i.

LAVDIVS AVGVSTALIS TAM ingenuæ naturæ q̃ eruditiõis adoleſcẽs cõpluriũ ſtudioꝝ et præcipue agricolationũ ſermõibus inſtigat⁹ excudit mihi cultus hortoꝝ pſa ut oratione cõponerẽ. Nec me tñ̃ fallebat hic euentus rei: quom prædictã materiã carminis legibꝰ implicarẽ. Sed tibi Publi Sluine ꝑtinaciter expetẽti uerſificationis noſtræ guſtum negare non ſuſtinebã: facturus mox: ſi collibuiſſet: quod nũc aggredior: ut olitoris curã ſubtexã uillici officiis. Qui ꝗuis primo rei ruſticæ libro uidebar aliquatenus executus: quom tñ̃ eã ſimili deſiderio noſter idẽ Auguſtalis ſæpius flagitabat: numerũ quẽ iã quaſi cõſumauerã uoluminũ exceſſi: et hoc undecimũ præceptum ruſticationis memoriæ tradidi. Villicum fundo familięq; præponi cõuenit ætatis nec primæ nec ultimæ. Nã SERuitia ſic tyrũculum contemnunt: ut ſenẽ: quoniam alter nõdum nouit opera ruris: hic exequi iam non poteſt. Atq; hunc adoleſcentia negligentem: ſenectus facit illum pigrum. Media igitur ætas huic officio ẽ aptiſſima. Poteritq; ab ãno. xxx. uſq; in. lx. ſi nõ interueniãt fortuita corporis uitia ſatis ualidi fungi muneribus agricolæ. Quiſquis autẽ deſtinabitur huic negocio: ſit oportet idẽ ſcientiſſimus robuſtiſſimuſq;: ut edoceat ſubiectos: et ipſe commode faciat quæ præcipit. Si quidem nihil recte ſine exemplo docetur: aut diſcitur: Præſtatq; uillicum magiſtrum eſſe operatiorum non diſcipulum: cum etiam de patrefamiliæ priſci moris exemplum Cato dixerit: Male agit̃ cum domino: quẽ uillicus docet. Itaq; IN œconomico Xenophontis: quem. M. Cicero latino ſermoni tradidit: uir egregius ille Symachus atheniẽſis rogatus a Socrate utrũne ſi res familiaris deſſideraſſet mercari uillicum tanq̃ fabrum: an a ſe inſtituere conſueuerit. Ego uero inquit ipſe inſtituo. Etenim qui me abſente in meum locum ſubſtituitur: et uicarius meæ diligentię ſuccedit: is ea quæ ego ſcire debet. Sed et hæc nimium priſca et eius quidẽ temporis ſũt: quo idẽ Symachus negabat quẽq̃ ruſticari neſcire. Nos autẽ memores ignorantiæ noſtræ uigentis ſenſus adoleſcentulos corporiſq; robuſti peritiſſimis agricolis cõmẽdemus: quoꝝ monitiõibus uel unus ex multis; Nam nõ eſt difficile erudire nõ ſolũ ruſticationis

Seruitia. mãcipia famulitia. In œconomico. Mar. Tullius libro ſecundo de officiis ſic refert: has res cõmodiſſime Xenophõ ſocratic⁹ ꝓſecut⁹ eſt in eo libro q œconomicus iſcribit: quẽ nos iſta fere ętate cũ eſſem⁹: qua es tu nũc: e græco in latinu3 cõuertimus.

Fecerit re/
uerentiá: At/
tende nouo
modo poſitá
eſſe reueren/
tiã pro deſ/
peratione &
formidie: tãq̃
reuereamur
ac reformide/
mus diſcere
ſcientiam ru/
ſticationis p/
pter uaſtita/
tem rei.
Deſpon/
deris ſapien/
tiam: Deſpe/
raueris te ſa/
pientiá ad p/
fectum poſſe
pcipere: deſ/
pondere ani/
mum dicitur
apud aucto/
res pro eo qđ
ẽ ſinẽ ſuę ſpõ
tis ſtatueſ: ac
mori uelle ex
deſperatiõe.
M. Varro hº.
ideo in ſeclu/
ſo claũ: ne re/
liq ſi uideant
deſpondeant
animum atq;
alieno tẽpo/
re uenditori
moriantur.
Liuius nec
ipſi ſoluũ deſ/
põderãt aios
ſed contenni
cepti erant a
finitimis po/
pulis. Plaut⁹
ne lamente/
tur: ac ne ani/
mum deſpõ/
deat.

ſed imperandi conſequatur ſcientiam. Quidam enim q̃uis operũ
probatiſſimi artifices: imperitandi parũ prudentes: aut ſæuius aut
etiã lenius agendo rem dominoꝶ corrũpũt. Quare ſicut dixi do/
cendus: et a pueritia ruſticis operibꝰ edutãdus: multiſq; prius ex/
periméris inſpiciendus erit futurus uillicus. Nec ſolum an perdi/
dicerit diſciplinam turis: an etiam domino fidem ac beniuolentiã
exhibeat: ſine quibus nihil prodeſt uillici ſumma ſcientia. Poten/
tiſſimum autem eſt in eo magiſterio ſcire et exiſtimare quale offi/
cium et quis labor ſit cuiq; iniungendus. Nam nec ualentiſſimus
poſſet exequi quod imperatur: ſi neſciat qđ agat: nec peritiſſimus
ſi ſit inualidus. Qualitas itaq; cuiuſq; rei conſideranda eſt. Quip/
pe aliqua ſunt opera tantũmodo uirium tanq̃ promouẽdi onera
portandiq;: aliqua ſociata uiribus et arti: ut fodiendi arandiq; ſe/
getes et prata deſecandi. Nonnullis minus uiriũ: plus artis adhi/
betur: ſicut putationibus inſitionibuſq; uineti. Plurimũ etiã ſciẽ/
tia pollet in aliquibus: ut in paſtione pecoris: atq; eiuſdem medici/
na. Quorum omnium officiorum uillicus: quem iam prius dixi:
exiſtimator bonus eſſe nõ poteſt: niſi fuerit etiam peritus: ut i uno
quoq; corrigere queat perperam factum. Neq; enĩ ſatis eſt repre/
hendiſſe peccantem: ſi non doceat recti uiam. Libenter igitur eadẽ
loquor: tã docendus eſt futurus uillicus q̃ futurus figulus aut fa/
ber. Et haud facile dixerim: num illa tãto expeditiora ſint diſcen/
tibus artificia: q̃to minus ampla ſunt. Ruſticatiõis autem magna
et diffuſa materia eſt: parteſq; ſi uelimus eius pcenſere: uix nume/
ro comprehendamus. Quare ſatis admirari nequeo: quod primo
ſcriptorum meorum exordio iure conqueſtus ſum: Cæterarũ ar/
tium minus uitæ neceſſariarũ repertos antiſtites: agriculturę neq;
diſcipulos neq; præceptores inuentos. Niſi magnitudo rei FE/
cerit reuerentiam uel diſcendi uel profitendi pene immenſam ſci/
entiam: cum tamen nõ ideo turpi deſperatione oportuerit eam
negligi. Nam nec oratoria diſciplina deſeritur: quia perfectus ora/
tor nuſq̃ repertus eſt: nec philoſophia: quia nullus conſummatæ
ſapientiæ: ſed econtrario plurimi ſemetipſos exhortantur uel ali/
quas partes earum addiſcere: q̃uis uniuerſas percipere nõ poſſint.
Etenim q̃ probabilis ratio eſt obmureſcendi: quia nequeas orator
eſſe perfectus: aut in ſecordiam compelli: quia DESponderis ſa/
pientiam. Magnæ rei quantuluncunq; poſſederis: fuiſſe partici/
pem non minima eſt gloria. Quis ergo inquis docebit futurum
uillicum: ſi nullus pfeſſor eſt? Et ego intelligo difficillimum eſſe
ab uno uelut auctore cuncta ruſticationis cõſequi præcepta. Verũ

tamen ut uniuerſæ diſciplinæ uix aliquem conſultũ:ſic plurimos
partium eius inuenias magiſtros:per quos efficere queas perfectũ
uillicum. Nam et arator repetit̃ aliquis bonus:et optimus foſſor:
aut fœni ſector:nec minus arborator:et uinitor:tum etiam ueteri/
narius et probus paſtor:qui ſinguli rationem ſcientiæ ſuæ deſide/
ranti non ſubtrahant. Igitur complurium agreſtium formatus ar/
tibus:qui ſuſceperit officium uillicatiõis:in primis CONuictum
domeſticum multoq; etiam magis externum uitet. Somni et uini
ſit abſtinentiſſimus:quæ utraq; ſunt inimiciſſima diligentiæ. Nã
et ebrioſo:cura officii pariter cum memoria ſubtrahitur:et ſomni/
culoſum plurima effugiunt. Quid.n.poſſit aut ipſe agere:aut cuiq̃
dormiens imperare:quin etiam ſit a uenereis amoribus auerſus:
quibus ſi ſe dederit:non aliud quicq̃ poſſit cogitare:q̃ illud quod
diligit. Nam uitiis eiuſmodi pellectus animus:nec premium iu/
cundius q̃ fructum libidinis:nec ſupplicium graui⁹:q̃ fruſtratio/
nem cupiditatis exiſtimat. Tum igitur primus omnium uigilet:
familiamq; ſemper ad operam cuntantem pro tẽporibus anni fe/
ſtinanter producat:et ſtrenue ipſe precedat. Plurimum enim refert
colonos a primo mane opus aggredi:nec lentos p ocium pigre p/
cedere. Si quidem Symachus idem ille malo inquit uni⁹ agilem
induſtriam:q̃ decem hominum negligentem et tardam operam.
Quippe plurimũ affert mali:ſi operario meretricãdi poteſtas fiat.
Nam ut in itinere conficiendo ſæpe dimidio maturius peruenit is
qui nauiter et ſine ullis conceſſationibus permeabit:q̃ is qui cum
ſit una profectus umbras arborum fonticulorumq; amœnitatem
uel auræ refrigerationẽ captauit:ſic ĩ agreſti negocio dici uix põt:
quid nauus operarius ignauo et ceſſatore præſtet. Hoc igitur cu/
ſtodire oportet uillicum. ne ſtatim a prima luce:familia cunctanter
et languide procedat:ſed uelut ĩ aliquod prœlium cum uigore et
alacritate animi præcedentem eum tanq̃ ducem ſtrenue ſequatur:
uariiſq; exhortatiõibus in opere ipſo exhilaret laborãtes. Et inter/
dum tanq̃ deficienti ſuccurſurus ferramentum auferat parumper:
et ipſe fungat̃ eius officio:moneatq; ſic fieri debere:ut ab ipſo for/
titer ſit effectum. Atq; ubi crepuſculum inceſſerit: neminem poſt
ſe relinquat. ſed omnes ſubſequatur more optimi paſtoris:q e grege
nullam pecudem patitur in agro relinqui. Tum uero cum tectum
ſubierit:idẽ faciat quod ille diligens opilio. Nec in domicilio ſta/
tim diliteſcat:ſed agat cuiuſq; maximam curam. Siue quis (quod
accidit plerumq;) ſauciatus in opere noxam cœperit:adhibeat fo/
menta:ſiue alterum languidiorem IN ualetudinarium confeſtim

Cõiunctũ domeſticu3: Emẽdo conuictũ, pcipit .n. nõ debere uillicũ cũ aliquo epulari. In prio h⁹ idẽ apti⁹ oſtẽdit̃ cũ ait, eidem actori pcipiẽdũ ẽ, ne ɔuictũ cũ domeſtico multoq; min⁹ cũ extero habeat. In hãc ſentẽtia3 ẽ illud Catonianũ. Villicus ad cena3 ne quo eat.

Nau⁹: ſtrenu⁹ alacer agilis: cui cõtrariũ ẽ ignau⁹.

Aut ualetudinariũ: lege i ualetudinariũ nam loc⁹ q⁹ egroti curãt̃ elegãti uocabulo ualetudiariũ nũcupat̃. Seneca, oẽs i eodẽ Valitudiario iacem⁹, mos hic ppe peculiaris ẽ religioſor; ut ualetudinariũ unu3 tẽplatĩ habeant, quo ĩfirmi ɔtinẽt̃ ac curãt̃. i ultio pcipit Columella ut Valitudinaria i mũdiciis liberẽt̃, & idẽtidẽ apiant̃, ut ita ſalubria languẽtib⁹ prebeantur.

A cellariſ: cellarii dicunt q ex cella promptuaria ſiue ex cellario pmunt neceſſaria familiæ: uocabulo Plautino promus & condus nominantur.

deducat: et conuenientẽ ei cæteram curationem adhiberi iubeat. Eorũ
uero qui recte ualebunt: nõ minor habenda eſt ratio: ut cibus et potio
ſine fraude A cellariis præbeatur. Cõſueſcatq; ruſticos circa larem dñi
focum familiarem ſemper epulari: atq; ipſe in conſpectu eorũ ſimiliter
epuletur. Sitq; frugalitatis exemplum: nec niſi ſacris diebus accubans
cœnet: feſtoſq; ſic agat: ut fortiſſimũ quẽq; et frugaliſſimum largitiõi-
bus pſequaẽ: nõnunq̃ etiam ſuæ menſę adhibeat: et uelit aliis quoq;
honoribus dignari. Tum etiam per ferias inſtrumentum ruſticum ſi-
ne quo nullum effici opus poteſt: recognoſcat: et ſæpius inſpiciat ferra-
menta. Eaq; ſemper duplicia comparet: ac ſubinde refecta cuſtodiat:
ne ſi quod in opere uitiatum fuerit: a uicino petẽdum ſit: quia plus in
operis ſeruorũ auocãdis q̃ in precio rerum eiuſmodi dependitur. Cul-
tam ueſtitamq; familiã utiliter magis habeat: q̃ delicate: id eſt munitã
diligenter a frigoribus et imbribus: quæ utraq; prohibenẽ optime pel-
libꝰ manicatis et ſagaris cucullis. Idq; ſi fiat omnis pene hiemalis dies
in opere tollerari poſſit. Quare tam ueſtem ſeruitiorum: q̃ ut dixi fer-
ramenta bis debebit ſingulis menſibus recenſere. Nam frequens reco-
gnitio nec impunitatis ſpem: nec peccandi locum præbet. Itaq; man-
cipia uincta quæ ſunt ergaſtuli: per noĩa quotidie citare debebit: atq;
explorare ut ſint compedibus diligenter innexa. Tum etiam cuſtodię
ſedes an tuta et recte munita ſit. Nec ſi quẽ dominꝰ aut ipſe uinxerit:
ſine iuſſu patriſfamiliæ reſoluat. Sacrificia niſi ex præcepto domini fa-
cere neſciat. Aruſpicem ſagãq; ſua ſponte non nouerit. quæ utraq; ge-
nera uana ſuperſtitione rudes animos infeſtant. Non urbem non ullas
nundinas niſi uendẽdæ aut emendæ rei neceſſariæ cauſa frequentaue-
rit. Neq; enim coloniæ ſuæ terminos egredi debet: nec abſentia ſua fa-
miliæ ceſſãdi aut deliquẽdi ſpaciũ dare. Semitas nouoſq; limites ĩ agro
fieri phibeat. Hoſpitẽ niſi ex amicitia domini q̃ rariſſime recipiat. Ad
miniſteria ſua conſeruos non adhibeat. Nec ulli terminos egredi: niſi
magna coegerit neceſſitas permittat. Pecuniam domini neq; in pecore
nec aliis in rebus promercalibus occupet. Hæc enim res auocat uillici
curam: et eum negociatorem potiꝰ facit q̃ agricolam: nec nũq̃ ſinit cũ
rationibus domini paria facere: ſed ubi numeratio exigitur: res p num-
mis oſtenditur. Itaq; tam iſtud uitandum habebit: q̃ hercule fugien-
dum uenandi aut aucupandi ſtudium: quibus rebus plurimæ operę
auocantur. Iam illa: quæ etiam in maioribꝰ imperiis difficulter cuſto-
diuntur: conſiderare debebit: ne aut crudelius aut remiſſius agat cum
ſubiectis. Semp foueat bonos et ſeduloſ: parcat etiam minus probis: et
ita temperet: ut magis eius uereãtur ſeueritatem: q̃ ut ſęuitiã deteſtẽẽ.
Poteritq; id cuſtodire: ſi maluerit cauere ne peccet operarius: q̃ quom

peccauerit ſero punire. Nulla eſt autẽ uel nequiſſimi hominis amplior cuſtodia:q̃ quottidiana operis exactio. Nã illud uerum eſt. M. Catonis oraculum: Nihil agendo homineſ male agere diſcunt. Itaq; curabit uillicus:ut iuſta redda nẽ. Itaq; nõ ægre conſequetur:ſi ſemper ſe repræſentauerit. Sic enim et magiſtri ſingulorum officiorum diligenter exequentur ſua munia:et familia poſt operis exercitationẽ fatigata cibo quietiq; potius ac ſomno:q̃ maleficiis operam dabit. In uniuerſa porro uillicatione:ſicut in cætera uita: precioſiſſimum eſt intelligere quẽq; neſcire ſe quid neſciat:ſemperq; cupere quod ignoret adiſcere. Nam et ſi multum ꝓdeſt ſcientia:plus tamen obeſt imprudẽtia:uel negligẽtia maxime in ruſticatione:cuius eſt diſciplinæ caput ſemel feciſſe quicquid exegerit ratio culturæ. Nam q̃uis interdum emendatum ſit perperã factum uel imprudentia uel negligentia:res tñ ipſa iã domino decoxit. Nec mox in tantum exuberat:ut et iacturã capitis amiſſi reſtituat:et quæſtum reſarciat: Prælabẽtis uero temporis fuga q̃ ſit irreparabilis:quis dubitet? Eius igiť memor præcipue ſemper caueat:ne improuidus ab opere uincať. Res eſt agreſtis inſidioſiſſima cunctanti. Quod ipſum expreſſius uetuſtiſſimus auctor Heſiodus hoc uerſu ſignificauit.

αἰεὶ δ᾽ ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ ἄτῃσι παλαίει.

Quare uulgare illud de arborum poſitione ruſticis uſurpatum: Serere ne dubites. Id uillicus ad agri totũ cultum referri iudicet. Credatq; prætermiſſas nõ duodecim horas ſed ãnũ periſſe:niſi ſua quaq; die qd inſtat effecerit. Nã cum propiis pene momentis fieri quicq̃ debeat:ſi unum opus tradius q̃ oporteat peractum ſit:cæteræ quoq; quæ ſequunť culturæ:poſt iuſta tẽpora ſerius adhibentur:omniſq; turbatus operis ordo ſpem totius anni fruſtrať. Quare neceſſaria ẽ menſtrui cuiuſq; officii monitio:eaq; pẽdet ex ratiõe ſyderum cœli. Nam ut ait Virgilius:

Tam ſunt arcturi ſydera nobis
Hædorumq; dies ſeruandi et lucidus anguis:
Quam quibus in patriam uentoſa per æquora uectis
Pontus et oſtriferi fauces tentantur abydi.

Contra quam obſeruationem multis argumẽtationibus diſſeruiſſe me nõ inficior in his libris:quos aduerſus aſtrologos compoſueram. Sed illis diſputationibus exigebatur id:quod improbiſſime chaldæi pollicenť:ut certis quaſi terminis ita diebus ſtatis aeris mutationes reſpondeãt. In hac autẽ ruris diſciplina nõ conſydetať eiuſmodi ſcrupuloſitas: ſed(quod diciť pingui minerua) quantumuis utile continget uillico tempeſtatis futuræ præſagium:ſi perſuaſum habuerit:modo ante:modo poſt:interdum etiã ſtato die orientis uel occidẽtis comperere uim ſyderis. Nam ſatis prouidus erit:cui licebit ante multos dies cauere ſuſpecta tempora.

maritimis et calidis et ſiccis prata uel arua purgant̃:et in fœnum ſubmittunt̃.Reliquæ partes uineatũ ꝑpter brumã uel frigora omiſſæ:nũc palandæ et alligandæ ſunt:ne poſtea tumentes gẽmæ lædãt̃ et oculi atterant̃.Itẽ uineatũ foſſio eiſdẽ locis pagẽda arbuſtorũq; ſiue puratio ſiue alligatio finiẽda eſt:quoꝝ iuſta certa eſſe nõ poſſunt.Inter nonas deinde et idus:pomoꝝ ſeminatia faciẽda ſunt.et maturæ plantæ de ſeminatiis in ſcrobes trãſferãt̃.Paſtinatio quoq; quæ mẽſe decembri uel ianuario cepta ẽ:iã nũc includẽda ẽ et uitibus cõſerẽda.Paſtinat̃ aũt terreni iugerũ ita:ut ſolũ ĩ altitudinẽ triũ pedũ defodiat̃ operis.lxxx.uel in altitudinẽ dipondii ſemiſſis operis.l.uel AD bipaliũ:q ẽ altitudo duoꝝ pedum operis .xl.Hæc tñ in agro ſicco ſurculis cõſerendis minima paſtinationis menſura eſt.Nam uitibus deponẽdis poſſit uel ſexqpedalis altitudo ſatiſfacere:quæ plerũq; in ſingula iugera triginta operis cõficit̃.Hoc eodẽ tẽpore ſtercoris pars ĩ prata egerenda pars oleis et cæteris arboribus ĩſpargẽda.quom etiã uitiaria diligenter faciẽda:maleoluſq; q̃ recẽtiſſimus curioſiſſime pãgẽdus.Populos et ſalices et fraxinos:priuſq̃ frõdeãt: plãtaſq; ulmoꝝ nũc ponere utile eſt:ante aũt ſatas nũc expurgare et circũfodere:ac ſummas earũ æſtiuas radices amputare. Sarmẽta uineis nõdũ foſſis atq; arbuſtis et ſegetib⁹ ramoſ aut rubos:qequid deniq; iacens fodiẽtẽ uel alio genere terrã molientẽ põt ĩpedire:nũc egeri et ad ſepẽ applicari oportet. Roſaria noua cõſerere:uel antiqua curare.Arundineta nũc ponere:uel etiã priſtina colere.Salicta facere:uel deputare:runcare: ac fodere.Geniſtã ſemine uel plãtis in paſtinato uel etiã ſulco deponere.Trimeſtriũ quoq; ſatio nõ ẽ aliena huic tẽpori: q̃uis tepidis regiõib⁹ melius adminiſtret̃ p mẽſem ianuariũ. Idib⁹ feb:ſagittarius ueſpere occidit:uehemẽter hyemat. xvi. kal.martii ueſpere crater orit̃:uẽti mutatio.xv.kal.martii ſol in piſces tranſitũ facit:nõnunq̃ uentoſa tempeſtas.xiii.et.xii. kal.martii fauonius uel auſter cum grãdine et niuibus.x.kal. martii leo deſinit occidere:uenti ſeptẽtrionales q uocãt̃ ORnithiæ p dies.xxx.eſſe ſolẽt:tũ et irũdo aduenit.ix.kal.martii arcturus pria nocte orit̃:frigidus dies aqlone VEL coro: interdũ pluuia.viii.kal.martii SAgitta crepuſculo incipit oriri:uarię tẽpeſtates:alcyonei dies uocãt̃:in atlantico qdẽ mari ſũma trãqllitas notata ẽ.vii.kal.martii uentoſa tẽpeſtas hirundo conſpicit̃.Per hos dies frigidis locis earũ rerũ:quas ſupra

Palandæ: Palis adminiculiſq; fulciẽdæ.

AD bipaliũ:nomen eſt ferramenti ruſtici:cui⁹ crebra mẽtio apud ſcriptores ruſticationis.

Ornithiæ:Fauonium uentum quidã chelidoniã uocãt ab hirũdinis uiſu:quę græce dicit̃ χελιδων tunc enĩ incipit flare cũ hirũdines aduentant p uer:nõnulli appellãt ornithias ab aduẽtu auium:quæ græco uocabulo ornithes nominãt̃.Flãt aũt uẽti ornithiæ:ut docet Plinius uno & ſeptuageſimo die poſt brumã.Ariſtoteles quoq; ĩ ſecũdo meteororum tradit ornithias flare poſt brumã eẽq; eteſias debiles:de eteſiis alibi plura.

Vel coro:nomẽ ẽ uẽti quẽ & caurũ uocãt.de q⁹ Iuuenalis in caurũ atq; eurũ ſolitus ſeuire flagellis:a græcis argeſtes noiat̃.Plinius ab occaſu eqnoctiali fauõi⁹ ab occaſu ſolſtitiali corus zephyrũ & argeſton uocãt.

Sagitta:Inter ſidera ẽ ſagitta:quã herculis fuiſſe fabulant̃:qua aquilã ĩterfeciſſe dicitur: exedẽtem iocinera promethei.

ſcripſimus tempeſtiua ẽ adminiſtratio. Locis aũt calidioribꝰ
ꝗuis ſera tñ neceſſaria. Cæterũ maleoli et uiuiradicis poſitio
huius temporis eſſe uidet̃ optima. Nec tñ deterior etiã inter
kal. et idus ſequentis mẽſis: utiq; ſi nõ ſit feruẽtiſſima regio.
Si uero magis etiã frigida uel melior ẽ. Inſitio quoq; arborũ
atq; uitiũ tepidis locis hoc tempore cõmode adminiſtrabit̃.
Kal. martii africus: interdũ auſter cũ grãdine. vi. nonas mar
tii uindemiator apparet quẽ græci τρυγητῆρα dicunt ſeptẽ-
trionales uenti. iiii. noñ. martii EQuus mane orit̃: flatus aq-
lonis. iii. idus martii piſcis aqlonius deſinit oriri: ſeptẽtriona
les uenti. Pridie id. mar. argo nauis exorit̃: fauonius aut au-
ſter: interdũ aquilo. His diebus cõmode inſtruunt̃ horti: de
qbus ſuo loco dicã SEcretius: ne inter hãc quaſi turbã operũ
negligentius olitoris officia deſcripſiſſe uidear: aut nũc ordi-
nem reliquarũ culturarũ cœptũ interrupiſſe. Igit̃ a cal. martii
eximia ẽ uitium putatio uſq; ad. x. cal. aprilis: ſi tñ gemmę ſe
nõdum moueãt. Surculi quoq; ſilentes ad inſitionẽ nũc præ
cipue utiliterq; legunt̃: et ipſa inſitio uitiũ atq; arborꝝ longe
nunc eſt optima. Frigidis quoq; locis et humidis uitiũ ſatio
nũc præcipua ẽ: ſed et ficulnea cacumina iã tumentia utiliſſi-
me ponunt̃. Sarritura quoq; frumentoꝝ iterat̃ egregie. Mo-
dios tres una opera recte facit. Prata purgare et a pecore defẽ-
dere iã tempeſtiuũ ẽ. Locis qdem calidis et ſiccis etiã a menſe
ianuario: ut ſupra diximus: id fieri debet: Nã frigidis uel A
qnquatribꝰ prata recte ſubmittũt̃. Scrobes oĩs generis: quos
eris autumno conſiturus: hoc tempore præparare oportebit.
Eoꝝ quaternarii: hoc eſt quoquouerſus pedum. iiii. ſi eſt cõ-
modũ terrenum. xiii. ab uno fiunt. TERnarii aũt. xviii. Cæ-
terum ad deponendas uites: nec nõ magni incrementi arbo-
res: ſulcus qui ſit pedum centum et uiginti: latitudine bipe-
danea: in altitudinem deprimi debet DIpondio ſemiſſe: eũq;
ſimiliter una opera efficit. Roſariũ ſerotinũ perfoſſum et cul-
tum habere iam tempus eſt. Oleis laborãtibus circum radi-
ces amurcam: quæ ſalem nõ habeat: nunc cõueniet infunde-
re: Maximis ſex congii: mediocribus arboribus urnæ ſatiſ
faciunt: cæteris exiſtimanda erit portio. Sed tamen quę nihil

Equus oritur: Huncaratus & alii complures pegaſũ eſſe dixerunt qui ĩ helicõe ſaxũ ũgula feriẽs fõtẽ apuit q ex eiusnoĩe hippocrene dicẽtũ.

Secretius: Loco ſecreto hoc eſt ſeparato per ſe ſeiũctoq; ab hac ꝓmiſcua narratione.

Surculi ſilentes: Ante docuimꝰ dicta Columella ꝓpe peculiariter ſilẽtes herbas quæ nõ germinant, ſilẽtes ſurculos, qui non gemmant atq; tumeſcunt, dicẽ quoq; ſilentes uocant qꝰ tranquillitas ẽ ſine uento, ſine perturbatiõe. Itidẽ cœlũ ſilẽs ſerenũ & placidũ, lunam ſilentem uſurpant p interlunio quãdo in coitu ẽ quæ & ſynodica appellatur.

Sarritura: Ideſt ſarritio, & foſſio.

A quinquatribus: Quinquatria ſũt feriæ qnq; dierũ dicatæ, mineruæ, quæ menſe martio celebrãt̃, qdã autumãt qnquatrꝰ unũ tantũ diẽ feſtũ eſſe ex eo dictũ, ꝙ poſt diẽ qntũ iduũ celebraret̃, ſicut ſexatrus dictus ꝙ poſt diẽ ſextũ idus celebrãt̃, & ſeptrimatrus poſt diẽ ſeptimũ, de qnquatribꝰ Oui. i faſtis copioſe pſcribit, mẽinit & Ora. illo uerſu ac potius puer ut feſtis qnquatribus olim.

Ternarii: Scrobes ternarios appellant quoquouerſus pedum trium, ſicut quaternarios quoquouerſus quattuor pedum.

Dipondii ſemiſſe: Ideſt duorum pedum & dimidii.

uirii habuerint.aliquanro lętiores fient:ſi amurca rigentur inſulſa.Nonnulli hoc optimum tempus eſſe ſeminariis inſtituẽdis dixerunt.Tum eriam baccas lauri et myrti cęterorũq; nitidium ſeminum in areolis differere præcipiunt.Nã ORthociſſos et hederas ab idibus februar̃:uel eriam kalen.martii poni oportere iidem cenſuerunt.Idibus martii NEpa incipit occidere:ſignificat tempeſtatem.xvii.kal.april.occidit nepa:hyemat.xvi.kalen.april.ſol in arietem tranſitum facit:fauonius uel corus.xii.kalen.april.equus occidit:mane ſeptemtrionales uenti.x.kal.april.aries incipit exoriri:pluuius dies:interdũ ningit.viii.kalend.april.æquinoctium uernum tempeſtatem ſignificat.Ab idibus eadem quæ ſupra utiq; peragẽda ſunt.Optime autem uliginoſa et pinguia loca nunc demũ proſcinduntur:atq; mẽſe ianuario VERuacta facimus.Nũc ultima parte martii ſunt iteranda:et ſiquæ pergulæ uitiũ generoſarum:uel ſiquæ in agris aut uepribus ſingulares arbores mariiæ a putatoribus relictæ ſunt:ante kal.april.uiq; deputari debẽt:poſt quẽ diẽ ſera et ĩfructuoſa ſit huiuſmodi rerum cultura.Milii quoq; et panici hæc prima ſatio eſt:quę peragi debet circa.id.april.Vtriuſq; ſeminis ſeſtari quini ſingula iugera occupant.Quinetiam pecus lanatum:cæteraq; quadrupedia tempus idoneum eſt caſtrãdi.Locis autẽ tepidis ab id.feb.uſq; ad id.april.In locis frigidis ab idibus martii uſq; in id.maias omnia recte pecora caſtrantur.cal.april.nepa occidit mane:tempeſtatem ſignificat.Non.april.fauonius aut auſter cum grandine nonnunq̃ hoc idem pridie.viii.idus april.uergiliæ ueſpere celãt̃:ĩterdũ hyemat.vii.id.april.vi.et.et.v.auſtri et africi:tempeſtatem ſignificat.iiii.id.april.ſole oriẽte libra occidere incipit:interdum tempeſtatem ſignificat.Pridie id.apri.SVCVlæ celãt̃:hyemat.His diebꝰ locis frigidis prima uinearũ foſſio utiq; ante idus peragenda eſt.Quæq; mẽſe martio poſt confectum æquinoctium fieri debuerunt:nunc deniq; q̃primum exequenda ſunt.Fici uireſque adhuc recte inſeruntur.Seminaria quæ ſunt ante facta:runcari et adhuc commode fodiri poſſunt.Oues tarentinæ radice lanaria lauari debent:ut tonſuræ præparẽtur.Idibus aprilis ut ſupra libra occidit:hyemat.xviii.kalendas maias uentoſa tempeſtas et imbres:nec hoc conſtanter.xv.kalendas maias ſol in taurum tranſitum facit:pluuiam ſignificat.xi.kalen.maias uer-

Orthociſſos:græco uocabulo orthociſſos dicitur recta hedera:quæ per ſe rigẽs ſtat ſine adminiculo.

Nepa.Supra annotatum eſt nepã eſſe ſcorpium:quãuis quidam cancrũ dici exiſtimẽt.M.Tullius pectuſque nepai.

Veruacta.Proſciſſionem agrorũ primam ueruactum appellãt:quaſi ueteractũ:auctor Plinius.

Suculæ celantur:In capite tauri ſunt ſtellæ numero ſeptẽ:quas noſtri ſuculas uocant:græci hyadas nomine pluuio:nam græce ὕειν dicitur pluere:hæ autem ſtellæ cum oriuntur & occidunt tẽpeſtates pluuias largoſq; hymbres cient.ĩperiti arbitrantes dici hyadas a ſuibus qui græca uoce ὗς nominãtur:a ſimilitudine nominis græci appellauere ſuculas:ſiquidẽ ſus per diminutionem dicitur ſucula.hinc locus ille Plautinus quin tu.i.Dierecta cum ſucula & cum porculis.Plin.tradit id ſidus Vulgo appellatum eſſe palilicium:quãdo celantur ueſperi circa palilia:qui dies feſtus eſt uigeſimꝰ

giliæ cum ſole oriuntur:africus uel auſter:dies humidus .ix. kalend.maias prima nocte fidicula apparet : tempeſtatem ſignificat.iiii.kal.maias auſter fere cum pluuia.kal.maiis mane capra exoritur:auſtrinus dies:interdum pruina/pluuie. Pridie kalend.maias canis ſe ueſpere celat : tempeſtatem ſignificat. Per hos dies eadem quę ſupra perſequemur. Poſſuntq; ſi iam librum remittunt:inſeri oleæ uel EMplaſtrati : cæteræq; pomiferæ arbores eodem emplaſtrationis genere inſeri. Sed et prima pampinatio recte incohatur:dum prorepētes oculi digito decuti poſſint. Si qua pręterea in uineis aut foſſor diſturbauit:aut negligentia omiſit:diligens uinitor reſtituere debet:et FRActa iuga conſiderare et reſarcire:aut diſiecto palos reponere:ita ne teneros pampinos explātet. Eodem tempore fœtus fœcundi pecudes ſignari oportet. kalen.maiis hoc biduo ſol unam dicitur tenere particulam:ſucula cū ſole exoritur:ſeptemtrionales uenti.v.nonas maias centaurus totus apparet:tempeſtatem ſignificat.iii.nonas maias idem ſydus pluuiam ſignificat. Pridie nonas maii nepa medius occidit: tempeſtatem ſignificat. Nonas maii uergiliæ exoriūtur:mane fauonius.vii.id.maias æſtatis initium fauonius aut corus. interdū et pluuiæ.vi.id.uergiliæ totæ apparent. fauonius aut corus:interdum pluuiæ.iii.id.maias fidis mane oritur: ſignificat tempeſtatem. Per hos dies runcandæ ſegetes ſunt:fœniſicæ inſtruēdi ſunt. Bonus operatius prati iugerum defecat: nec minus mille ducentos manipulos unus OBligat:qui ſūt ſinguli quaternarum librarum. Arbores quoq; tempus ē ablaqueatas circumfodere et operire. Vna opera nouellas circūfodiet arbores.lxxx.mediocres.lxv.magnas.L. Hoc menſe ſeminaria omnia crebro fodere oportebit:ſed a kalend. martii uſq; in idi.ſeptembris:omnibus menſibus non ſolum ſeminariis:ſed etiam nouellis uineis danda foſſio eſt. Iiſdem diebus ubi prægelidum et pluuium cœlum eſt:OLeæ putātur:et muſcāt. Cęteꝝ tepidis regiōibus duobꝫ tēporibꝫ anni facere iſtud oportebit. Primo ab id.octobris uſq; ad id.decēbris:iterum ab id.feb.uſque in id.martii. Si arbor librum nō remittit:hoc eodem mēſe impaſtinato ſeminario. Nouiſſima poſitio eſt oleaniis taleę:eamq; oportet cū PANxeris:fimo et cinere mixtis oblinere:et ſuppōere muſcū:ne ſole findāt. Sed

primus menſis Aprilis/idemq; urbis romæ natalis.

Emplaſtrari. Inſeri ea inſiciōe/cui nomen eſt emplaſtratio & emplaſtruꝫ/ſuper quo in ſuperioribus ſatis multa.

Fracta iuga: genus uineæ eſt quā uocant iugum/fit autem cum defixis humi palis annectunt ſingulæ trāſuerſæ perticæ/per quas prorepūt uitis pampini/Id genus iugi canteriuꝫ uocāt ruſtici/Inde iugata uinea ſcriptoribus ruſticationis nuncupata.

Obligat: Alligat/obligare uulnus eſt alligare faſceiſq; uincire.

Oleæ muſcantur: Muſco herba Inuoluuntur contegūturq;/ut quodaꝫ quaſi tegumēto ueſtitæ aduerſus frigora muniātur/& ne ſole findantur.

Panxeris: Plantaueris a pango.

hoc idem opus melins fiet ultima patte mẽſis martii:uel prima menſis aprilis:et cæteris temporibus: quibus præcipim⁹ ſeminaria plantis uel ramis cõſerẽ.Id.maiis fidis mane exoritur:auſter aut EVronotus:iterdum dies humiduſ.xvii.kal.iunias idem quod ſupra.xvi.et.xv.kal.iunias euronotus uel auſter cum pluuia.xiiii.kal.iuñ.ſol in geminos introitũ facit .xii.kal.iuñ.ſuculæ exoriunẽ:ſeptemtrionales uenti:nõnũq̃ auſter cum pluuia.xi.et.xii.kal.iunias arctur⁹ mane occidit: tempeſtatem ſignificat.viii.et.vii.et.vi.kal.iunias capra mane exoritur:ſeptẽtrionales uenti.Ab idibus uſq; in kal.iunias ueteranã uineam priuſq̃ florere incipiat:interim fodere oportet:eãdemq; et cæteras omnes uineas itidem pãpinare.Quod ſi ſæpius feceris:puerilis una opera iugerum uineti PAMpinabit.Quibuſdam regionibus oues nũc tondentur:et pecoris nati aut amiſſi ratio accipitur.Item qui lupinum ſtercorãdi agri cauſa ſerit:nunc demum aratro ſubuertit.kalẽ.iuniis et.iiii.nonas aquila exoritur:tempeſtas uentoſa:et interdum pluuia.vii.idus iuñ.arcturus occidit:fauonius aut corus.iii.id.iunias delphinis ueſpere exoritur:fauonius:interdum torat.His diebus ſi opere uicti ſumus:eadem quæ extremo mẽſe maio faciẽda ſunt.Item omnes arbores fructiferæ circumfoſſæ aggerari debẽt:ut ante ſolſtitium id opus peractum ſit. Quinetiam pro conditione regionis et cœli terra uel proſcinditur:uel iteratur.Eaq; ſi eſt difficilis:proſcinditur operis tribus:iteratur duabus:tertiatur una.Lirantur autẽ iugera duo opera una.At ſi facilis eſt terra:proſcinditur iugerum duabuſ operis:iteratur una.Lirantũr una iugera quattuor:cũ in ſubacta iam terra latiores porcæ ſulcantur.quę ratio colligit:ut p autumnum facile poſſint uno iugo:tritici obſeri modii centum qnquaginta:cæterorumq; leguminnm modii centum. Iiſdem diebus area trituræ præparanda eſt:ut quæq; res deſecta erit:in eam conferatur.Vinearum quoq; quibus maior eſt modus:iteratus eſſe debet.Ante ſolſtitium pabulum(ſi facultas eſt)uel nunc:uel etiã ſuperioribus.xv.diebus:qui fuerint ad kalẽdaſ iunias pecori pręberi oportet.A kal.aũt iuniis ſi iam deficit uiridis herba:uſq; in ultimum autumni frondem cæſam præbebimus.Id.iunii calor incipit.viii.kal.iuliaſ ſol introitũ cancro facit:tẽpeſtatẽ ſignificat.xi.cal.iul.anguifer q a gręcis dr̃ ὀφιοῦχος mane occidit tẽpeſtatẽ ſignificat.

Euronotus:nomen uenti eſt:qui medius flat inẽ eurũ & noton.Vnde & nomen accepit auctor Plinius in ſecundo.

Pãpinabit:Pãpinos iutiles decutiet:quid ſit pãpinare quid pampinatio affatĩ diximus ſupra & docet Colũella loco ſuo.

Lirãtur:In liras digerũt ſulcãturq; factis porcis:de q̃bus ſupraſcripſi ſatis diligenter.

Ophiuchos:In cœlo ſupra ſcorpione3 conſtitutũ eſt ſid⁹:ita figuratum ut manib⁹ anguem medium teneat.Vnde a noſtris dicitur anguifer:& anguitenẽſ:a græcis ophiuchoſ:qui dicũt οφιν ſerpentem και εχω teneo.Quida3 appellant ophiulcu3:ab eo qđ eſt ελκω traho Celebratior ẽ prior lectio apud higinum fabuloſa narratio eſt qs fuerit hic anguitenẽs:habet ĩ capite ſtellam una3 in utroq; Humero ſingulas:In ſiniſtra mãu treſ in dextra quattuor:Totus conſtat ex ſtellis numero uiginti tribus.

.viii.et.vii.et.vi.kal.iul.ſolſtitiũ:fauoni⁹ et calor.iii.kal.iulias
uentoſa tempeſtas.His diebus eadem quæ ſupra.Sed et uiciã
in pabulum ſecare oportet:priuſq̃ ſiliquæ eius durenť:ordeũ
metere:fabã ſerotinã ducere:fabã maturam cõterere:et paleas
eius diligẽter recõdere:ordeũ terere:paleaſq; omnis reconde/
re:ALuos caſtrare.quas ſubĩde nono quoq; aut.x.die ad kal.
maias conſiderare et curare oportet.Nunc autem ſi ſunt pleni
atq; OPERculari faui:demendi ſunt.Sin autem maiore parte
uacant:aut ſine operculis adaperti ſũt:nondum eſſe maturos
ſignificatur:itaq; mellatio ẽ differenda.Quidam in prouin/
ciis tranſmarinis uel hoc:ſequente menſe ſeſama ferunt.kalẽ.
iuliis fauonius uel auſter:et calor.iiii.noñ.iulias corona occi/
dit mane.Pridie noñ.iulias cancer medius occidit:calor.viii.
idus iul.capricornus medius occidit.vii.id.iul.CEphe⁹ ueſ/
pere oritur:tempeſtatem ſignificat.vi.id.iul.PROdromi fla/
re ĩcipiũt.His diebus eadẽ quæ ſupra.Sed et proſciſſum uer/
uactũ optime nunc iteratur:et ſilueſtris ager decreſcente luna
utiliſſime extirpatur.Idib⁹ iuliis PROcyon exoritur mane:
tempeſtatem ſignificat.xiii.kal.auguſtas ſol in leonem tran/
ſitum facit:fauonius.ix.kal.auguſtas leonis in pectore clara
ſtella oritur:interdum tempeſtatem ſignificat.viii.kal.augu/
ſtas aquarius ĩcipit occidere clare:fauonius uel auſter.vii.kal.
auguſtas canicula apparet:caligo æſtuoſa.vi.kalẽ.aug.aquila
oritur.iiii.kal.auguſtas:leonis in pectore claræ ſtellæ exoriũ/
tur:interdum tempeſtatem ſignificant.iii.kal.auguſtas aqui/
la occidit:ſignificat tempeſtatem.His diebus locis tempera/
tis et maritimis meſſis conficitur:et intra dies.xxx.q̃ deſecta
eſt:ſtramenta præciſa in aceruum congeruntur.Iugerum ſtra/
mentorũ opera una deſecat:quibus remotis priuſq̃ ſol acrior
exurat terrã:oẽs arbores:quæ fuerãt in ſegete:circũfodere:et
adobruere oportet.Item quib⁹ magna ſementis præparatur:
nunc debent iterare.Nã de fodiendis collendiſue nouellis ui/
neis ſæpius iam dixi:nullum eſſe menſem omittendũ:donec
autumnale æquinoctiũ conficiatur.Meminiſſe autem opor/
tebit:ut p hos et auguſti mẽſis dies antelucanis et ueſpertinis
temporibus frondẽ pecudib⁹ cædamus.Itẽ quaſcũq; uineas
culturi ſumus:ne p æſtum ſed mane uſq; in tertiam et a decia
uſq; in crepuſculũ fodiamus.Quibuſdã regiõib⁹ ſicut Cili/
cia et pãphilia hoc mẽſe SEſama ſerũť:Italiæ aũt regiõibus
humidis poſſũt ultio mẽſe iunio ſeri.Quietiã tp̃s ẽ ficulneis

Aluos caſtrare: Caſtrãtur alui,qñ faui eximuntur.
Operculati:oper/culis tecti.

Cepheus: Inter ſidera cepheus eſt, quẽ ethiopũ regez fuiſſe tradũt ãdro/madæ patrẽ,quæ ceto propoſita a p/ſeo liberata eſt.qui oẽs inter ſidera re/cepti eſſe memorã/tur,cepheus ut ait .M.Cicero ſequit manib⁹ paſſis ter/ga ſeptẽtrionis.

Prodromi:Ete/ſias uentos ſignifi/cat,q pdromi uo/cãtur,ex eo quod præcurrũt antece/dũtq; ortũ canicu/læ:Iohãnes bapti/ſta dictus eſt pdro/mos tãq̃ præcurſor domini.

Procyon.Ora/tius ait in carmini/bus,iam pcyon fu/rit,diciť hoc ſidus græca uoce pcyon/quaſi ante canẽ ex/oriens.de quo.M. Tullius ante canẽ procyon graio qui noie ferť.hoc ſid⁹/ut autumat Plini⁹/apud romanos nõ habet nomen,niſi uelimus itelligi ca/niculã hoc ẽ mino/rẽ canẽ.exoriť cuz leone ut docet hi/ginus.

Seſania:Lego ſe/ſama,ꝑcipit Colu/mella i ſcdo ſeſama ab ẽqnoctio autũ/nali eẽ ſerẽda.Hic oleũ ſeſaminũ dic/tũ ẽ & alterũ gen⁹ ſeſamodes.

Occidit ma/ ne:Occaſum matutinũ in/ telligit/de q° Plinius ſcitiſ/ ſime ſcribit/ cum uero ait exoritur ma/ ne ſignat or/ tum matuti/ num.

Carex:nomẽ herbe aculea/ te noxiæ eſt/ unde carectũ dicimus locũ carice refer/ tum/Virgili⁹ tu poſt carec/ ta latebas.

Piſcis au/ ſtrinus: Duo ſunt in ſigni/ fero piſces al/ ter notius ſi/ ue auſtrinus nominatus/ q a ad auſtrũ ſpectat/alter boreus quia ſpectat ad po lum Articũ/ & regionem boreale3/cõ/ iunctio horũ piſcium no/ dus uocatur.

arboribus caprificum ſuſpendere. Quod quidam exiſtimãt iccir/
co fieri debere : ne fructus decidat:et ut celerius ad maturitatẽ p/
ueniat. kal. auguſti eteſiæ. Pridie nonas auguſti leo medius exo/
ritur:tempeſtatẽ ſignificat. vii. idus aug. aquarius occidit: medi⁹
nebuloſus æſtus. Pridie idus auguſti fidis OCcidit mane:et au/
tumnus incipit. His diebus eadem quæ ſupra. Nonnullis tamen
locis faui demetuntur. Qui non ſunt melle repleti nec operculati:
differenda eſt in menſem octobrẽ mellario. Idibus auguſti delphi/
ni occaſus:tempeſtatem ſignificat. xviiii. cal. ſeptemb. eiuſdem ſy/
deris matutin⁹ occaſus:tẽpeſtatẽ ſignificat. xiii. cal. ſeptemb. ſol ĩ
uirginem tranſitum facit. Hoc et ſequenti die tempeſtatẽ ſignifi/
cat:interdum et tonat. Hoc eodem die fidis occidit. x. cal. ſeptẽb.
ex eodem ſydere tempeſtas plerumq; oritur et pluuia. vii. calẽdas
ſeptemb. uindemiator exoritur mane:et arcturus incipit occidere:
interdum pluuia. iii. cal. ſeptembris humeri uirginis exoriuntur:
eteſiæ deſinunt flare:et interdum hyemat. Pridie cal. ſeptembris:
andromeda ueſperi exoritur:interdum hyemat. His quidem die/
bus arbores ficorum inoculantur:quod genus inſitionis empla/
ſtratio nocatur. Idq; licet uel commodius facere ſuperiore menſe
poſt idus iulias:quo tẽpore etiam aliarum arborũ nõnulli empla/
ſtrationem faciunt. Quibuſdã locis ut in betica maritimis regio/
nibus et africa uindemia conficitur. Sed frigidioribus regionibus
puluerationem faciunt:quam uocant ruſtici occationẽ:quom oĩs
gleba in uineis refringitur:et reſoluitur in puluerem. Hoc eodem
tempore:priuſq̃ uineæ puluerentur:ſi pexilis eſt uel rara ipſa uitis:
lupini modii tres uel quattuor in ſingula iugera ſpargantur:et ita
occantur:qui cum frutificauerint:prima tum foſſiõe cõuerſi ſatis
bonũ ſtercus uineis præbẽt. Multi etiam ſi pluuius eſt ſtatus cœli
ſicut ſuburbana regione italiæ pampinis uitem ſpoliãt:ut percoq
fructus poſſint:nec putreſcere imbribus. At econtrario locis cali/
dioribus:ut modo nominatis ꝓuinciis circa uindemiam adum/
brantur:uel ſtramentis uel aliis tegumentis uuæ:ne uentis aut ca/
loribus exareſcant. Hoc idem tempus eſt aridis uuis ficiſq; confi/
ciendis:de quibus quemadmodũ paſſæ fiant:ſuo loco dicemus:
cum uillicæ perſequemur officia. Filix quoq; aut CArex ubicũq;
naſcitur:auguſto menſe recte extirpatur:melius tamen circa: idus
iulias ante caniculæ exortum. kal. ſeptembris calor. iiii. nonaſ. ſep/
tembris PIſcis auſtrinus deſinit occidere:calor. n. ante ſeptẽb. arc/
turus exorit́:fauoni⁹ uel corus. vii. id. ſeptẽb. piſcis aqlõis deſinit
occidere:et capra exorit́:tempeſtatẽ ſignificat. iii. idus ſeptembris

fauonius aut afric9:uirgo media exorit̃.His dieb϶ locis maritimis
et calidis uindemia et cætera quę ſupraſcripta ſunt cõmode admi/
niſtrãt̃.Iteratio quoq; aratiõis ꝑacta eſſe debet:ſi ſerius terra ꝓſciſſa
ẽ.Sin aũt celerius:ẽt tertiatũ ſiue ſatũ ſolũ eſſe conuenit. Hoc etiam
tẽpore qui conſueuerunt uina cõdire:aquã marinã pręparãt:et ad/
uectam decoquũt.de qua cõficiẽda cũ uillicæ officia exequar:præ/
cipiam.Idib϶ ſeptembris ex priſtino ſydere nõnũq̃ tẽpeſtatẽ ſigni/
ficat.xv.kal.octob.arctur9 exorit̃:fauonius et africus:ĩterdũ eur9:
quem qdã uulturnũ appellant.xiiii.kal.octob.SPIca uirginis exo/
ritur:fauonius aut corus.xiii.kalẽ.octob.ſol ĩ libram tranſitũ facit:
crater maturino tẽpore apparet.xi.kal.octob.piſces occidũt mane:
item aries occidere ĩcipit:fauonius aut corus:ĩterdũ auſter cũ ĩbri/
bus.x.kal.octob.argo nauis occidit:tempeſtatẽ ſignificat ĩterdum
etiam pluuiam.viiii.kal.octob.centaurus ĩcipit mane oriri: tempe
ſtatẽ ſignificat:ĩterdum et pluuiam.viii.kal.octob.et.vii.et.vi.æq/
noctiũ autũnale plerũq; ſignificat.v.cal.octob.hædi exoriunt̃: fa/
uonius:nõnunq̃ auſter cũ pluuia.iiii.cal.octob.uirgo deſinit oriri:
tẽpeſtatẽ ſignificat.His diebus uindemiæ pluribus regionib϶ fiũt:
quarum maturitatem alii aliter ĩterpretati ſũt.Quidam quom ui/
diſſent partem aliquã uuarum uireſcere:crediderũt tempeſtiuã eſſe
ĩterdũ uindemiã.Quidam cũ cõcoloratas et perlucidas uuas aĩad/
uertiſſent:nõnulli etiam cum pampinoſ ac folia decidere cõſideraſ/
ſent.Quę omnia fallacia ſunt:quoniam ĩmaturis uuis omnia eadẽ
poſſunt accidere:propter intemperiem ſolis aut anni.Itaq; nonnulli
guſtu explorare maturitatem tentauerunt:ut ſiue dulcis eſſet ſapor
uuæ ſiue acidus:perĩde exiſtimarent.Sed et hæc ipſa res habet ali/
quam fallaciam.Nam quædam genera uuaꝝ nõnũq̃ dulcedinem
capiũt ꝓpter auſteritatem nimiam.Itaq; opportunũ eſt:(quod nos
facimus)ipſã naturalẽ contẽplari maturitatẽ.Naturalis aũt matu/
ritas ẽ:ſi cũ expreſſeris uinacea:quæ acinis celant̃:iã ĩfuſcata et nõ/
nulla ꝓpemodũ nigra fuerĩt.Nã colorẽ nulla res uinaceis põt affer/
re:niſi naturæ maturitas:ꝓſerti cũ ita ĩ media parte acinoꝝ ſint:ut et
a ſole æſtuante et a uentis ꝓtegant̃:humorq; ipſe nõ patit̃ ea præ/
cipi aut infuſcari:niſi ſuapte natura.Hoc igit̃ quom exploratũ ha/
buerit uillicus:ſciat uindemiam ſibi eſſe.faciẽdã.Sed anteq̃ fructũ
cogere ĩcipiat:cũcta præparãda erũt ſuperiore(ſi fieri poſſet)menſe.
Si min9 certe ut ãte qndecim dies dolia partĩ picata:partĩ defricata
et diligẽter lota marina uel aqua ſalſa et recte ſiccata . Tũ et opcula
COlaq; et cætera ſine qb϶ ꝓbe cõfici muſtum nõ poteſt. Torcularia
uero et fora diligenter emundata lotaq;. Et ſi res ita exegerit picata

Spica Virginis: Nomen eſt ſideris antiq ſpicũ neutro genere dixeř hinc illud ſpicũ illuſtre ferens ſplendẽti corpore uirgo.

Cola: Vaſa ſiue inſtrumenta ſunt ad Colandum uinus defecãdũq; accomodata a colando nominata de q bus Virgilius colaq; prelorũ fumoſis deripe tectis. uillicus ut inquit Cato habere debet cola uinaria tria cola qs flores dematria.

præparataqꝫ habeat ligna:quibus defrutũ et ſapam decoquat. Tũ etiam ſalem atqꝫ odoramenta:quibus condire uina conſueuerint: multo ante repoſita eſſe oportet. Nec tamen hæc cura totum auocet eũ a cætera ruris cultura. Nam et NApinæ itemqꝫ rapinæ ſiccaneis locis per hos dies fiunt. Farraginaria quoqꝫ pecori futura p hyememe pręſidio. Itemqꝫ ſiliquam quod ruſtici fœnum græcum uocant. Nec minus in pabulum uiria nunc demum cõſeritur. Tũ etiam lupini hæc erit præcipua ſatio:quem quidã uel ab area ꝑrinus in agrum deferri putant oportere. Miliũ et panicum hoc tẽpore demetitur:quo faſeolus ad eſcam ſeritur. Nam ad percipiendum ſemen ultima parte octobr̃.circa kal.nouẽbr̃.melius obruitᷣ. Quare cum hæc cuncta in agris exequi debeat:poſſit eoꝝ curam: quæ intra uillam facienda ſunt:uillicæ delegare. Ita tamen ut ipſe cõſideret an recte facta ſint. kal.octobr̃.et.vi.noñ. interdum tempeſtatem ſignificat. IIII.noñ.octobris auriga occidit mane:uirgo deſinit occidere:ſignificat nõnũq̃ tempeſtatem. III.noñ.octobris corona incipit exoriri:ſignificat tempeſtatem. Pridie nonas octobris hędi oriuntur ueſpere:aries medius occidit:aquilo. VIII.idus octobris coronæ clara ſtella exoritᷣ. VI.idus octobr̃.uergiliæ exoriuntur ueſpere:fauonius:et interdum africus cũ pluuia. III.et pridie idus octobris corona tota mane exoritur: auſter hybernus et nõnũq pluuia. Per hos dies frigidis regionibus uindemia et cætera:quæ ſupra ſcripta ſunt fieri ſolent. Iiſdemqꝫ regionibus frumenta matura ſeruntur:et præcipue far adoreum. Locis etiã opacis triricum nunc recte ſeritur. Et quoniam ſementis mentionem fecimus:non intempeſtiue quantum cuiuſqꝫ ſeminis iugerũ agri recipiat referemus. Iugerum agri recipit tritici modios quattuor uel qnqꝫ:farris adorei modios. viiii.uel.x.ordei modios.v.uel.vi. milii uel panici ſeſtarios.iiii.uel.v.lupini modios.viii.uel decem: faſeoli modios quattuor:piſi modios tres uel quattuor:fabæ modios ſex:lentis modiũ unũ uel paulo ãplius:lini ſeminis modios nouẽ uel decẽ:cicerculę modios tres uel quattuor:ciceris modios tres uel quattuor:ſeſami ſeſtarios quattuor uel quinqꝫ: VIriæ pabularis modios ſeptẽ uel octo:uitiæ ſeminalis modios.v.uel ſex: erui modios quattuor uel qnqꝫ:farraginis ordeaceæ modios ſeptẽ uel octo:SILIquæ modios ſex. Medicæ ſingulos cyathos ſerere oportet in areolis longis pedum decem:latis pedum quinqꝫ. Canabis grana ſex in pede quadrato ponuntur. Idibus octobris et ſequenti biduo interdum tempeſtas:nonnũq̃ rorat. xiiii. kal.nouẽbris ſol in ſcorpionem tranſitum facit. xiii.et.xii.kal.nouẽbris ſo/

Napinæ rapinæ:Ideſt ſationes naporũ Raporũqꝫ. M.Cato. rapinam & coles rapicii uñ fiãt & raphanum in loco ſtercorato bñ aut ĩ loco craſſo ſerito. Annotandũ dici rapitiũ a Catone prout uulgo uernacula dictione uſurpatᷣ. Rapina ĩ hoc ſignificatu media correpta pronuntiantur.

Vitiæ pabularis. quæ ſcilicet pabuli cauſa ſeritur eſtqꝫ pabulum quadrupedum.

Siliquæ modios: Diſpice an hoc in loco legẽdũ ſit ſiliciæ. ſic.n. uocatur fenũ græcum. qđ græci buceras dicũt. alii ego ceras. q°niam corniculis ſemen ẽ ſimile.

lis exortus:uergiliæ incipiũt occidere:tempeſtatem ſignificat. xi. kalẽ.nouembris tauri cauda occidit:auſter:interdum pluuia.viii. kalend.nouembris centaurus exoriri mane deſinit : tempeſtatem ſignificat.viii.cal.nouembris nepæ frons exoritur : tempeſtatem ſignificat.v.calen.nouembris uergiliæ occidunt:hyemat cum frigore et gelicidiis.iiii.cal.nouẽb.arcturus ĩ ueſpere occidit: uentoſus dies .iii.cal.et pridie nouembris caſſiope incipit occidere:tempeſtatem ſignificat. Per hos dies quæcũq; ſemina differri debent: arbuſculæq; omnis generis recte ponũt. Vlmi quoq; uitibꝰ recte maritantur:ipſæq; uites in arbuſtis et uineis commode propagantur. Seminaria runcare et fodere tempus eſt. Tum etiam arbores ablaqueare:nec minus uineas : eaſdemq; putare. Itemq; in arbuſtis uitem deputare. Seminaria quę ſuo tempore pampinata nõ ſunt:arbuſculaſq; ficorum in ſeminariis putari:et ad ſingulos ſtilos redigi debent:quę tamen melius dum tenera ſunt:per germinationem pampinantur. Sed quom omnia in agricultura ſtrenue facienda ſunt:tum maxime ſementis. Vetus eſt agricolarum prouerbium: Maturam ſationem ſæpe decipere ſolere:ſeram nũq̃: quin mala ſit. Itaq; in totum præcipimus:ut quiſq; natura locus frigidus erit:is primum conſeratur:ut quiſq; calidus nouiſſime. Vitia et faba ſtercorare agrum dicuntur. Lupinum niſi in florem uerteris:nihil agrum ſtercoraueris. Sed nec ulla res magis uacuis operariis aut ſeritur:aut conditur. Nam et primis temporibꝰ ante ullam ſementem poſſet id obruere:et nouiſſime poſt coctos fructus tollere. Sementi facta inoccare oportet quod ſparſeris. Duo iugera tres operæ commode occabunt:arboreſq;:quæ intererũt:ablaqueabunt. Quis ãtiqui ſingulis operis ſingula iugera ſarriri et occari uelint. quod an recte fieri poſſit:affirmare nõ auſim. Eodẽ tẽpore foſſas riuoſq; purgare:et ELIces ſulcoſq; aquarios cõuenit facere. Iiſdem temporibꝰ ſi ſit fraxineam:ſi minus orneam: ſi nec hæc ſit: iligneam frondem bubus recte præbebimus . Glandiſquoq; non inutile eſt SINGVLIS iugis modios ſingulos dare:nec tamen amplius ne laborent:nec minus diebus.xxx.præbueris. Nam ſi paucioribus diebus datur(ut ait Higinus)per uer ſcabioſi boues fiunt. Glãs autem paleis immiſcenda eſt : atq; ita bubus apponenda. Tum etiam ſiluam ſiquis barbaricam:id ẽ cõſemineam uelit facere:recte conſerere glandibus et cęteris ſeminibus. Tũ et olea deſtringẽda ẽ:ex qua uelis uiride oleũ efficere: qđ fit optimũ ex uaria oliua:cũ ĩcipit nigreſcere. Nã acerbũ niſi ex alba olea fieri non debet. kal.nouẽb.et poſtridie caput tauri occidit:

Elices ſulcoſq; aquarios. τοαυτο ideſt bis idem dixit namq; elices uocãt ſulcos aquarios per quos aqua collecta educit ex liris agrorum:non lõge diſtãt foſſæ iciles quę & incilia appellant de quibus ſic ſcribũt iuriſconſulti Titulo de riuis incile eſt locus depreſſus ad latus fluminus ex eo dictus quod incidatur. Inciditur enim uel lapis uel terra unde primum aqua ex flomine agi poſſit.

Singulis iugis: Ideſt duobus bubus qui uno iugo cõtinentur.

pluuiā ſignificat.iiii.nonas nouēb.fidicula mane exorit̃: hyemat et pluit.viii.idus nouemb.idem ſydus totum exorit̃ auſter uel fauonius hyemat.vii.idus nouemb.ſtella clara ſcorpionis exorit̃:ſignificat tempeſtatem:hyemat:uel uulturn9 ĩterdum totat.vi.idus nouembris uergiliæ mane occidunt:ſignificat tempeſtatē:hyemat .v.idus nouembris hyemis initium:auſter aut eurus:interdum torat.His diebus uſq; in idus quæ ſuperiore mēſe facere nō potueris: adhuc tolerabiliter efficies.Sed et proprie hoc obſeruabiſ:ut pridie q̃ plenilunium ſit:ſi minus certe ipſo plenilunio omnem quā ſaturus es fabam uno die peragas:ſed poſtea licebit ab auibus et pecore defenſam obruas.Eãq; ſi ita cōpetierit lunæ curſus:ãte id. nouēb.occatā habeas:q̃pinguiſſimo et nouo loco:ſi minus q̃ſtercoratiſſimo. Satis erit ĩ ſingula iugera uehes ſtercoris cōportare numero decē et octo.Vehes aūt ſtercoris habet modios octogīta: Ex quo colligit̃ oportere ĩ denos quoquouerſus pedes modios quos ſtercoris ſpargere.Quæ ratio docet uniuerſo iugero ſatiſfacere modios. M .ccc. xl.Tū ēt cōuenit oleas ablaqueare.Et ſi ſūt parū fructuoſæ uel cacuminibꝰ retorridę frōdis:magnis arboribꝰ quaternoſ modios ſtercoris caprini circūſpargere:ĩ cæteris aūt ꝓ magnitudine portionem ſeruare.Eodē tēpore uineis ablaqueatis colūbinū ſtercus ad ſingulas uites:qđ ſit inſtar uni9 ſeſtarii:uel urinæ hoĩs cōgios:uel alteri9 generis quaternos ſeſtarios ſtercoris ĩfundere.Iugerū uinearū in ſenos pedes poſitarum duæ operæ ablaqueant.Idibꝰ nouemb.dies ĩcertus:ſœpius tñ placidus.xvi.kal.nouembris Fidis exorit̃ mane: auſter:interdū aquilo magnus.xv.kal.decemb.aq̃lo:interdū auſter cū pluuia.xiiii.kal.decembris ſol in ſagittarium trāſitū facit:ſuculę mane oriunt̃:tempeſtatem ſignificat.xii.kal.decembris tauri cornua ueſperi occidunt:aq̃lo frigidus:et pluuia.xi.kal.decembris ſucula mane occidit:hyemat.x.kal.decēbris lepus occidit mãe:tēpeſtatem ſignificat.vii.kalē.decēbris canicula occidit ſolis ortu:hyemat.Pridie kal.decembris totæ ſuculæ occidunt:fauonius aut auſter:interdum pluuia.His diebus quæ præterita erunt ſuperioribus opera conſequi oportet.Et ſi nō plurimū ſerimus:optimum ē intra kal.decēbris ſemērē confeciſſe.Sed ēt longis noctibus ad diurnum tempus aliquid adiiciendū eſt.Nam multa ſūt quæ in lucubratiōe recte aguntur.Siue enim uineas poſſidemus.pali et Ridicæ poſſūt dolari exacuiq;:Siue regio ferulę uel corticis ferax eſt:apibꝰ aluearia fieri debent:Siue palmæ ſparti ue fœcunda eſt: fiſcinæ SPARTæq;:Seu uirgultorum corbes ex uimine.Ac ne cætera nunc perſequar:nulla regio non aliquid affert:quod ad lucubrationem confi-

Fidis: Fidicula lyra, nomen eſt cœleſtis ſideris.

Ridicæ: Inter genera pedamētorum ſiue perticarum ſūt ridicæ quæ ut auctor eſt. M. Varro e q̃rcu & iunipero optimæ fiunt.

Spartæq;: ſūt uaſa iūcea a ſparto dictæ ex quo fiunt. ē autē ſpartum genus iunci ſiue herbæ ibericę de quo multa Plinius libro undeuigeſimo: autumant grāmatici ſportas quoque dici ab hoc ſparto quaſi ſparteas.

ci poſſit. Nam inertis eſt agricolæ expectare diei breuitatem: præcipue in his regionibus in quibus brumales dies horarum nouem ſũt: nocteſque horarum quindecim. Poſſit etiam ſalix deciſa pridie ad lucubrationem expurgari: et ad uitium ligamina præparari. Quæ ſi natura minus lenta eſt: ante dies quindecim præcidẽda eſt: et purgata in ſtercore obruenda eſt: ut lenteſcat. Sin autem iampridẽ cæſa exaruit: in piſcina maceranda eſt. Tum etiam per lucubrationem ferramenta acuere: et ad ea facere uel facta manubria aptare: quorum optima ſunt ilignea: deinde carpinea: poſt hæc fraxinea. kal. decembris dies incertus ſæpius tamen placidus. viii. idus decembris ſagittarius medius occidit: tẽpeſtatẽ ſignificat. vii. idus decembris aquila mane oritur africus: interdũ auſter: irrorat. iii. idus decẽbris COrus uel ſeptentrio: interdum auſter cum pluuia. His diebus quæ prætérita erunt ſuperiore menſe opera: peragi debebunt: utiq; in locis temperatis aut calidis: nam in frigidis recte fieri iam non poſſunt. Idibus decembris ſcorpio totus mane exorit: hyemat. xvi. kal. ianuarii ſol in capricornum tranſitum facit: brumale ſolſtitium: ut Hipparcho placet: itaq; tempeſtatem ſæpe ſignificat. xv. kal. ianuarii capra occidit mane: tẽpeſtatem ſignificat. ix. kal. ianuarii brumale ſolſtitium (ſicut chaldæi obſeruant) ſignificat. vi. kal. ianuarii delphinus incipit oriri mane: tẽpeſtatem ſignificat. iiii. kal. ianuarii aq̄la ueſpere occidit: hyemat. iii. kal. ianuarii canicula occidit ueſpere: tempeſtatem ſignificat. Pridie kal. ianuarii tempeſtas uentoſa. His diebus qui religioſius rem ruſticam colunt: niſi ſi uinearum cauſa paſtines: nam negant debere terrã ferro commoueri. Itaq; quicquid citra id genus effici poteſt: id ab his comprehenditur: ut olea legatur et cõficiatur: ut VItis paletur: et capite tenus alligetur: et iuga uineis imponãtur: et capiſtrentur. Cæterum PALmare: id eſt materias alligare: hoc tempore nõ expedit: q̄a plurimæ propter rigorem: qui fit ex frigore: franguntur. Poſſunt etiã his diebꝰ ceraſa et tuberes et armeniacæ atq; amygdalæ cæteræq; arbores: quæ primæ florent: inſeri commode. Nõnulli et legumina ſerunt. kal. ianuarii dies incertus. iii. nonas ianuarii cancer occidit: tempeſtas uaria. Pridie nonas ianuarii media hyemis: auſter multus: interdum pluuia. Nonis ianuariis fidis exorit mane: tempeſtas uaria. Sexto idus ianuaria s auſter: ĩterdũ fauonius. v. idus ianuarias auſter: interdũ ĩber. Pridie idus ianuarias ĩcertus ſtatus cœli. Per hos quoq; dies abſtinent terrenis operibus religioſiores agricolæ: ita tñ ut ipſis cal. ianuariis auſpicandi cauſa omne genus operis inſtaurent. Cæterũ differant terrenam molitionem uſq; in proximas idus. Sed nec ignorare debebit uillicus quid uni iugo boum quoquo menſe per ſingu-

Corus uel ſeptẽtrio: ſcito hic ſeptẽtrionem poni pro uẽto ſeptemtrionali: quẽ gelliꝰ ſeptemtrionariũ uocat. grece απα κτιασ appellat. Pliniꝰ in ſecundo a ſeptemtrionibus ſeptemtrio flat. Itẽ l. viii. tãto pernitioſior ſeptemtrio eſt.

Vitis paletur. Palis adminiculet & pedamẽtis fulciatur.

Palmare: Purior lectio eſt palare a palis uerbo formato.

los dies præſtari ſatis ē.Quare hui⁹ quoqꝫ curæ rōnē ſubiiciem⁹. Mēſe ianuario paleas cū erui macerati ſeſtariis ſex : uel paleas cū cicerculę freſæ ſemodio:uel frōdis corbē pabulatoriū modioꝝ uiginti:uel paleas quātū uelint et fœni pōdo uiginti:uel affatī uiridē frondē ex ilice uel lauro:uel qđ oībus præſtat farraginē ordeaceā dabiṭ ſiccā:februario idē:martio idem. Vel ſi opus facturi ſūt: fœni pōdo qnquagīta. Aprili frondē querneā et populeā. Ex cal. ad idus uel paleas uel fœni pōdo quadraginta. Maio pabulū affatim:iunio ex cal.frondē affatim:iulio idē:auguſto idē: uel paleas ex aruo pōdo qnquaginta:ſeptēbri frondē affatim: octobri frōdē et ficulnea folia.Nouembri ad idus frondē uel folia ficulnea:quæ ſint corbis unius. Ex idibus glādis modiū unū paleis immixtū: et lupini macerati modiū unū paleis īmixtū:uel maturā farraginem.Decēbri frondē aridā:uel paleas cū erui ſemodio macerato: uel lupini qđ ex ſemodio macerato exegerit: uel glādis modium unū:aliter modios duos:ut ſupra ſcriptū ē uel farraginē.

Proſa de cultu hortorū:et herbis hortenſibꝫ. Cap.iii.

e T quoniā pcēſuimus opera quę ſuis qbuſqꝫ tēporibꝫ āni uillicū exeq oporteret:memores polliciti noſtri ſubiūgemus cultus hortoꝝ:quoꝝ ęque curā ſuſcipere debebit:ut et quottidiani uictus ſui leuet ſumptū:et aduenīēti domino præbeat:qđ ait poeta:INemptas ruris dapes. Democritus in eo libro quē georgica appellauit:parū prudēter cenſet eos facere:q hortoꝝ extruant munimēta:qꝫ NEqꝫ latere fabricata MAteries perennare poſſit pluuiis ac tēpeſtatibꝫ plerūqꝫ infeſtata:neqꝫ lapideſ ſupra rei dignitatē poſcat īpenſa.Si uero amplū modū ſepire qs uelit:patrimonio eſſe opus.Ipſe igiť oſtendā rōnem qua non magna opera hortū ab incurſu hoīum pecudūqꝫ munimus. Vetuſtiſſimi auctores uiuā ſepem ſtructili prætulerūt:qa nō ſolū minorē īpenſam deſideraret:uerū etiam diuturnior immenſis tēporibꝫ pmaneret. Itaqꝫ uepres efficiendi cōſitis ſpinis rōnem talem reddiderūt. Locus quē ſepire deſtinaueris ab æqnoctio autūnali ſimul atqꝫ terra madueit imbribus:circumuallādus eſt duobus ſulcis tripedaneo ſpatio inter ſe diſtātibus.Modū altitudinis et latitudinis eoꝝ abunde ē eſſe bipedaneū:ſed eos uacuos per hyemate patiemur pręparatis ſeminibꝫ qbꝫ obſerāť. Ea ſint uaſtiſſimarū ſpinaꝝ maīeqꝫ rubi et paliuri et eius:quē græci uocant κυνὸς βάτον:nos SEntē canis appellam⁹.Hoꝝ aūt ruboꝝ ſemīa q̄ maturiſſima eligi oportet:et erui moliti farinæ īmiſcere:quæ cū eſt aqua conſparſa:illinitur uel nauticis ueteribus funibus uel qbuſlibet aliis reſtibus. Sic

Inēptas dapes: Verſus Vir.ex quarto georgicō. quos hoc ī loco citat Columella, ſunt hi,Regū æquabat opes aīs,ſeraqꝫ reuertens nocte domū dapibus mēſas onerabat inemptis.

Neqꝫ latere:Ideſt pariete lateritio & ſtructura ex laterib⁹ coctis facta.

Materies: Lego maceries. eſt enim maceria ſiue maceries ſeptus & paries, quo horti ſepiūtur,Plautus ī Truculento,qđ maceria illa quæ ī horto eſt. In noctes ſingulas latere fit minor.

Sentes canis: Palladi⁹ hoc idem referens ait,aliī ſpinarū plātas & ſemina in munitione diſponāt ſed meli⁹ erit rubi ſemina & ſpinæ, quæ rub⁹ canim⁹ uocať,matura colligere: & cum farina erui ex aqua macerata miſcere, funes

eati deinde funiculi reponunt̃ in tabulato. Mox ubi bruma cõfecta ẽ:
intermiſſis quadraginta diebus circa hirundinis aduentum cum iam
fauonius exoritur:poſt idus februarii ſi qua in ſulcis per hyemem cõ/
ſtitit aqua exhauritur:reſolutaq; humus:quæ erat autũno regeſta:uſq;
ad mediam ſulcorum altitudinem repõitur.Prædicti deinde funes de
tabulato prompti explicantur:et in longitudinem per utrumq; ſulcũ
porrecti obruuntur:ſed ita ut nõ nimium ſupergeſta terra ſemina ſpi/
narum:quæ inhærent toris funiculorũ enaſci poſſint. Ea fere circa tri/
ceſimum diem prorepunt. Atq; ubi cœperunt aliquod incrementum
habere:ſic inſueſci debent:ut in id ſpatiũ quod ſulcis interiacet incli/
nentur .Oportebit autem uirgeam ſepem interponere:quam ſuperſcẽ/
dant ſentes utrinſq; ſulci:et ſi quo interdum quaſi adminiculo priuſq̃
corroborentur acquieſcant. Hunc ueprem MANIfeſtum eſt interimi
non poſſe:niſi radicitus effodere uelis.Cæterum etiam poſt ignis in/
iuriam melius renaſci dubium nulli eſt. Et hęc quidẽ claudendi horti
ratio eſt maxime antiquis probata.Locum autem prius eligi conue/
niet:ſi permittit agri ſitus iuxta uillam præcipue pinguem:quiq; ad/
ueniente riuo:uel ſi non ſit fluens aqua fonte puteali poſſit rigari . Sed
ut certam perennitatis puteus habeat fidem:tum demum effodiendus
eſt:cum ſol ultimas partes uirginis optinebit: id eſt menſe ſeptembri
ante æquinoctium autumnale. Siquidem maxime explorantur uires
fontium:cũ ex longa ſiccitate æſtatis terra caret humore pluuiali.Pro/
uidendum eſt autẽ ne hortus areę ſubiaceat:neue per triturã uenti poſ/
ſint paleas aut puluerẽ in eum perferre:namq; utraq; ſunt oleribus ini/
mica.Mox ordinandi paſtinãdiq; ſoli duo ſunt tempora:quoniã duæ
quoq; olerum ſationes.Nam et autumno et uere plurima ſerunt̃: me/
lius tamen uere riguis locis:quoniam et naſcentis anni clæmentia ex/
cipit ꝓdeuntia ſemina:et ſitis æſtatis reſtinguitur fontibus. At ubi lo/
ci natura neq; manu illatam:neq; ſuæ ſpontis aquam miniſtrari pati/
tur:nullum quidem aliud auxilium eſt:q̃ hyemales pluuiæ . Poteſt tñ
etiam in ſicciſſimis locis opus cuſtodiri:ſi depreſſius paſtinet̃ ſolum:
eiuſq; abunde eſt gradum effodere tribus pedibus:ut in quattuor cõ/
ſurgat regeſtum.At ubi copia eſt rigandi:ſatis erit bipalio non alto : id
eſt minus q̃ duos pedes ferramento nouale conuerti . Sed curabimus:
ut ager quem uere conſeri oportet:autumno circa kal.nouembris pa/
ſtinetur.Quem deinde uelimus autumno inſtituere:menſe maio cõ/
uertamus:ut aut hyemis frigoribꝫ:aut ęſtiuis ſolibꝫ et gleba ſoluat̃:et
radices herbarum necent̃. Nec multo ante ſtercorare debebimus:ſed
cũ ſationis appropinquauit tẽpus:ante quintũ diem EXherbandus erit
locus ſtercorandusq; : et ita diligenter foſſione iterãdus:ut fimo terra

dehine ſparte/ ſi ucte/ res hoc genere mixtio/ nis fici/ ducef ut itra fu/ nes ſe/ mina re cepta ſeruẽt/ uſq; ad uerni tẽ poris initia.

Mani/ feſtum eſt inte/ ri:Cor/ rige in/ terimi hoc eſt emori & defi/ cere.

Ex/ herbã/ dꝰ:her/ bis re/ purgã/ dus li/ beran/ duſq;.

cõmiſceatur. Optimum uero ſtercus eſt ad hunc uſum aſini: quia minimum herbaꝝ creat: ꝓximum uel armenti: uel ouiũ ſi ſit anno maceratũ. Nã quod hoíes faciũt: q̃uis habeať excellentiſſimum: non tñ neceſſe eſt adhibere: niſi aut nudę glareæ aut ſine ullo robore ſolutiſſimę arenę: cum maior ſcilicet uis alimenti deſideratur. Igitur ſolum quod uere cõſerere deſtinauerimus: poſt autũnum patiemur effoſſum iacere brumę frigoribus: et pruinis inurendũ. Quippe ecõtrario ſicut calor ęſtatis ita VIS frigoris excoquit terram: fermentatãq; ſoluit. Quare peracta bruma tũ demũ ſtercus iniicieť: et circa id. ianuarias humus refoſſa in areis diuidiť: quæ tñ ſic informãdæ ſunt ut facile runcãtiũ manus ad dimidiam partem latitudinis earum perueniãt: ne qui perſequuntur herbas: ſemina ꝓculcare coganť: ſed potius p ſemitas ingrediãť: et alterna uice dimidias areas eruncent. Hæc ante ſationẽ quæ faciẽda ſũt dixiſſe abũde eſt. In uno qd quoq; tẽpore uel colendũ uel ſerendũ ſit præcipiemus: Et primũ de his generibns loquendũ eſt: quæ poſſunt duobus ſeri tempotibꝰ: id eſt autũno et uere. Sũt aũt ſemĩa braſſicæ et lactucæ: cineræ: erucę: naſturcii: coriandri: chærefolii: aneti: paſtinacæ: CIceris: papaueris. Hæc enim circa kal. ſeptemb. uel melius ante kalẽ. martii februario ſerunť: Locis uero ſiccis et tepidis qualia calabryæ et apuliæ maritima poſſũt circa id. ianuarias terræ cõmitti. Rurſus quę tñ autũno conſeri debẽt (ſi m̃ uel maritimũ uel apricum agꝛ incolimus) hæc fere ſunt: alliũ: cœpe: capitula: ulpicũ: ſinapis. Etiam nũc quo quidq; tẽpore terrę mãdari plerũq; cõueniat: p menſes digeramus. Ergo poſt kal. ianuarias cõfeſtim recte poneť lepidiũ. Menſe aũt februario uel planta uel ſemine ruta atq; aſparagus: et interdũ cœpe ſemen et porri. Nec minus ſi uernum et ęſtiuum fructum uoles habere: ſyriacę radicis et rapę napiq; ſemina obrues. Nam allii et ulpici eſt huius temporis poſitio. At circa kalendas martii locis apricis licet porrum (ſi iam ingranduit) trãſferre. Item panacem ultima parte martii menſis. Deinde circa kalendas aprilis æque porrũ atq; inulam et ſerotinam plantam rutæ. Item ut maturius naſcať cucumis cucurbita capparis ſerẽda eſt. Nã ſemen betæ: quom punicum malum florebit: tum demum optime ſeriť. PORri autem caput circa idus maias tolerabiliter adhuc tranſfertur. Poſt hos nihil ingruente æſtate obrui debet: niſi ſemen apii: ſe tamen rigaturus es: ſic enĩ p æſtatẽ ꝓuenit. Cęterũ auguſto

Vis frigidis excoquit idem eſt effectꝰ frigoris & caloris iuxta illũd maronianũ, penetrabile frigus adurit. Cõſimiliter Lucanus urebant montana niues, in hanc ſententiã palladiꝰ, Ita utraq; paſtinatio decoquet bñficio algoris & ſolis.

Ciceris: Cuꝫ cicer inter legumina numeretur, nõ inter olera, exiſtimo legendum ſiſeris, ẽ aũt ſiſer herba hortenſis cui generoſitas præcipua eſt in germania, ineſt lõgitudine neruus, q ĩ decoctis extrahitur, amaritudinis tamen magna parte relicta, quę multo in cibis tẽperata etiaꝫ in gratiã uertitur, ſiſer nobilitatum eſt a Tiberio principe, id genus oleris mire expetẽte, de hoc intellexit, Virgilius in moreto ſcribẽs, hic ſiſer & capiti debentes nomia porri, in codicibꝰ ĩpreſſis uulgo legitur cicer, ſicut hic quoq; cum utrobiq; ſiſer legẽdum ſit.

Porri caput: Id genus porri intelligit quod uocãt capitatuꝫ ad differẽtiam eius, cui ſectiuo nomen eſt. Cuiꝰ auctoritateꝫ dedit Nero uocis gratia, Veſcenſeo ex oleo omnibus diebus p menſes æſtatis an-

CIRca uulcanalia tertia ſatio eſt. Eaque optima radicis et rapæ:itẽ napi et ſiſeris:nec minus oleris atri. Atq; hæc ſunt ſatióũm tempora. Nunc de his quę aliquam curam deſiderãt: de ſingulis loquar:quæq; præterita intelligi oportebit nullã operam poſtulare niſi runcatoris. De qua ſemel hoc dicendũ eſt:Omni tempore conſulendum eſſe:ut herbæ exterminentur. Vlpicum quod quidam allium punicũ uocant:gręci aũt ἀφροσκόροδον appellant:longe maioris eſt incrementi q̃ allium. Idq; circa kal.octob.anteq̃ deponatur: ex uno capite in plura diuiditur. Habet enim uelut allium plures cohærentis ſpicas:eæq; cum ſint diuiſæ LIratim ſeri debẽt:ut IN puluinis poſitæ minus infeſtẽtur hyemis aquis. Eſt autem lira ſimilis eĩ porcæ:quã in ſarionibus cãpeſtribus ruſtici faciunt: ut uliginem uitent. Sed hæc in hortis minor eſt facienda:et p̃ ſummã partẽ eius:id eſt ĩ dorſo inter palmaria ſpatia ſpici ulpici uel allii (nam id quoq; ſimiliter conſeritur) diſponendi ſunt. Sulci liratũ inter ſe diſtent ſemipedali ſpatio. Deinde cũ ternas fibras emiſerunt:ſpicæ ſariantuř. Nam quo ſæpius id factum eſt:maius ſemina capiunt incrementum. Déide ãteq̃ caulem faciant: omnem uiridem ſuperficiem intorquere: et in terram proſternere conueniet:quo uaſtiora capita fiãt. Regionibus autem pruinoſis neutrum horum per autumnum ſeri debet:nam brumali tempore corrumpuntur. Quod fere menſe ianuario miteſcit. Et iccirco frigidis locis tempus optimum eſt allium uel ulpicum ponendi circa idus prædicti menſis. Sed quando conſeremus:uel iam matura in tabulatũ reponemus: ſeruabimus in his locis:q̃bus aut obruenť:aut eruenť ut luna infra terrã ſit. Nã ſic ſata et ſic rurſus recondita exiſtimantur neq; acerrimi ſaporis exiſtere: neq; mandentium halitus INodorare. Multi tamen hęc ante kalendas ianuarias diebus ſerunt mediis mẽſe decembri:ſi cœli tepor et ſitus terræ permittit. Braſſica cum .vi. foliorum erit transferri debet:ita ut radix eius liquido fimo prius illita et inuoluta tribus ALgæ tæniolis pangatur. Hæc enim res efficit: ut in coctura celerius madeſcat: et uiridem colorem SINE nitro conſeruet. Eſt autem frigidis et pluuiis regionibus

tiqui uolẽtes facere capitatum porru; ſilice uel tegula ſubiecta capita dilatabant.

Circa uulcanalia: Dies feriatus uulcano dicat⁹ dicif uulcanalia. M. Varro, uulcanalia a uulcano, q; ei tũ feriæ, & q; eo die populus p̃ ſe i ignẽ aĩalia mittit. Pluu⁹ a uulcanalibus lucubrare incipiebat ſtudendi cauſa.

Liratim: Per liras, quid autẽ ſint liræ in agris docet Columella et nos alibi ãnotauim⁹.

In puluinis: Puluinos appellat partes illas in areolis hortorum molliores eminentioreſq; & quedã quaſi dorſa quibus perinde ac puluinis molẽ ſemina deponũť.

Inodorare: Plinius pertinẽtia ad hanc ſentẽtiã hæc ſcribit, Cæterũ ut odore careant oia hæc iubentur ſeri cum luna ſub terra ſit, colligi cũ in coitu ſine his Menãder e græcis auctor eſt allium edentib⁹ ſi radicem betæ in pruna toſtum ſuperederit odorem extingui.

Algæ teniolis: q̃ſi faſceolis ex alga factis inuoluant, trãſlatio eſt.

Sine nitro: Qui uult braſſicam uiridem efficere in coctura adibeat nitrum cuius natura non multum diſtat a ſale hinc exiit illud epigrammatiſtæ: ne tibi pallentes moueant faſtidia caules, nitrata uiridis braſſica fiat aqua. Pli. In coquenda braſſica nitrum uiriditatem cuſtodit. Apii⁹ quoq; inquit ut omne olus ſmaragdinum fiat cum nitro coquatur. olus autem ſmaragdinũ pro

uirenti poſitu/ eſt a ui/ toꝛ ſma tagdi: qua gē/ ma ni/ hilē ui/ ridius.
Iu cy/ mam: Cyma eſt qui/ dā cau/ liuꝫ de/ licatior teneri/ orque caulicu lus.
Cine/ rę: No/ men eſt oleris/ cui idi/ tum ui/ deſ no/ men a cinere/ quonā huic herbæ id gen⁹ ſterco/ ratiōis ē aptiſ/ ſimuꝫ.

poſitio eius optima poſt idus aprilis:cuius depreſſæ plantæ cū tenue/
tint quantum olitoris ratio patitur:ſæpius ſartita et ſtercorata melius
conualeſcit.plenioriſq; in crementi et coliculum facit et cymam.Nō/
nulli hanc eandem locis apricioribus a kalendis martii deponunt.Sed
maior pars eius IN cymam proſilit:nec poſtea hybernum caulem am/
plum facit:cum eſt ſemel deſecta.Poſſis autē uel maximos caules bis
transferre:idq; ſi facias:plus ſeminis et maioris incrementi prębere di/
cuntur.Lactuca totidem foliorum quot braſſica transferri debet. Lo/
cis quidem apricis et maritimis optime autumno ponitur : mediter/
raneis et frigidis contra hyeme non æque commode diſpergitur . Sed
huius quoque radix fimo liniri debet:maioremque copiam deſiderat
aquæ firq; tenerioris folii.Suntq; complura lactucæ genera : quæ ſuo
quoq; tempore ſeri oportet.Earum quæ fuſci et ueluti purpurei:aut & 
uiridis coloris:et criſpi folii uti ceciliana menſe ianuario recte diſſeri/
tur.At cappadocia:quæ pallido et pexo denſoq; folio uiret: menſe fe/
bruario.Quæ deinde candida et criſpiſſimi folii:ut in prouincia bęti/
ca eſt finibus gaditani municipii:menſe martio recte pangitur. Eſt et
cyprii generis ex albo rubicunda leui et tenerrimo folio : quæ in idi/
bus aprilis cōmode diſponitur.Fere tamen aprico cœli ſtatu:quib9 lo/
cis aquarum copia eſt:pene toto āno lactuca ſeri poteſt. Quę quo tar/
dius caulem faciat:cum aliquod incrementum habuerit.exiguam te/
ſtam media parte accipiat:eo quaſi onere coercita ī latitudinem ſe dif/
fundit. Eadem eſt ratio ēt intubi:niſi ꝙ hyemē magis ſuſtinet. Ideoq;
uel frigidis regionibus proximo autumno ſeri poteſt.CINEtæ ſobo/
lem melius per autumnum æquinoctium diſponimus : ſemen com/
modius circa kalendas martii ſeremus:eiuſque plantam circa kalēdas
nouembris reprimemus:et multo cinere ſtercorabimus. Id enim ge/
nus ſtercoris huic oleri uidetur aptiſſimum. Sinape atq; coriandrum:
nec minus erucam et ozimum ita uti ſata ſunt:ſua ſede immota per/
manent. Neque eſt eorum cultus alius ꝗ ut ſtercorata runcentur . Poſ/
ſunt autem non ſolum autumno:ſed et uere conſeri . Plantæ quoque
ſinapis prima hyemæ tranſlatæ plus cymę uere afferunt.Panax utroq;
tempore leui et ſubacta terra rariſſime diſſeritur : quo maius incre/
mentum capiat . melius tamen eius uerna ſatio eſt . Porrum ſi ſec/
tiuum facere uelis : denſius ſatum præceperunt priores relinqui : et
ita cum increuerit ſecari . Sed nos docuit uſus longe melius fieri ſi
differas et eodem more quo capitatum modicis ſpatiis : id eſt inter
quaternos digitos depangas : et cum conualuerit deſeces . In eo au/
tem quod magni capitis efficere uoles ſeruandum ſit:ut antequam

aũt q̃d magni capitis efficere uoles ſeruandũ ſit:ut antequam
tranſlatum deponas:omnis tadiculas amputes:et fibrarũ ſũ-
mas partes intondeas. Tum teſtulæ uel conchæ quaſi ſedes ĩ
ſingulis ſubiectæ ſeminibus adobruuntur:ut fiant capita la-
tioris incrementi. Cultus autem porri capitati aſſidua ſatririo
et ſtercoratio eſt. Nec aliud tamen ſectiui niſi ꝙ totiens rigari
et ſtercorari ſartiriq; debet: quotiens demetitur. Semen eius
locis calidis menſe ianuario:frigidis februario ſeritur. Cuius
incremẽtũ:quo maius fiat:taris linteolis cõplura grana illi-
ganť:atq; ita obruũť. Enatũ autem deferri debet in his locis:
quibus aqua ſubminiſtrari non poteſt circa æqnoctium auc-
tumni. At quibus poſſis humorem præbere:menſe maio rec-
te tranſfeť. Apium quoq; poſſis plantis ſerere:nec minus ſe-
mine:præcipue aqua lætatur:et ideo ſecundum fontem com-
modiſſime poniť. Quod ſi quis id uelit lati folii facere: quã-
tum ſeminis poſſint tres digiti comprehendere:rato linteolo
illiget:et ita in areolas diſpoſitum religet. Vel ſi criſpæ fron-
dis id fieri malueris:ſemen eius inditum pilæ et ſaligneo pa-
lo pinſitum expoliatumque ſimiliter in linteolis ligatũ ob-
ruat. Poteſt etiam CIRca hanc operam fieri criſpũ qualiter-
cumq; ſatum:ſi cum eſt natum:incrementum eius ſuperuo-
luto cylindro coerceas. Satio eius eſt optima poſt idus maias
uſq; in ſolſtitium:nam teporem deſiderat. Fere etiam his die-
bus ozima ſeruntur:quorum cum ſemen obrutum eſt: dili-
genter inculcatur PAuicula uel CYlindro. Nã ſi terram ſuſ-
penſam relinquas. plerumq; corrumpitur. Paſtinaca et ſiſer
atq; inula conualeſcunt alte paſtinato et loco ſtercorato: ſed
q̃rariſſime ponenda ſunt:ut maiora capiant incremẽta. INu-
lam uero interuallo trium pedum ſeri cõuenit:quoniam ua-
ſtos facit frutices:et radicibꝯ ut oculus harũdinis ſerpit. Nec
eſt alius cultus horum omnium:niſi ut ſartitionibus herbæ
tollantur. Commodiſſime autem deponenť prima parte ſep-
tembris:uel ultima parte auguſti. Atrum olus: quod quidã
græcorum uocant hipposelinon:nonnulli σμύρνιον: paſti-
nato loco ſemine debet conſeri maxime IVXta maceriam:
quoniam et umbra gaudet:et qualicũq; cõualeſcit loco. Idq;
cum ſemel ſeueris:ſi non totum radicitus tollas:ſed alternos
frutices ĩ ſemen ſũmittas ſuo manet:paruãq; ſartitiõis exigit
culturã. Seriť a uulcanalibꝯ uſq; in kal. ſeptẽb. ſed etiã menſe
ianuario. Menta dulcẽ deſiderat uliginẽ:quã ob cauſã iuxta

Circa hanc ope-
raꝫ: Lego citra hoc
ẽ ſine hac opera &
diligentia.

Pauicula: Inſtru-
mentum eſt a paui-
endo dictuꝫ, eſt.n.
pauire ferire per-
cutere ſolidare. unde
pauimẽta nomen
acceperunt. Cato
portiꝰ comminui-
to terram pauicula
aut cylindro coæ-
quato.

Cylindro: Lapis
teres inſtar colum-
næ & uolubilis. di-
citur græco uoca-
bulo cylĩdros. Vir-
gilius precipit areã
cylindro æquari o-
portere. Cylindra-
ceæ figuræ ſunt ſi-
liquæ piſi. De Cy-
lindris geometri-
cis dictuꝫ eſt in cõ-
mentariis Tuſcu-
lanarum.

Inula. Iulia augu-
ſta illuſtrauit Inu-
lam dum ea ueſciť
quottidiano cibo.
herba eſt hortẽſis
amara & per ſe ſto-
macho inimiciſſi-
ma. eadem dulcibꝰ
mixtis ſaluberrĩa.
Defectus precipue
ſtomachi excitat.

Iuxta maceriaꝫ.
Sepimẽtum & pa-
rietem quo hortus
munitur.

Differenda: per
internalla ſerẽda.

Corrudã: Corruda ẽ ſilueſtris aſparag⁹. Cato precipit corrudã ſeri debere eo in loco ĩ q° fuerint harundines. Vt ita aſparagi fiant/nas conuenit harundinetũ cũ corruda. plinius ſilueſtres inquit fecerat natura corrudas/ut qſq; demeteret paſſiꝫ. Ecce altiles ſpectãtur aſparagi. Item hortorũ indicauimus corrudam. Hũc intelligimus ſilueſtrem aſparagum/quem græci ormino aut myacãthon uocãt alus ue nominibus.

fontem mẽſe martio recte ponitur. Cuius ſi forte ſemina defecerũt: licet de noualibus ſilueſtre mentaſtrum colligere: atque ita inuerſis cacuminibus diſponere: quæ res feritatem detrahit et edomitã reddit. Rutam autumno ſemine ſatam menſe martio deferre oportet ĩ apricum: et cinerem aggerare: runcariq; donec conualeſcat: ne herbiſ enecet͛. Sed uelata manu debebit rũcari: quã niſi cõtexeris ꝑnitioſa naſcũt͛ ulcera. Si tñ ꝑ ignorãtiã nuda mãu rũcaueris: et prurigo atq; tumor ĩceſſerit: oleo ſubĩde pũgito. E iuſdẽ frutex pluribꝫ ãnis manet innoxius: niſi ſi mulier quæ ĩ meſtruis ẽ cõtigerit eũ: et ob hoc iaruerit. Thymũ et trãſmarina cunela et ſerpillũ: ſicut priore libro iã tettuli: magis aluearia curantibus q̃ olitoribus ſtudioſe conſerunt͛. Sed nos ea condimentorum cauſa (nam ſunt quibuſdam eſculentiſ aptiſſima) nõ alienum putamus in hortis habere. Locum neq; pinguem neq; ſtercoratum ſed apricum deſiderant: ut quæ macerrimo ſolo per ſe maritimis plerũq; regionibus naſcunt͛. Hæ res et ſemine et plantis circa ęquinoctiũ uernũ ſerunt͛: melius tñ eſt thymi nouellaſ plantas diſponere: quæ cum ſubacto ſolo depreſſæ fuerint: ne tarde cõprehendant: aridi thymi fruticem cõtundi oportet. Atq; ita pinſito pridie q̃ uolueris uti aqua medicare: quæ cũ ſuccũ eius ꝑcepis: depoſitis fruticibꝫ ĩfundit͛: donec eos recte cõfirmet. Cæteꝵ cunela uiuacior ẽ q̃ ut ĩpenſe curãda ſit. Lepidiũ cũ ante cal. martii habueris diſpoſitũ: uelut porrũ ſectiuũ demetere poteris rarius tamen. Nã poſt cal. nouemb. ſecandũ nõ erit: quoniã frigoribus uiolatũ emorit͛: biennio tamen ſufficiet ſi diligẽter ſarritũ et ſtercoratum fuerit. Multis etiã locis uiuacitatẽ ſuã uſq; in ãnos decẽ ꝓrogat. Beta florenti punico malo ſemĩe obruit͛: et ſimulatq; qnq; folioꝵ ẽ: ut braſſica differt͛ æſtate ſi riguus ẽ hortus: ac ſi ſiccaneus autũno cũ iam pluuię ĩceſſerint: diſponi debebũt. Cherephylũ itẽq; olus atriplicis: quod græci uocãt αγϱαφαξυν circa cal. octob. obrui oportet non frigidiſſimo loco. Nã ſi regio ſæuas hyemes habet: poſt id. februarias ſemina differẽda ſũt: ſuaq; ſede partiẽda. Papauer et anethũ eãdẽ habẽt cõditionẽ ſatiõis: quã chærephylũ et andraphaſin. Satiui aſparagi et quã CORudam ruſtici uocant ſemina fere biennio pręparãtur. Ea cũ pingui et ſtercoroſo ſolo poſt idus februarias ſic obrueris: ut q̃rum tres digiti ſeminis comprehendere queunt: ſingulis foſſulis deponas: Fere poſt quadrageſimum diem inter ſe implicantur: et quaſi unitatẽ faciunt: quas radiculas ſic illigatas atq; cõnexas olitores ſpõgias appellãt. Eaſq; poſt quattuor et uiginti mẽſes in locum apricũ et bene ualidũ ſtercoroſumq; transferri cõuenit. Sulci aũt inter ſe pedali mẽſura diſtãtes fiunt nõ amplius dodran-

talis altitudinis:ſ quã ita ſpógiolæ deprimũť:ut facile ſuppoſita terra germinent. Sed in locis ſiccis partibus ſulcorum imis diſponenda ſunt ſemina:ut tanq̃ in alueolis maneãt. At uliginoſis econtrario in ſummo porcæ dorſo collocanda:ne humore nimio lædanť. Primo deinde ãno cum ita conſita ſunt: aſparagum quem emiſerunt infringi oportet. Nã ſi ab imo uellere uolueris:uix adhuc teneris ualidis radiculis tota ſpõgiola ſequetur. Reliquis annis nõ erit decerpendus:ſed radicitus uellendus. Nam niſi ita fiet:ſtirpes præfractæ angunt oculos ſpongiarũ: et quaſi excęcant:nec patiuntur aſparagũ emittere. Cęterum ſtilus qui nouiſſime autũnali tẽpore naſciť:non oís eſt tollendus:ſed aliqua pars eius in ſemen ſummittenda eſt. Deinde cum ſpinam fecerit:eiectis ſeminibus ipſis:ſcorpiones ita uti ſunt:in ſuo loco peturendi ſunt:et deinde ſulci oẽs conſatiendi:herbæq; eximendæ:mox uel ſtercus uel cinis inüciendus:ut tota hyeme ſuccus eius pluuiis manans ad radicem perueniat. Vere deinde priuſq̃ cœperit germinare:capteolis:quod genus bicornis ferramenti eſt:terra cõmoueatur:ut et facilius ſtilus emicet:et relaxa humo plenioris craſſitudinis fiat radix. Raphaĩ radix bis anno recte ſeriť:februario menſe cũ uernum fructũ expectamus:et auguſto menſe circa uulcanalia cum maturius. Sed hæc ſatio ſine dubio melior habeť. Cura ẽ eius:ut terra ſtercorata et ſubacta obruatur: poſt ubi cœperit aliquod ĩcremẽtũ:ſubĩde aggereť. Nã ſi ſup terrã emerſerit:dura et fungoſa fiet. Cucumis et cucurbita cũ copia ẽ aquę:minorẽ curam deſiderant:nam plurimũ iuuanť humore. Sin autem ſicco loco fieri debuerint:quo rigationẽ miniſtrari non expediat mẽſe februario ſeſquipedali altitudine foſſæ faciendæ ſunt. Poſt idus deinde martias quaſi tertia pars altitudinis ſulci ſtramentis inditis tegẽda: mox ſtercorata terra uſq; ĩ dimidiũ ſulcũ aggerãda:poſitiſq; ſeminib⁊ tã diu ẽ aqua præbẽda:donec enaſcanť. Atq; ubi cõualeſcere cœperunt:adiecta humo ĩcremẽta eorũ proſequẽda ſũt:donec ſulcus coæqueť. Sic exculta ſemĩa ſine rigatione tota æſtate ſatis ualebũt:fructũq; iucũdioris ſaporis:q̃ rigua prębebunt. Aquoſis aũt locis primo quoq; tẽpore nõ tñ ante kal. mar. ſemen ponendum eſt:ut deferri poſſit ęquinoctio cõfecto. Idq; de media parte cucurbitæ ſemen inuerſo cacumine ponito: ut fiat ĩcremẽti uaſtioris. Nã ſunt ad uſũ uaſorũ ſatis idoneæ:ſicut alexãdrinæ cucurbitæ cũ exaruerint. At ſi eſculentæ merci præparabis: recto cacumĩe DE collo cucurbitæ ſumptũ ſerẽdũ erit:q; ꝓlixior et tenuior fructus eius naſcatur:qui ſcilicet maius cęteris inuenit preciũ. Sed cuſtodiendum eſt:ut q̃minime ad eum locũ:in quo uel cucumis aut cucurbitæ conſitæ ſunt:mulier admittatur. Nam fere contactu eius langueſcunt incrementa uirentium. Si uero etiam in menſtruis fuerit:

De collo cucurbitæ. Semina in cucurbitis quæ proxia collo fuerit procera pariunt quæ in cibis ſũt eſculẽtiores: quæ in medio ſunt rotundas: quę i lateribus Craſſas breuiores: reliq; pgenerãt cucurbitarũ. lo cu; uocãt cõſitũ cucurbitis ſicut Cucumerarium ubi ſatii ſũt Cucumeres.

uiſu quoq; ſuo nouellos fœtus necabit.Cucumis tener et iu/
cundiſſimus fit:ſi anteq̃ ſeras:ſemen eius lacte maceres.Nõ/
nulli etiã quo dulcior exiſtat: aqua mulſa idẽ faciunt. Sed q
præmaturum fructum cucumeris habere uolet:confecta bru/
ma ſtercoratã terrã iditã cophynis obſerat:modicumq; præ/
beat humorem. Deinde cũ enata ſemina fuerint tepidis die/
bus et INſolatis iuxta ædificium ſub diuo ponat:ita ut ab o
afflatu protegantur.Cæterum frigoribus ac tẽpeſtatibus ſub
tectum referat.Idq; tam diu faciat:dum æquinoctium uernũ
conficiatur.Poſtea totos cophynos dimittat in terrã. Sic enĩ
præcoquem fructum habebit.Poſſunt etiam ſi ſit operæ pre/
cium uaſis maioribus rotulæ ſubiici:quo minore labore pro/
ducant:et rurſus intra tecta recipiãt.Sed nihilominus SPE/
cularibus integi debebũt:ut etiã frigoribus ſerenis diebꝫ tu/
to producantur ad ſolem.Hac ratione fere toto ãno Tiberio
Cæſari cucumis præbebatur.Nos autem leuiore opera iſtud
fieri apud ægyptiæ gentis POpulum mendeſium legimus:
qui pręcipit aprico et ſtercoroſo loco alternis ordinibus feru/
las alternis rubos in hortis conſitas habere.Deinde eas con/
fecto æquinoctio paululum infra terram ſecare:et ligneo ſtil/
lo laxatis uel rubi uel ferulæ medullis ſtercus immittere: atq;
ita ſemina cucumeris inſerere:quæ ſcilicet incremẽto ſuo co/
eant rubis et ferulis.Nam non ſua:ſed quaſi macerata radice
aluntur: ſic inſitam ſtirpem frigoribus quoq; cucumeris prę/
bere fructum.Satio ſecũda eius ſemini fere qnquatribus ob/
ſeruat.Capparis plurimis ꝓuĩciis ſua ſpõte noualibꝫ naſcit.
Sed qbus locis eius inopia ẽ:ſi ſerenda fuerit:ſiccum locũ de/
ſiderabit.Iſq; debebit ante circulari foſſula:quæ repleatur la/
pidibus et calce uel punico luto:ut ſit quaſi quædam lorica:
ne poſſint eam prærumpere prædicti ſeminis frutices:qui fere
per totum agrum uagantur:niſi munimẽto aliquo prohibi/
ti ſunt.Quod tamen non tantum incommodum eſt( ſubin/
de enim poſſunt extirpari)quãtum q; noxium ſitus habent:
ſuccoq; ſuo ſterile ſolum reddunt.Cultu aut nullo aut noui/
ſimo contenta eſt.Quippe quæ res etiã in deſertis agris citra
ruſtici operam conualeſcit.Seritur utroq; ęquinoctio.Cœpi/
na magis frequenter ſubactam poſtulat terram:q̃ altius con/
uerſam.Itaq; ex kal.nouemb.proſcindi ſolum debet:ut hye/
mis frigoribus et gelicidiis putreſcat:intermiſſiſq; quadragĩ/
ta diebus:tum demum iterari:et interpoſitis uno ac uiginti

Inſolatis: Inſo/
lati dicuntur dies
multo ſole & puro
intepeſcentes.

Specularibus integi: Vt inquit
epigrammatarius
poeta/ ſpecularia
puros admittunt
ſoles & ſine fece di/
es/ ſunt autem la/
pides Speculares
candidi atq; tranſ/
lucentes. Olim in
Bononienſi agro
effoſſi & qbꝰ fiunt
munimenta quaſi
quędam fructuum
precioſiſſimorum.
Vt incluſi ſpecula/
ribus admittãt ſo/
lem/ nec infeſtentur
uento uel hymbre/
Tiberiꝰ Cæſar cũ
mira uoluptate cu/
cumeres expeteret
commentus eſt ut
nullo non die ſibi
cõtingerẽt/ namq;
penſiles eorũ hor/
tos promouebant
in ſolem rotis/ rur/
ſuſq; hybernis die/
bus intra ſpecula/
riũ munimenta re/
uocabãt.

Populum men/
deſium: Lego dolũ/
eſt enim dolus mẽ/
deſius nomen ſcri/
ptoris/ Cuius alibi
quoq; mentio fit a
Columella.

Cœpina: Ideſt
Cœpa ſatioq; cœ/
parum/ eo inclina/
mẽto cœpina dic/
ta/ quo rapina pro
ſatione raparum.

diebus tertiari:et protinus ſtercorari. Mox bidentibus æqualiter
per foſſum in areas diſponi:et delectis radicibus omnibus. Dein/
de ad kal. feb. ſereno die conueniat ſemina ſpargi: quibus aliquid
ſatureiæ ſemen intermiſcẽdum erit/ut eam quoq; habeamus. Nã
et uiridis eſui eſt iucunda:nec arida inutilis ad pulmentaria con/
dienda. Sed cœpina uel ſæpius certe nõ minus debet q̃ quater ſar
riri. Cuius ſi ſemen excipere uoles:capita maxima generis aſcalo/
nii:quod eſt optimum:mẽſe feb. diſponito quaternorum uel etiã
quinum digitorum ſpatiis diſtantia:et cum cœperint uirere: nec
minus ter conſarrito. Deinde cum fecerint caulem: humilioribus
QVAſi canteriolis interpoſitis rigorem ſthilorum conſeruato. Nã
niſi arundines trãſuerſas in modum iugatæ uineæ crebras diſpo/
ſueris: THAlli cœparũ uentis proſternentur. totũq; ſemen excu/
tietur. quod ſcilicet non ante legendum eſt:q̃ cũ mature/ſcere cœ/
perit:coloremq; nigrum habere. Sed nec patiendum eſt ut perare/
ſcat: aut totum decidat:uerum integri thalli uellendi: et ſole ſic/
candi. Napus et rapa duas ſationes habent:et eandem culturã quã
raphanus. Melior ẽ tamen ſatio menſis auguſti. Iugerũ agri quat/
tuor ſeſtarios ſeminis eorum poſcit:ſed ita ut radices ſyriacæ ſup
hanc menſuram paulo plus q̃ heminã ſeminis recipiãt. Qui ęſta
te iſta ſeret:caueat ne ꝓpter ſiccitates culex adhuc tenera folia ꝑ
repentia cõſumat. Id quoq; ut uitetur:puluis enĩ qui ſupra came/
ram inuenit̃:uel etiam fuligo:quæ ſupra focos tectis inhęret: col/
ligi debet. Deinde pridie q̃ ſatio fiat commiſceri cum ſeminibus
et aqua conſpargi:ut tota nocte ſuccum trahant. Nam ſic mace/
rata poſtero die recte ſeruntur. Veteres quidẽ auctores ut Demo/
critus præcipiunt ſemina omnia ſucco herbæ:quæ ſedum appel/
latur medicare:eodẽq; remedio aduerſus beſtiolas uti:quod uerũ
eſſe nos experientia docuit. Sed frequentius tamen quoniam eiuſ
herbæ minus larga eſt facultas:fuligine et prædicto puluere uti/
mur:ſatiſq; commode tuemur his incolumitatem plantarũ. Ra/
pæ ſemina Higinus putat poſt trituram iacentibus adhuc in area
paleis inſpergi deberi:quoniam fiunt lætiora capita: cum ſubia/
cens ſoli duritia non patitur in altum deſcendere. Nam iſtud ſępe
fruſtra tentauimus:itaq; raphanum et napũ melius exiſtimamus
ſubacta terra obrui. Seruantq; adhuc antiquorum cõſuetudinem
religioſiores agricolæ:qui cum ea ſerunt:præcãtur ut et ſibi et ui/
cinis naſcantur. Locis frigidis:ubi timor eſt ne autumnali ſpatio
hyemis gelicidiis perurãtur:arundinibus humiles canterii fiunt:
uirgæ et uirgis ſtramenta ſupra iaciuntur:et ſic a pruinis ſemina

Quaſi cã/terioIis: ſicut i edificio ſũt cãteri & ꝑ di/minutionem canterioli/q̃s bus cõtigna/tiões & tabu/lata fulciunt/ita ꝑ trãſlatio/nẽ ait cãterio/los hoc ẽ ad/minicula ad/hiberi opor/tere capitib⁹ cœparum in/fra quoq; ait arũdinib⁹ hu/miles cãterii fiunt eſt & in uinea cante/ri⁹ de q⁹ dic/tũ ẽ ſuo loco.

Thalli cœ/parũ: θαλ/λω uerbum græcũ eſt q̃d ſignificat ui/reſco & ger/mino/Inde thalli dicti ſti/pites i cœpis & folliculi/quos uulgus uocat germi/na quibus ſe/men cõtinet/θαλλον græ/ci omne ger/minans apel/lauere/Attici maxime id in oliuiſ hac uo/ce noĩãt. Suĩ/das ait θαλ/λον dici κλαδον. i. ramũ oliuæ.

defendunẗ. Vbi uero apricis regionibꝰ poſt pluuias noxia ĩ/
ceſſerũt aĩalia:quæ nobis appellanẗ erucæ:græce aũt campæ
noĩanẗ:uel manu colligi debent:uel maturinis tẽporibꝰ fru/
tices olerũ cõcuri. Sic enĩ dũ adhuc torpent nocturno frigore:
ſi deciderũt:nõ amplius in ſuperiorẽ partẽ ꝓrepunt. Id rñ ſu/
peruacuũ eſt facere:ſi ãte ſationẽ ſemina uti iã prædixi:ſucco
herbæ ſedi macerata ſũt. Nihil.n.ſic maceratis nocẽt erucæ.
Sed Democritus in eo libro:qui græce inſcribiẗ περι αυτι/
παθων:affirmat has ipſas beſtiolas enecari:ſi mulier quę in
menſtruis eſt:ſolutis crinibus et nudo pede unãquãq; aream
ter circumeat:poſt hoc enim decidere oẽs uermiculos : et ita
emori. Hacten9 pręcipiẽdũ exiſtimaui de cultu hortoꝝ et of/
ficiis uillici:quẽ quãuis inſtructũ atq; eruditũ oĩ tẽpore alias
opere ruſtico eſſe oportere prima parte hui9 exordii cenſuerĩ:
quoniã rñ plerũq; euenit:ut eoꝝ quæ didicerimus memoria
nos deficiat:eaq; ſępi9 ex cõmẽtariis renouãda ſũt:oĩum li/
broꝝ meoꝝ argumẽta ſubieci:ut quom res exegiſſet:facile re
periri poſſit qd ĩ quoq; quærẽdũ:et qualiter qdq; faciẽdũ ſit.

περι αυτιπα/θων. opinor legẽ/dũ eſſe αντιπα/θων hoc ẽ de re/pugnãtibꝰ, diſcor/dãtibuſq; diſſidio quodã naturali ac/potẽtia. Pli. ex hac/ut coniectare licet/doctrina democri/tica ꝓdidit cuncta conſtare ex Sym/pathia atq; antipa/thia hº ẽ cõcordia reꝝ atq; diſcordia/nã ignes aquæ re/ſtigũt/aquã ſol de/uorat/lũa parit. fer/rũ ad ſe trahit ma/gnes, adamas diſſi/det cũ magnete in tantũ ut iuxta po/ſitus ferrum nõ pa/tiatur abſtrahi/aut ſi admor9 magnes apprenderit rapiat atq; auferat/at ipſũ adamanta rumpit ſãguis hircinus/re/cens & calidus/Igi/tur Democritus ꝑ hanc antipathiam ſcripſit fœminam mẽſtrualẽ repugna/te erucis uermicu/lis ut decidãt emo/riãturq; tepẽte oẽs/ſi ea ſolutis crinib9 & nudo pede ter cir/cũeat areolã/ĩ qua erucæ olera ĩfeſtãt/ſuper qua re Palla/dius ſic refert/aliq fœminã menſtruã/tem nuſq̃ cinctam ſolutis capillis nu/dis pedibus contra erucas & cætera ĩ/feſtantia hortũ fa/ciunt circumire.

LVCII IVNII MODERATI COLVMELLAE
REI RVSTICAE LIBER TERTIVSDECI/
MVS ET VLTIMVS VILLICA.

PREFATIO.

x ENOPHON ATHENIENSIS
eo libro Publi Siluine: q œconomi/
cus inſcribitur:prodidit maritale cõ/
iugium ſic cõparatum eſſe natura:ut
non ſolum iocundiſſima:uerum etiã
utiliſſima uitæ ſocietas iniretẽ: iãpri/
dem(quod etiam Cicero ait)ne genus humanum temporis
longinquitate occideret:propter hoc marem cum fœmina eẽ
coniunctũ. Deinde ut ex hac eadem ſocietate mortalibꝰ ad/
iutoria ſenectutis nec minus propugnacula præparẽtur: tum
etiam cum uictus et cultus humanus nõ uti feris in propatu/
lo ac ſiluestribꝰ locis:ſed domi ſub tecto accurãdus erat : ne/
ceſſarium fuit alterutrũ foris et ſub dio eſſe:qui labore et ĩdu/
ſtria compararet:quæ tectis reconderenẗ:ſiqdem uel ruſtica/
ri:uel nauigare:uel etiam alio genere negociari neceſſe erat:ut

omnes cópoſueris:ſalem inſuper obrue:ne caro appareat:ęquale facito. Vbi iã
dies. v. in ſale fuerint:eximito omnes cum ſuo ſale. Quæ tum ſummę fuerint:
imas facito. Eodemq; mó obruito:et cóponito. Poſt dies omnino duodecim
pernas eximito:et ſalem omnem detergito:et ſuſpendito in uento biduũ. Die
tertio extergito ſpongia bene. Perungito oleo. Suſpendito in fumo biduum.
Tertio die demito. Perungito oleo et aceto et cómixto:et ſuſpendito ĩ carna/
rio. Nec tinea:nec uermes tangent.

MARCI PRISCI CATONIS QVI HOMINVM SVM/
MVS IN OMNI VSV FVIT DE RE RVSTICA
LIBER VNVS. QVEM ABSOLVTVM NEC
IMPERFECTVM PLINIO AVCTO/
RE COLLEGIMVS.

## M.T.VARRONIS REI RVSTICAE CAPITA. LIBRI .I.


Græci et latini qui de re ruſtica ſcripſerunt. cap.primum.
Quæ diſiungenda ſunt ab agricultura. cap..ii.
Vtī ars ex agricultura ſit cõcluſio. cap.iii.
Quæ agriculturæ ſint principia et fines. cap.iiii.
Quot partes habeat diſciplinæ cultura. cap.v.
De ſolo fundi quæ et quot ſint uidenda. cap.vi
Quis ſit ager optimus:et quis eo proximus:et quis deinceps. cap.vii.
Quod ſpecies uitis plurimæ ſint. cap.viii.
Quod tribus modis terra dicatur bona:aut nõ bona:aut cõis. cap.viiii.
Quot modis metiantũr rura. cap.x.
Quo ſit uilla ſtatuenda modo:et quæ in uilla. cap.xi.
Quo ſit loco potiſſimum uilla ſtatuenda. cap.xii.
Quod in uilla primitus faciunda ſint bubilia et ouilia:et cellæ et uaſſa uinaria et olearia et alia. cap.xiii.
De ſepris quæ tutandi fundi cauſa fieri debeant et qualiter. cap.xiiii.
Ad quid inuentæ ſæpes. cap.xv.
De eis quæ extra fundum commoda fiant:aut incommoda. cap.xvi.
Quibus rebus agri colantur. cap.xvii.
De numero familiæ ruſticalis:et quot operis quodq; ager coli poſſit: et de modo cuiuſq;. cap.xviii.
Quot iuga boum ſingulis iugeribus ſatis ſint:quod inſtrumẽtum agreſte ſemiuocale nuncupatũr. cap.xviiii.
De eligendis bubus:et de modo probandi:et edomandi nouellos iuuencos. cap.xx.
De canibus:ſine quibus utiq; uilla parum tuta ſit. cap.xxi.
Qualiter uniuerſis inſtrumentorũ apparatus fundi inſtituatᷣ. cap.xxii.
Quæ et quo quicq; loco maxime oporteat ſerere. cap.xxiii.
Olea in quo agro ſeruanda ſit:qua parte quo ordine. cap.xxiiii.
Vinea quo agro ſeruanda ſit. cap.xxv.
Quo in loco ridicæ in uinea figi debeant:et ad quã partem. cap.xxvi.
Quot diuidatur menſibus et temporibus annus:et in quibus quid ſeri oporteat:ac colligi de agro ſeminata. cap.xxvii.
Quod dies habeat quelibet quarta pars anni:et in quibus ſignis cœli intrent. cap.xxviii.
Quid inter fauonium et equinoctium uernum fieri oporteat. cap.xxix.
Quæ inter equinoctium uernum et uergiliarum exortum fieri debeant. cap.xxx.

Quid inter uergiliarum exortum ad ſolſtitiũ fieri oporteat. Cap.xxxi.
Quid inter ſolſtitium et caniculam faciundum ſit. Cap.xxxii.
Quinto interuallo inter caniculam et æquinoctium autumni quæ fieri oportet. Cap.xxxiii.
Sexto interuallo ab æquinoctio autumnali:quid fieri oporteat uſq; ad bru/mam. cap.xxxiiii.
Septimo interuallo inter uergiliarum occaſum et brumam : quæ fieri oportet. cap.xxxv.
Octauo interuallo inter brumã et fauoniũ:quę fieri oportet. cap.xxxvi.
De lunaribus diebus. cap.xxxvii.
De ſtercore et ſterquilinio. cap.xxxviii.
Quatuor eſſe genera ſeminum:et quæ quo tempore et loco debeant ſeri. cap.xxxviiii.
Quæ ſunt genera ſeminum:et quemadmodum propagari debeant:et quibus et quo loco debeant ſeri. cap.xl.
De temporibus tranſferendorum ſurculorum:et quæ ſint poſt ſationem ob/ſeruanda. cap.xli.
De medica. cap xlii.
De cytiſo. cap.xliii.
Quot modii ſeruntur fabæ tritici hordei farris. cap.xliiii.
Sata quoto quæq; die ꝓdeant de terra. cap.xlv.
Ex quibus foliis cognoſci poſſunt anni tempora. cap.xlvi.
Quemadmodum ſata ſunt ruenda. cap.xlvii.
Quæ in ſpica ſunt uocabula et cauſæ eorum. cap.xlviii.
De fructibus maturis capiendis:et fœniſicio et ſicilitione pra/torum. caa. xlviiii.
De meſſæ et cauſa huius uocabuli:quare meſſis appellata:quare ue appel/latæ ſint. cap.l.
Aream qualem eſſe oporteat. cap.li
In ſemen quẽadmodũ ſpicas ſecerni oporteat:et de tritura. cap.lii.
De ſtipula. cap.liii.
De uindemia facienda. cap.liiii.
De olea legenda. cap.lv.
De fœno condendo. cap.lvi.
De tritico condendo. cap.lvii.
De faba et leguminibus et uuis condendis. cap.lviii.
De pomis condendis. cap.lviiii.
De olea condenda. cappr.lx.
De amurca condenda. caput.lxi
De promentis frugibus tuendi cauſa. caput.lxii.

| | |
|---|---|
| Quemadmodum frumentum ſi ꝓmendum. | Cap.lxiii. |
| De amurca tuenda ac ꝓmenda. | cap.lxiiii. |
| De uino ꝓmendo. | cap.lxv. |
| De olea ꝓmenda. | cap.lxvi. |
| De nuce et palmula. | cap.lxvii. |
| De uuis et malis et ſorbis penſilibus ꝓmendis. | cap.lxviii. |
| De farre ꝓmẽdo aut ad cibariũ aut ad ſationẽ aut ad uẽdẽdũ. | cap.lxix. |


## .M.T.VARRONIS REI RVSTICAE CAPITA LIB. .II.


| | |
|---|---|
| De origine ac dignitate rei pecuariæ. | cap.primũ. |
| De pecudibus arietibus et agnis. | cap.ii. |
| De capris hircis et hædis. | cap.iii. |
| De ſue. | cap.iiii. |
| De bubus et uaccis. | cap.v. |
| De aſinis. | cap.vi. |
| De equis et equabus. | cap.vii. |
| De mulis et hinulis. | cap.viii |
| De canibus. | cap.viiii. |
| De paſtoribus. | cap.x. |
| De lacte caſeo lana. | cap.xi. |


## .M.T.VARRONIS REI RVSTICAE CAPITA LIB. .III.


| | |
|---|---|
| De uillaticis paſtionibus. | cap.primũ. |
| Tractatus. | cap.ii. |
| Quæ in uilla circumue eam ali uel paſci poſſint. | cap.iii. |
| De auibus in genere. | cap.iiii. |
| De turdis. | cap.v. |
| De pauonibus. | cap.vi. |
| De columbis. | cap.vii. |
| De turturibus. | cap.viii. |
| De gallinis. | cap.viiii. |
| De anſeribus. | cap.x. |
| De anatibus. | cap.xi. |
| De leporibus. | cap.xii. |
| De apris. | cap.xiii. |
| De cocleis. | cap.xiiii. |
| De gliribus. | cap.xv. |
| De apicibus. cap.xvi. De piſcinis. | cap.xvii. |

# MARCI TERENTII VARRONIS RERVM RVSTICARVM AD FVNDANIAM VXOREM LIBER PRIMVS.

## PROLOGVS.

Græci et latini qui de re ruſtica ſcripſerunt. Capur primum.

OTIVS ESSEM CONSECVTVS FVNDA-
nia et cõmodius:ſi tibi hæc ſcriberẽ: quæ nunc ut po-
tero exponam:cogitans eſſe properãdum:quod(ut di-
citur )ſi eſt homo bula : eõ magis ſenex. Annus enim
octogeſimus admonet me:ut ſarcinas colligam:anteꝗ̃
proficiſcar e uita:Quare quoniam emiſti fundum:quẽ
bene colendo fructuoſum eum facere uelis:me quę ad-
hibeam curã roges:experiar. Et non ſolum ut ipſe quoad uiuã quid fieri opor
teat ut te moneam:ſed etiam poſt mortem. Neq; patiar Sybillam nõ ſolũ ce-
ciniſſe quæ cum uiueret prodeſſent hominibus:ſed etiam quę cum periſſet ip-
ſa:et id etiã ignotiſſimis quoq; hominibus:ad cuius libros tot annis poſt pu-
blica ſolemus redire:cum deſideramus quid faciendũ ſit nobis ex aliquo por-
tento:me nedum uiuo quidẽ neceſſariis meis quod proſit facere: ſed mortuo
equidem. Quo circa ſcribam tibi tres libros indices:ad quos reuertare: ſi qua
in re quæres:quemadmodum quidq; te in colendo oporteat facere. Et quo-
niam(ut aiunt)dei facientes adiuuant:prius inuocabo eos. Nec ut Homerus et
Ennius:muſas:ſed duodecim deos conſentis:neq; tamen eos urbanos: quoꝝ
imagines ad forum auratæ ſtant:ſex mares et fœminæ totidem:ſed illos duo-
decim deos:qui maxime agricolarum duces ſunt. Primum qui omnis fruct⁹
agriculturæ cœlo et terra continent: Iouem et Tellurẽ. Itaq; ꝙ hi parentes ma-
gni dicũtur Iupiter pater:Tellus uero mater. Seundo Solem et Lunam:quoꝝ
tempora obſeruantur:cum quædam ſerantur et cõdantur in tpe. Tertio Cere-
rem et Liberum:ꝙ hoꝝ fructus maxime neceſſarii ad uictum ſint. Ab his enĩ
cibus et potio uenit e fundo. Quarto Robigũ et floram quib⁹ propitiis: neq;
robigo frumenta atq; arbores corrumpit:neq; nõ tempeſtiue florẽt. Itaq; Ro-
bigo feriæ robigalia : Floræ ludi floralia inſtituti. Item adueneror Mineruam
et Venerem:quarum unius ꝓcuratio oleti:alterius hortorum:quo nomĩe ru-
ſtica uinalia inſtituta. Nec nõ precor Lympham ac Bonum euentum : quo-
niam ſine aqua omnis arida ac miſera agricultura:ſine ſucceſſu ac bono euẽ-
tu:fruſtratio eſt nõ cultura. His igitur deis ad uenerationẽm aduocatis:ego re-
feram ſermones eos quos de agricultura habuimus nuper:ex quibus quid te
facere oporteat:animaduertere poteris:in quis quæ nõ inerunt et quæ res: in-
dicabo a quibus ſcriptoribus reperias et græcis et noſtris. Qui igit̃ hæc ſcrip-
ſerunt diſperſim alius de alia re:ſunt plus quinquaginta. Hi ſunt:quos tu ha-
bere in cõſilio poteris:cum quid cõſulere uoles:Hierõ ſiculus:et Attalus phi-

lometor:de philoſophis Democritus phyſicus:Xenophō ſocraticus: Ariſto/
teles et Theophraſtus pipatetici:Archias pythagoreus: itē Amphiloc9 athe/
nieſis:Anaxipolis tharſius:Apollonius pgameneus : Apollodorus lemnius:
Ariſtophanes maloţes:Antigoni9 cynicus:Agatocles chius:Ariſtādius athe/
nieſis:Bacchi9 meleſi9:Bion ſole9:Chęreſte9 et Chæreas atheniēſis.Diodo/
rus:priēne9:Dion colophoni9:Diophanes:nicēſis: Epigenes rhodi9: Euagō
taſius:Euphranii duo:un9 atheñ.alter amphipolites:Aegeſias marōites:me/
nādri duo:unus priēnęus alter heracleotes:Niceſius marōites : Pythion rho/
dius:De reliquis:quoꝶ quæ fuerit pria nō accepi:ſūt Androchion:Aeſchariō:
Ariſtomenes.Athenagoras:Crates:Dades:Dionyſi9:Eriphyton: Euphonō
Creobolus:Lyſimach9:Mnaſeas:Meneſtarc9:Pleurhephanes:Perſis:Theo/
philus:Hi:quos dixi:oēs ſoluta oratiōe ſcripſerūt eaſdē res:et qdā etiā uerſi/
bus:ut Heſiodus aſcreus:et Menecrates epheſi9.Hos nobilitatos Mago car/
thaginēſis pręterit pœnica lingua:q res diſperſas cōprehēdit libris duodetri/
ginta:quos Caſſius Dionyſius uticēſis uertit libros uigīti gręca lingua:quos
Sextilio prætori miſit.In quæ uolumina de gręcis libris eoꝶ quos dixi:adie/
cit nō pauca:et de Magonis dempſit īſtar libroꝶ octo:Hoſce ipſos utiliter ad
ſex libros redegit Diophāes ī bithynia.et miſit Deiotaro regi. Quod breui9
de ea re conor tribɔ libris exponere:Vno de agricultura:altero de re pecuaria:
Tertio de uillaticis paſtiōibus.Hoc libro circūciſis rebus:quæ nō arbitror p/
tinere ad agriculturā.Itaq prius oſtendā quę ſecerni oporteat ab ea.Tū de his
rebus dicā ſequens naturales diuiſiones. Ea erūt ex radicibɔ trinis:et quæ ipſe
in meis fundis colendo animaduerti:et quæ legi:quę a peritis audiui.

Quæ diſiungenda ſunt ab agricultura. Cap.ii.

Ementinis feriis ī ędē Telluris uenerā rogatus ab ęditimo: ut dicere
didicimus a patribɔ nrīs:ut corrigimur a recētibɔ urbanis ab ędituo:
Offendi ibi.C.Fundaniū ſocerum meū et.C.Agriū equitē romanū
ſocraticum:et.P.Agraſium publicanū ſpectantes in pariete pictā italiā:Quid
uos hic inquā:nū feriæ ſementinæ ocioſos huc adduxere:ut patres et auos ſo/
lebant noſtros?Nos uero inquit agrius:ut arbitror:eadē de cā:quę te:rogatio
æditimi.Itaq ſi ita ē ut annuis:morare oportet nobiſcū:dū iſte reuertat. Nā
accerſitus ab ædile:cuius pcuratio huius tēpli ē:nūdū rediit:et nos ut expec/
tatemus ſe:reliquit q rogaret. Vis igitur interea uetus puerbiū:quod ē:Ro/
manus ſedendo uincit:uſurpemus dū iſte uenit?Sane inqt agrius:et ſimul co/
gitans portā itineri dici lōgiſſimā eſſe:ad ſubſellia ſequētibɔ nobis pcedit.Cū
cōſediſſemus:agrius uos qui multas perambulaſtis terras:quā cultiorē italia
uidiſtis inquit?Ego uero agrius:nullā arbitror eē:quæ tā tota ſit culta.Primū
cū orbis terræ diuiſus ſit in duas partes ab Erathoſtene:maxīe ſecūdū naturā
ad meridiē uerſus et ad ſeptētriōes.et ſine dubio quoniā ſalubrior pars ſeptē/
trionis ē:q meridiana:et quæ ſalubrior:illa fructuoſior dicēda:ibiq italiā ma/

gis eam fuiſſe opportunā ad colēdū q̃ aſiam. Primum ꝙ eſt europa:ſecūdo ꝙ
hæc remperatior pars eſt:q̃ īterior. Nam inrus pene ſempiternæ hyemes. Nec
mirum:ꝙ ſunr regiones inrer circulum ſeptemtrionalē et īrer cardinem cœli:
ubi ſol eriam ſex menſibꝫ cōtinuis nō uidet̃. Iraq; in oceano in ea parte ne na/
uigari quidem poſſe dicunr ꝓprer mare cōgelarum. Fundanius. Eo ibi tu qcq̃
naſci pures poſſe:aur coli narum? Verum eſt enim illud Pacuuii: Sol ſi ꝑpetuo
ſit A ur nox:flāmineo uapore aur frigore rerræ fructus omnis inretire. Ego hic
ubi nox er dies modice redir er abir:tn̄ ęſtiuo die ſi nō diffiderem ī eo inſiticio
ſummo meridie uiuere nō poſſim:illic in ſemeſtri die aut nocte quemadmo/
dum quicq̃ ſeri:aur aleſcere:aur meti poſſit? Cōrra Quid in iralia urenſile non
mō non naſcitur:ſed etiam nō egregium ſir? Quod far cōferam campano:qḋ
rriricum appulo:quod uinum falerno:quod oleum uenafro. Nō arboribꝫ cō/
ſira iralia eſt:ut tora pomarium uidearur? An phrygia magis uitibꝫ cooperta:
quam Homerus appellar αμπελοεσσα q̃ hæc? aur argos:quam idem poeta
πολυπυρον:in qua rerra iugerum unum denos et quinos culeos fert uini: qḋ
quædā ī italia regiones. An nō. M. Cato ſcribit in libro originū ſic:Ager gal/
licus romanus uocat̃:q uiritim Cæſare iubenre datus eſt ulrra agrum picenū.
In eo agro aliquoifariam in ſingula iugera dena culea uini fiūr. Nō ne irem ī
agro fauērino:a quo tibi ricenariæ appellantur uites:ꝙ iugerū tricenas āpho/
tas reddat? Simul aſpicir me:cerre inqr: Libo Martius p̃fecrus fabrum ruus in
fundo ſuo fauētiæ hāc mulrirudinē dicebat ſuas reddere uires. Duo in primis
ſpectaſſe uidēt̃ iralici hoīes colēdo poſſe fructus ꝓ impenſa ac labore reddere:
er urrum ſaluber locus eſſer:an nō. quoꝝ ſi alterutrum decollar:et nihilominꝰ
quis uulr colere:mente eſt captus:arq; ad agnaros et genriles eſt deducēdus.
Nemo enim ſanus mēte deber uelle impenſam ac ſumptū facere in culrura: ſi
uidet nō poſſe refici. Nec ſi poreſt reficere fructus ſi uider eos fore:ut peſtilētia
diſpereāt: Sed opinor q hęc cōmodiꝰ oſtēdere poſſinr:adſunt. Nā. C. Liciniū
Stolonē:et Cn. Tremelium Scrofam uideo uenire: Vnum cuius maiores de
mō agri legē rulere. Nā Srolonis illa lex:quæ uetar plus qngenra iugera hr̃e
ciuem romanū:er q ꝓprer diligētiam culruræ Srolonū cōfirmauir cognomē:
ꝙ nullus ī eius fundo reperiri porerat ſtolo:ꝙ effodiebat circū arboris radices:
quæ naſcerent̃ e ſolo quos ſtolones appellabāt. Eiuſdē gētis. C. Licinius tri/
bunus plebis cū eſſer poſt reges exactos ānis tricētis ſexaginraquinq;:primus
populum ad leges accipiūdas in ſeptē iugera forēſia e comitiis eduxit. Alterū
collegā triumuirū :qui fuir ad agros diuidūdos campanos:uideo huc uenire
Cn. Tremelliū Scrofam uirū omnibus uirtutibus polirū:q de agriculrura ro/
manus peritiſſimus exiſtimatur. An nō iure īquā? Fundi enim eius ꝓpter cul/
turam iucūdiore ſpectaculo ſūt mulris:q̃ regie polita ædificia aliorū:cū huius
ſpectarū ueniār uillas nō ur apud Lucullū ueneanr pinocotheccas:ſed oporo/
theccas. Huiuſce inquam pomarii ſumma ſacra uia;ubi poma ueneunt: cōrra

aurea imago illi:Interea ad uos et Stolonem cœna comeſa inqt uenimus.Nã
nõ.L.uidemus fundanium:qui nos auocauit. Bono animo eſte inqt Agrius.
Nam nõ mõ nõ illud ſublatum eſt:quod ludis circenſibꝰ nouiſſimi curricu/
li finem facit quadrigis:ſed ne illud quidem otiũ uidimus:quod ĩ cereali põ/
pa ſolet eſſe primũ:Itaq; dum hic nobiſcũ una ſedearis:aduenierq; editimus:
docere nos agriculturam:quã ſummã habeat:utilitatem ne:an uoluptatẽ : an
utrũq;.Ad re.n.rudes agriculturæ nũc:olim ad Stolonẽ iuiſſe dicũt Scrofa I/
quit:prius diſcernẽdum utrũ quę ſeranť in agro ea ſola ſint in cultura:an etiã
quæ inducunť in rura ut oues et armẽta.Video enim q de agricultura et pœ/
nice et græce et latine latius uagatos:q̃ oportuerit. Ego uero inqt Stolon:eos
nõ in omni te imitãdos arbitror:et eo melius feciſſe quoſdã:q minore pome/
rio finietũt:excluſis partibus quæ nõ pertinẽt ad hãc rem. Quare tota paſtio:
quæ cõiungiť a pleriſq; cũ agricultura:magis ad paſtorem:q̃ ad agricolã pri/
nere uideť. Quo circa principes qui uriq; rei præponunť:uocabulis quoq; ſũt
diuerſi:ꝙ unus uocatur uillicus:alter magiſter pecoris. Villicus agricolẽdi cã
cõſtitutus atq; appellatus a uilla:ꝙ ab eo in eam cõuehunť fructus: et euehũť
cum ueneunt. Aquo ruſtici etiam nunc quoq; uiam ueheam appellant.ꝑpter
uecturas et uellam nõ uillam:quo uehunt:et unde uehunt.Item dicuntur qui
uecturis uiuunt uellaturam facere. Certe ĩquit Fũdanius:aliud paſtio et aliud
agricultura:ſed affinis. Et ut dextra tibia alia q̃ ſiniſtra:ita ut tamen ſit quodã/
modo cõiuncta:ꝙ eſt altera eiuſdem carminis modorum incentiua:altera ſuc/
centiua. Et quidem licet adiicias inquam: paſtorum uitam eſſe incentiuam:
agricolarum ſuccentiuam auctore doctiſſimo homine Dicearcho:qui græcię
uita qualis fuerit ab initio:nobis ita oſtendit:ut ſuperioribus temporibꝰ fuiſſe
doceat:cũ hoies paſtoriciã uitam agerẽt:neq; ſcirent etiã arare terrã: aut ſerere
arbores:aut putare. Ab his ĩferiore gradu ætatis ſuſceptam agriculturã. Quo/
circa ei ſuccinit paſtoralis:ꝙ eſt inferior: ut tibia ſiniſtra a deſtræ foraminibus.
Agrius. Tu inquit:tibicen:non ſolũ adimis dño pecuſ:ſed etiã ſeruis peculiũ:
quibus domini dant ut paſcant:atq; etiã leges colonicas tollis:in quibus ſcri/
bimus:Colonus in agro ſurculario ne capras cõpaſcat:quas etiã aſtrologia re/
cepit nõ longe ab tauro. Cui Fundanius. Vide inquit ne Agri iſtuc ſit ab hoc:
cũ ĩ legibus etiã ſcribať:pecus quoddã. Quædam enim pecudes culturæ ſũt
inimicæ ac ueneno:ut iſtæ quas dixi:caprę. Hæ enim oĩa nouella ſata carpen/
do corrũpunt:nõ minimũ uites atq; oleas:Itaq; ꝑpterea inſtitutum diuerſa de
cã:ut ex caprino genere ad alii dei aram hoſtia adduceretur:ad alii nõ ſacrifica/
reť:cum ab eodem odio alter uidere nollet:alter etiam uidere pereuntem uel/
let. Sicq; factum ut Libero pr̃i repertori uitis hirci ĩmolarentur:ꝑinde ut capi/
te darent pœnas. Cõtra ut Mineruę caprini generis nihil ĩmolarẽt:ꝑpter oleã:
ꝙ eam quam læſerit:fieri dicũt ſterilem:eiꝰ enim ſaliuam eſſe fructuis uenenũ.
Vel hoc nomine etiam athenis in arcem non iungi:præterq̃ ſemel ad neceſſa/

rium ſacrificiū:ne arbor olea:quæ primum dicitᷣ ibi nata:a capra tangi poſſit.
Nec ullæ inquā pecudes agriculturæ ſūt propriæ :niſi quæ agrum operę: quo
cultior ſit adiuuare:ut eæ quę iunctę arare poſſint.Agraſius.Si iſtuc ita eſt in-
qr:quomodo pecus remoueri poteſt ab agro:cum ſtercus quod plurimū pro-
deſt:greges pecoꝝ miniſtrent? Agrius.Sic inqr:uenaliū greges dicemus agri-
culturā eſſe:ſi propter iſtā rem habendū ſtatuerimus.Sed hinc error:ꝙ pecus ī
agro eſſe poteſt:et fructus non in eo agro ferre.quod nō ſequendū.Nā ſic etiā
res aliæ diuerſæ ab agro erūt aſſumēdæ:ut ſi habeas plures in fundo textores:
atq; inſtitutos iſtonas:ſic et alios artifices.Scrofa. Diſiungamus igitᷣ inquit:
paſtionem a cultura:et ſiquis qd uult aliud.An ego inquam ſequar Saſernarū
patris et filii libros:ac magis puté ptinere figilinas queādmodū exerceri opor
teat:q̄ argentifodinas:aut alia metalla:quæ ſine dubio ī aliquo agro fiūt . Sed
ut neq; lapidicinæ neq; arenariæ ad agriculturam pertinent:ſic figlinę. Neq;
ideo nō in quo agro idoneę poſſint eſſe nō exercēdę:atq; ex iis capiūdi fruct9
ut etiam ſi eligitᷣ ſecūdum uiam et opportunus uiatoribꝫ locus ædificādę ta-
bernæ diuerſorię:quæ tamen quāuis ſint fructuoſæ nihilo magis ſūt agricul-
turæ partes.Nō enim ſi qd propter agrū:aut etiam in agro profectus domino
agriculturę acceptū referre debet:ſed id modo quod nec ſatione terra ſit natū:
ad fruendū ſuſcipit.Stolon.Tu inqr inuides tāto ſcriptori:et obſtrigilādi cau-
ſa figilinas reprehendis:cum præclara quædam(ne laudes ) prætermittas:quę
ad agriculturā uehementer ptineant.Cū ſubriſiſſet Scrofa:ꝙ nō ignorabat li-
bros:et deſpiciebat:et Agraſius ſe ſcire modo putaret:ac Stolonem rogaſſet ut
diceret:cœpit:Scribit cimices queādmodū īterfici oporteat his uerbis.Cucu-
meré anguinū cōdito in aquam:eamq; īfundito quo uoles:nulli accedēt. Vel
felbubulum cū aceto mixtum:ungito lectū.Fundanius aſpicit ad Scrofam:et
tamen uerum dicit hic inqr:ut hoc ſcripſerit in agricultura.Ille.Tam hercle q̄
hoc:Si quem glabrū facere uelis:quod iubet ranā luridam coniicere in aquā:
uſquequa ad tertiā partē decoxeris:eoq; ungere corpus. Ego quod magis in-
quam pertineat ad Fūdanii ualitudinem:et in eo libro eſt:latius dicā: nam et
huiuſce pedes ſolent dolere:in fronte cōtrahere rugas. Dic Sodes:inquit.Fū-
danius.Nā malo de meis pedibꝫ audire:q̄ queādmodum pedes betaceos ſeri
oporteat.Stolon ſubridēs dicā inqr eiſdē qbus ille uerbis ſcripſit:uel tātū quæ
iā audiui. Cū homini pedes dolere cœpiſſēt:q tui meminiſſēt ei mederi poſſe.
Ego tui memini medere meis pedibus.Terra peſtem teneto.Salus hic mane-
to in meis pedibus.Hoc ter nouies cantare iubet:terram tāgere:diſpuere:ieiu-
num cantare.Multa inquā itē alia miracula apud Saſernas inuenies: quæ oīa
ſunt diuerſa ab agricultura:et ideo repudiunda.Quaſi uero inquā : non apud
cæteros quoq; ſcriptores:talia repetiātᷣ.An nō in magni illius Catonis libro:q
de agricultura eſt editus:ſcripta ſūt permulta ſimilia:ut hæc. Quemadmodū
placentam facere oporteat:quo pacto libum:qua ratiōe pernas ſalire.Illud nō

dicis inquit Agrius: quod ſcribit: Si uelis in conuiuio multum bibere cœnare libenter: eſſe oportet braſſicā crudā ex aceto aliqua folia.

Vti ars ex agricultura ſit concluſio. Cap. iii.

Gitur inq̄t Agraſi⁹ quæ diſiūgēda eſſent a cultura et cuiuſmodi ſint quoniā diſcretū. Stolon: cū aſpexiſſet Scrofam inquit: et ætate et honore et ſcientia qua præſtas: dicere debes. Ille nō grauatus. De iis rebus: quę in ſcientia ſint: quod in colēdo nos docet: ars ſit. An qd aliud: et a q̄bus carceribus decurrat ad metas? Primū inquit: nō modo eſt ars: ſed etiā neceſſaria et magna. Eaq; eſt ſcientia: quæ docet: quæ ſint in quoq; agro ſerūda et faciūda: quæq; terra maximos perpetuo reddat fructus.

Quę agriculturæ ſint principia et fines. Cap. iiii.

Ius principia ſunt eadem: quæ mundi eſſe Ennius ſcribit: aqua terra: aīa: et ſol. Hęc enim cognoſcūda prius: q̄ iacias ſemina. Quod initiū fructuū oritur Hinc profecti agricolę ad duas metas dirigere debēt: ad utilitatem: et uoluptatem. Vtilitas quęrit fructum: uoluptas delectationē. Priores partes agit quot utile eſt: q̄ quod delectat: nec non ea quæ faciunt culturam honeſtiorem agrum. Pleraq; nō ſolum fructuoſiorē eūdem faciunt: ut cū in ordinem ſunt conſita arbuſta atq; oliueta: ſed etiā uendibiliorem: atq; adiiciunt ad fundi precium: Nemo enim eadē utilitate nō formoſius qd eſt: emere mauult pluris: q̄ ſi ē fructuoſius turpe. Vtiliſſim⁹ aūt is ager: q ſalubrior eſt q̄ alii: q; ibi fructus certus. Cōtra q; in peſtilēti calamitas q̄uis ī feraci agro colonum ad fructus peruenire non patitur. Etenim ubi ratio cum Horco habeť: ibi nō modo fructus eſt incertus: ſed etiā colentium uita. Quare ſi ſalubritas nō eſt: cultura nō aliud eſt: q̄ alea dn̄i uitæ ac rei familiaris. Nec hæc uero deminuiť ſciā. Iſta enim ſalubritas quæ dicitur e cœlo ac terra: non eſt in noſtra poteſtate: ſed in naturæ: ut tn̄ multum ſit in nobis: q; grauiora quæ ſunt: ea diligentia leuiora facere poſſumus. Etenim ſi propter terrā aut aquā odorem ueꝗ̄ aliquo loco eructat peſtilentior eſt fundus: aut propter cœli regionē ager calidior ſit: aut uentus nō bonus flet. Hæc uitia emendari ſolent domini ſciētia ac ſumptu. Quod permagni intereſt: uti bene poſitæ ſint uillæ: quātæ ſint: quo ſpectent porticibus oſtiis ac feneſtris. An non ille Hippocrates medicus ī magna peſtilentia nō unū agrum: ſed multa oppida ſcientia ſeruauit? Sed qd ego illum uoco ad teſtimoniū? Nō hic Varro noſter cū corcyræ eſſet exercitus: et claſſis et oēs domus repletæ eſſent ægrotis ac funeribus: īmiſſo feneſtris nouis aquilone: et obſtructis peſtilentibus: ianuaq; permutata: cæteraq; ei generis diligentia ſuos comites ac familiam incolumes reduxit.

Quot partes habeat diſciplinæ cultura. Cap. v.

Ed quoniā agriculturę: qd eēt id initiū et finis dixi: relīqť quot ptes ea diſciplina habeat: ut ſit uidēdū. Eqdē īnumerabiles mihi uideně: īqt Agrius: cū lego libros Theophraſti cōplures: qui īſcribūť: Phy/

ton hiſtorias:et alteri phyſicon:ætion. Stolon iſti inquit libri nō tā idonei iis: qui agrum colere uolunt:q̄ ſcholas philoſophorum. Neq; condico qn habeāt et utilia et cōmunia quædam. Quapropter tu potius agriculturæ partes nobiſ expone. Scrofa agriculturæ inquit quatuor ſūt partes ſummæ. E quibus prima cognitio fundi:ſolum:parteſq; eius quales ſint. Secundū quæ in eo fundo opus ſunt:ac debeant eſſe culturæ cauſa. Tertiū quæ in eo prædio colēdi cauſa ſint faciūda. Quarta quo qdq; tēpore in eo fundo fieri cōueniat. De his quatuor generibus ſingulæ minimū in binas diuidūtur ſpecies. Quod habet prima ea quæ ad ſolum pertinent terræ:et alterum quę ad uillas et ſtabula. Secūda pars:quę mouentur:atq; in fundo debeant eſſe culturę cauſa. Eſt itē bibartita de hominibꝰ per quos colendū:et de reliquo inſtrumēto. Tertia pars quę de rebus diuiditur:quæ ad quāq; rem ſint pręparanda:et ubi quæq; faciunda. Quarta pars de temporibus:quæ ad ſolis circuitum annuum ſint referenda:et quæ ad lunæ menſtruum curſum. De primis quatuor partibus prius dicam: deinde ſubtilius de octo ſecundis.

De ſolo fundi:quæ et quot ſint uidenda. Cap. vi.

i Gitur primum de ſolo fundi uidendum. Hæc quatuor. Quæ ſit forma. Quo in genere terræ. Quantus. Quāq; profecutus. Formæ cum duo genera ſint:una quam natura dat:altera quā ſationes imponūt. Prior ꝙ alius ager bene natus:alius male. Poſterior:ꝙ alius fundus bene cōſitus ē:alius male. Dicam prius de naturali. Igitur cum tria genera ſint a ſpecie ſimplicia agrorum:campeſtre:collinum:et montanum. Et ex his tribꝰ quartū ut in eo fundo hæc duo aut tria ſint:haud multis locis licet uideri. E qbꝰ tribus faſtigiis ſimplicibꝰ:ſine dubio īfimis aliqua cultura aprior q̄ ſūmis:ꝙ hęc calidiora q̄ ſūma:ſic collinis:ꝙ ea tepidiora q̄ infima aut ſūma. Hæc apparēt magis ita eſſe in latioribus regionibus:ſimplicia cū ſunt. Itaq; ubi lati cāpi ibi magis æſtus. Et eo in apulia loca calidiora et grauiora. Et ubi mōtana ut ī ueſuuio:ꝙ leuiora:et ideo ſalubriora. Qui colūt deorſum:magis æſtate laborāt: qui ſurſum magis hyeme et uerno tempore. In cāpeſtribꝰ maturius eadem illa ſeruntᷣ:q̄ in ſuperioribus:et celerius hic q̄ illic coguntur. Nec non ſurſum q̄ deorſum tardius ſeruntur:ac meruntᷣ. Quædam in montanis ꝓlixiora naſcūtur:ac firmiora propter frigus:ut abietes ac ſappini: Hic ꝙ tepidiora populi ac ſalices:ſurſū fertiliora ut arburꝰ ac quercus:deorſū ut nuces græcæ ac mariſcæ fici. In collibus humilibus ſocietas maior cū cāpeſtri fructu q̄ cū mōtano:ī alitis cōtra. Propter hæc tria faſtigia formæ:diſcrimina quędā ſationū:ꝙ ſegetes meliores exiſtimātᷣ eē cāpeſtres:uineę collinę:ſiluæ mōtanæ: Plerūq; hyberna eſſe ibi meliora q̄ cāpeſtria:ꝙ tūc ꝑrata ibi herboſa:putatio arboꝝ tolerabilior. Cōtra ęſtiua mōtana his locis cōmodiora:ꝙ ibi rū et pabulū multū:qd ī cāpis aret:ac cultura arborum aprior:ꝙ tum hic frigidior aer. Campeſter locus is eſt melior:qui totus æquabiliter in unā partem uerget:q̄ is q eſt ad libellā ęquus:

ꝙ his cũ aquę nõ habeãt delapſũ:fieri ſolet uliginoſus. Eo magis ſi quis ẽ inę-
quabilis eo deterior:ꝙ fit ꝓpter lacunas aquoſus. Hęc atq; huiuſmodi tria fa-
ſtigia agri ad colendum diſpariliter habent momentum.

Quis ſit ager optimus:et qs eo ꝓximus:et qs deinceps. Cap.vii.

Tolon. Quod ad hanc naturalem pertinet:de eo nõ incõmode Cato
uidetur dicere:cũ ſcribit optimũ agrũ eſſe:qui ſub radice montis ſitus
ſit:et ſpectet ad meridianã cœli partẽ. Subiicit Scrofa. De formę cul-
tura hoc dico:quę ſpecie fiãt uenuſtiora ſeq:ur maiore quoq; fructu ſint: ut q̃
habẽt arbuſta:ſi ſata ſũt in qncuncẽ ꝓpter ordines atq; ĩterualla modica. Itaq;
maiores nñi ex aruo ęque magno male cõſito:et minus multũ:et min⁹ bonũ
faciebãt uinũ. Quod quęq; ſuo quoq; loco ſũt poſita:ea minus loci occupant
et min⁹ officit aliud alii ab ſole ac luna et uento. Hoc licet cõiectura uidere ex
aliquot rebus:ut nuces ĩtegras quas uno modio cõprendere poſſis:ꝙ putami-
na ſuo quęq; habẽt loco natura cõpoſita:cũ eaſdẽ ſi frigeris uix ſeſqmodio cõ-
cipere poſſis. Pręterea quę arbores ĩ ordĩe ſatę ſũt:eaſ ęquabiliter ex oĩbꝰ par-
tibus ſol et luna coquunt. Quo fit ut uuę et oleæ plures naſcãt̃:ut celerius co-
quãtur. Quas res duas ſequunt̃ altera illa duo:ut plus reddãt muſti et olei et
precii pluris. Sequit̃ ſecũdũ illud:quali terra ſolum ſit fundi:uel aqua ꝑte uel
maxime bonus aut nõ bonus appelletur. Refert.n.quę res in eo ſeri naſciq; et
cuiuſmodi poſſint. Nõ eadẽ oĩa ĩ eodẽ agro recte poſſunt. Nam ut alius eſt ad
uitem appoſit⁹:alius ad frumentum:ſic de cæteris alius ad aliã rem. Itaq; cre-
tæ ad cortyniam dicitur plantanus eſſe:quæ folia hyeme non amittat:Itemq;
in cypro:ut Theophraſt⁹ ait una. Itẽ ſybari:q̃ nũc ſybari thurii dicũt̃ quercꝰ
ſimili eſſe natura:q̃ ẽ ĩ oppidi cõſpectu. Itẽ cõtra et apud nos fieri ad elephan-
tinẽ:ut neq; ficus neq; uites amittant folia. Propter eandem cauſam multa ſũt
bifera:ut uites apud mares mirnæ. Malus bifera:ut ĩ agro cõſentino. Idẽ oſtẽ-
dit:ꝙ ĩ locis feris plura ferũt:ĩ his q̃ ſunt culta meliora. Eadẽ de cauſa ſũt q̃ nõ
poſſunt uiuere niſi ĩ loco aquoſo:aut etiã ĩ aqua. Et id diſcriminarĩ:et alia ĩ la-
cubus:ut arũdines ĩ aretino. Alia in fluminibus:ut in epiro arbores ulmi. Alia
ĩ mari:ut ſcribit Theofraſt⁹ palmas et ſqllas. In galia trãſalpina ĩtus ad rhenũ
cũ exercitũ ducerẽ:aliquot regiões acceſſi,ubi nec uitis nec olea nec poma na-
ſcerẽt̃. Vbi agros ſtercorarẽt cãdida foſſicia creta. Vbi ſalẽ nec foſſiciũ:nec ma
ritimũ haberẽt:ſed ex qbuſdã lignis cõbuſtis carbonibꝰ ſalſis ꝓ eo uterentur.
Stolon. Cato qdẽ inquit.gradatim aliũ præponens alio:agrum meliorem di-
cit eſſe in nouem diſcriminibus:et ꝙ ſit primus ubi uineæ poſſint eẽ bono ui-
no et multo: Secundus ubi hortus irriguus: Tertius ubi ſalicta. Quartus ubi
oliueta. Quintus ubi pratum. Sexto ubi campus frumentarius. Septimus ubi
cædua ſilua. Octauus ubi arbuſtum. Nonus ubi glandaria ſilua. Scrofa. Scio
inquit ſcribere illum:ſed de hoc non cõſentiunt omnes:q; alii dant primatum
boni pratis:ut ego:a quo antiqui prata parata appellarũt. Nã Cęſar Vopiſcus

ædilicius cauſam cũ ageret apud Cenſores:cãpos roſeæ aet:italiæ dixit eſſe ſu/
men:in quo relicta ꝑtica poſtridie non appareret propter herbã. Contra uineã
ſunt:qui propter ſumptum putent fructum deuorare.

Quod ſpecies uitis plurimæ ſint. Cap.viii.

Efert inquam:quod genus uineæ ſit:ꝙ ſunt multæ ſpecies eius. Aliç
enim humiles ac ſine ridicis:ut in hiſpania:Aliç ſublimes:ut quç ap/
pellant̃ iugatæ:ut pleræq; in italia. Quarũ noĩa duo pedamẽta et iu/
ga. Quibus ſtat recta uinea:dicunt̃ pedamenta:quæ trãſuerſa iungunt̃ iuga:
ab eo quoq; uineæ iugatç. Iugorũ genera fere quatuor:ꝑtica:arundo:reſtes:et
uites. Pertica ẽ in falerno:Arũdo:ut ĩ arpino:Reſtes:ut in brũduſino:uites:ut
in mediolanenſi agro. Iugatiõis ſpecies duæ:una directa:ut in agro cãnuſino:
altera cõpluuiata in lõgitudinẽ et latitudinẽ iugata:ut ĩ italia pleræq;. Hç:ubi
domo naſcuntur uineç:nõ metuunt ſumptum:Vbi multa et propinqua uilla:
nõ ualde. Primum genus quod dixi:maxime quærit ſalicta. Secũdũ arũdine/
ta. Tertium uieta aut eius generis rem aliquã. Quartum arbuſta:ubi traduces
poſſint fieri uitiũ:ut mediolanenſes faciunt in arboribus quas uocãt populos:
caunuſini in ardulatiõe in ficis. Pedamentũ item fere quatuor generum. Vnũ
robuſtum:quod optimum ſolet afferri in uineã e querco ac iunipero:et uocat̃
ridica. Alterum palus e pertica meliore dura:qui diuturnior:quem cũ in fimũ
terra uoluit:puter euertitur:et fit ſolum ſummũ. Tertium quod horũ inopiæ
ſubſidio miſit arũdinetum. Inde enĩ aliquot colligatas libris demittũt ĩ tubu/
los fictiles cũ fũdo pruſo:quos cuſpides appellãt:qua humor aduẽticius trãſi/
te poſſit. Quartum pedamentũ ẽ natiuũ:cuius generis ubi ex arboribus in ar/
bores traductis uitibus uinea fit:quos traduces quidam rumpos appellãt. Vi/
neæ altitudinis modus:lõgitudo hominis. Interualla pedamẽtoꝝ:qua boues
iuncti arare poſſint. Ea minus ſũptuoſa uinea:quç ſine iugo miniſtrat acrato/
phoron uinũ. Huius genera duo. Vnum in quo terra cubilia prębet uuis:ut in
aſia multis locis:quç ſæpe uulpibus et hominibus fit cõmunis. Nec nõ ſi parit
humus mures:minor fit uidemia:niſi totas uineas oppleris muſcipulis:quod
in inſula pandatharia faciunt. Alterum gen9 uineti:ubi ea mõ remouet̃ a ter/
ra uitis:quæ oſtenderit ſe afferre uuã. Sub eam:ubi naſcitur uua : ſubiiciuntur
circiter bipedales e ſurculis furcillæ:ne uindemia facta deniq; diſcat pendere ĩ
palmam:aut funiculo aut uinctu:quod antiqui uocabant ceſtum . Ibi domi/
nus ſimulac uidit occipicium uindemiatoris:furcillas reducit hybernatum in
tecta:ut ſine ſumptu eorum opera altero anno uti poſſit. Hac conſuetudine in
italia utuntur reatini. Hæc ideo uarietas maxime:ꝙ terra cuiuſmodi ſit:refert.
Vbi enim natura humida:ibi altius uitis tollenda:ꝙ in partu et alimonio ui/
num nõ ut in calice quærit aquam:ſed ſolem. Itaq; ideo(ut arbitror) primum
e uinea in arbores aſcendit uitis.

Quod tribꝫ modis terra dicat̃ bõa:aut nõ bõa:aut cõis. Cap.ix.

Erra inquam:cuiuſmodi ſit refert:et ad quam rem bona aut nõ bõ/
t na ſit: Et a tribus modis dicit̃:communi: ꝓprio et mixto. Cõmuni
ut cũ dicimus orbem terræ:et terram italiam:aut quã aliã in eã: cũ
et lapis et arena et cætera eius generis ſũt in nominando cõprenſa. Altero mõ
dicit̃ terra ꝓprio noĩe:quę nullo alio uocabulo neq; cognomĩe adiecto appel/
lat̃:Tertio modo dicit̃ terra:quæ eſt mixta:in quo ſeri quid poteſt et naſci: ut
argilloſa aut lapidoſa:Sic et aliæ cũ in hac ſpecies non minus ſint multæ q̃ in
illa communi ꝓpter admixtiones. In illa enim:cum ſint diſſimili ui ac pote/
ſtate partes permultæ:in qs lapis:marmor:rudus:arena:ſabulũ:argilla: rubri/
ca:puluis:creta:ignis:carbũculus:id eſt quæ ſole perferuet ita:ut radices ſatoꝝ
comburat. Ab his quæ proprio nomine dicit̃ terra:cũ eſt admixta ex his ge/
neribꝫ aliqua re:ut cũ dicit̃ cretoſa et ſic ab aliis generũ diſcriminibus mixta.
Horũ uarietate:ita genera hæc ut prætere a ſubtiliora ſint. Alia minimũ in ſin/
gula facies terrena:ꝙ alia terra eſt ualde lapidoſa:alia mediocriter:alia ꝓpe pu/
ra. Sic de aliis generibꝫ reliqs admixtæ terræ:tres gradus aſcendunt. Eoſdem
præterea hæ ipſæ ternæ ſpecies:ternas in ſe habent alias : ꝙ partim ſũt humi/
diores partim aridiores:partim mediocres. Neq; nõ hæc diſcrimina pertinent
ad fructus. Vehementer itaq; periti in loco humidiore far adoreum potius ſe/
rũt q̃ triticũ. Cõtra ĩ aridiore ordeũ potius q̃ far:in mediocri utrũq;. Prętererea
etiã diſcrimĩa oĩum hoꝝ generꝫ ſubtiliora alia:ut in ſabuloſa terra:ꝙ ibi refert:
ſabulo albꝫ ſit an rubicũdus:ꝙ ſubalbus ad ſerẽdos ſurculos alienꝰ. Cõtra ru/
bicũdior appoſitꝰ. Sic magna tria diſcrimĩa terrę:ꝙ refert utrũ ſit macra:an pĩ/
guis:an mediocris. Quod ad culturã pĩguis fœcũdior ad multa:macra cõtra.
Itaq; nux ut ĩ pupinia:neq; arbores ꝓlixæ:neq; uites feraces:neq; ſtramẽta ui/
dere ĩ craſſa poteris. neq; ficũ:neq; mariſcã:et arbores pleraſq; ac prata ĩ retorri/
da et raucoſa. Cõtra ĩ agro pĩgui ut ĩ etruria:licet uidere fructuoſas ſegetes ac
reſtibilis et arbores ꝓlixas et oĩa ſine muſco. In mediocri aũt terra:ut in tibur/
ti:ꝙ ꝓpius accedit:ut nõ ſit macra:q̃ ut ſit ieiuna:eo ad oẽs res cõmodior:q̃ ſi
ĩclinauerit ad aliud:qđ deteriꝰ eſt. Stolõ. Nõ male ĩqt:quę ſit idonea terra ad
colẽdũ. An nõ Diophanes bithynius ſcribit ſigna ſumi poſſe :aut ex ipſa:aut
quę naſcũt̃ ex eis? Ex ipſa ſi ſit terra alba:ſi nigra:ſi leuis:quæ cũ fodiat̃ facile
ferit̃:natura quæ nõ ſit cineraria:neue uehemẽter denſa. Ex iis aũt quæ enata
ſũt fera:ſi ſũt ꝓlixa:atq; ea quæ ex his naſci debẽt earũ rerum feracia. Sed qđ
ſeqt̃ tertiũ illud de modis dice. Quot modis metiant̃ rura. Cap.x.

Lle. Modos qbus metirent̃ rura:alius alios cõſtituit. Nã in hiſpania
i ulteriore metiunt̃ iugis:ĩ cãpania uerſibꝫ:apud nos ĩ agro romão ac
latio iugeris. Iugũ uocãt:qđ iũcti boues uno die exarar̃ poſſint. Ver/
ſũ dicũt cẽtũ pedes quoquouerſũ quadratũ. Iugeꝝ:qđ quadratos duos actꝰ
hẽat. Actus quadratus:q et latus eſt pedes centũ uiginti et longus totidem. Is
modius ac mina latine appellat̃. Iugeri pars minima dicitur ſcrupulum. Id eſt

decem pedes et longitudine et latitudine quadratum. Ab hoc principio menſores nonnūq̃ dicunt in ſubſiciuum eſſe unciā agri aut ſextantē. Siquid aliud: cum ad iugerum peruenerunt: quot habet iugerum ſcrupula ducenta octoginta octo. Quantum autem ad antiquos noſtros ante bellum punicum pendebant bina iugera: quod a Romulo primum diuiſa dicebantur uiritim: quæ ꝙ hæredem ſequerētur heredium appellarūt: Hæc poſtea a centū centuria. Centuria eſt quadrata in omnes quatuor partes: ut habeat latera longa M.M.C. pedes. Hæ porro quatuor centuriæ coniunctæ: ut ſint in utranq; partem binę. Et ſic appellant̄ in agris diuiſis uiritim publice ſaltus.

Quo ſit uilla ſtatuenda mō: et quæ in illa. Cap. xi.

iN modo fundi non animaduerſo lapſi ſunt multi: quod alii uillam minus magnam fecerūt: q̃ modus poſtulauit. Alii maiorē: cū utrūq; ſit contra rem familiarem et fructum. Maiora enim tecta et ædificamus pluris et tuentur ſumptu maiore. Minora enim ſi ſint q̃ poſtulat fundus: fructus ſolent diſperire. L. Dubium enim non eſt: quin cella uinaria maior ſit faciunda in eo agro ubi uineta ſunt ampliora: ut horrea ſi frumētatius ager ē. In uilla ædificanda hoc potiſſimum: ut intra ſepta uillæ habeas aquam: ſi nō: q̃ proxīe. Primū ꝙ ibi ſit nata: ſecundum: ꝙ influat perennis. Si omnino aqua non eſt uiua ciſternæ faciūdæ ſub tectis: et lacus ſub dio: et altero loco ut homines: et altero ut pecus uti poſſit.

Quo ſit loco potiſſimū uilla ſtatuenda. Cap. xii.

dAnda opera: ut potiſſimū ſub radicibus montis ſilueſtris uillam ponas ubi paſtiones ſint latæ: ita ut cōtra uentos qui ſaluberrimi in agro flabunt. Quæ poſita ſit ad exortus æquoctiales: aptiſſima: ꝙ æſtate habeat umbram: hyeme ſolem. Sin cogare ſecundum flumen ædificare: cutandum ne ad uerſum eurum ponas. Hyeme enim fiet uehementer frigida: et æſtate non ſalubris. Aduertendum etiam ſi qua erunt loca paluſtria: et propter eaſdē cauſas: et ꝙ areſcunt: creſcuntq; animalia quædam minuta: quæ nō poſſunt oculi conſequi: et per aera intus in corpus per hos ac nares perueniūt: atq; efficiunt difficiles morbos. Fūdanius. Quid potero inquit facere: ſi iſtiuſmodi mihi fundus hæreditate obuenerit: quominus peſtilentia noceat? Iſtuc uel ego poſſum reſpondere inq̄t agrius. Vendas quot aſſibus poſſis: aut nequeas: relinquas At Scrofa. Vitandum inquit: ne in eam partem ſpectet uilla: e qbus uentus grauior ex his partibꝰ aflare ſoleat. Neue in conualli caua: et ut potius in ſublimi loco ædifices. qui ꝙ perflatur: ſi quod eſt quod aduerſariū inferat: facilius diſcutit̄. Præterea ꝙ ab ſole toto die illuſtratur: ſalubrior eſt: ꝙ et beſtiolæ ſi quę prope naſcuntur aut inferuntur: aut efflātur: aut ariditate cito p̄eunt. Nimbi repentini fluuii ac torrentes periculoſi illis: qui in humilibus ac cauis locis ædificia habent et repentinæ prædonum manus: ꝙ improuiſos facilius opprimere poſſint. Ab utroq; ſuperiora loca tutiora.

Quod in uilla primitus faciunda ſint bubilia et ouilia:et cellæ et uaſa uinaria et olearia et alia. Cap.xiii.

i N uilla faciũda ſũt ſtabula:ita ut bubilia ſint ibi:hyeme quæ poſſint eſſe calidiora: Fructus ut ẽ uinũ et oleũ loco plano ĩ cellis. Itẽ ut uaſa uinaria et olearia potius faciũda ĩ locis aridis. Fruct⁹:ut ẽ faba: lẽres: ordeũ:et far:et fœnũ in tabulatis. Familia ubi uerſet̃ ꝓuidẽdũ:ſi feſſi opere uel frigore aut calore:et ubi cõmodiſſime poſſint ſeſe qeti recipere. Villici ꝓxime ianuam cellã eſſe oportet. Eũq; ſcite q̃ introeat:aut exeat noctu:qd ue ferat:pręſertim ſi oſtiari⁹ ẽ nemo. In primis culina uidẽda ut ſit admota:q; ibi hyeme antelucanis tẽporibus aliquot res cõficiũt̃:cibus parat̃ et capit̃. Faciũdũ etiã plauſtris ac cætero inſtrumẽto oĩ ĩ cohorte:ut ſatis magna ſint tecta:qbꝫ cœlũ pluuiũ inimicũ. Hæc enim ſi intra clauſũ ĩ cõſepto et ſub dio:furẽ mõ nõ metuũt:ſed aduerſus tẽpeſtatẽ nocẽtẽ nõ reſiſtũt. Cohortes ĩ fundo magno duæ aptiores. Vna ut interdius cõpluuiũ hẽat lacũ ubi:aqua ſaliat:q intra ſtilobatas: cũ uenit:ſit ſemipiſcina. Boues enim ex aratro æſtate reducti hic bibũt: hic ꝓfundunt̃. Nec minus hoc loco reficiũt̃ anſeres:ſues porci. In cohorte exteriore lacũ eſſe oportet:ubi maceret̃ lupinũ:itẽ alia quæ demiſſa in aquã ad uſum aptiora ſũt. Cohors exterior crebro operta ſtramẽtis ac palea cõculcata pedibꝫ pecudũ ſit miniſtra fundo. Ex ea quod euehat̃ ſecundũ uillã duo hẽre oportet ſterquilinia:aut unum bifariam diuiſum. Alterã enim in partem ferri oportet e uilla nouum fimum:altera ueterem tolli in agrum. Quod enim q̃ recẽs qđ cũ faciũt melius. Nec nõ ſterquiliniũ melius illud:cuius latera et ſũmũ uirgis et fronde uindicat̃ ab ſole. Nõ enim ſuccũ quem quærit terra:ſolẽ ante exugere oportet. Itaq; periti q m poſſint ut eo aqua ĩfluat:eo noĩe faciãt. Sic enim maxime retineat̃ ſuccus. In eoq; qdã ſellas familiares ponunt. Aedificiũ etiã fieri oportet:ſub quod tectum totã fundi ſubiicere poſſis meſſem:qđ uocãt quidã nubilarium. Id ſecundũ areã faciundum:ubi triturus ſit frumentũ:magnitudine ꝓ mõ fundi ex una parte apertum:et id ab area:quo et in trituram ꝓruere facile poſſis:ſi nubilare cœperit aer:et ĩde rurſus celeriter reiicere. Feneſtras hẽre oportet ex ea parte:unde cõmodiſſime perflari poſſit. Fundanius. Fructuoſior inqt eſt certe fundus ꝓpter ædificia:ſi potius ad antiquoꝝ diligentiã:q̃ ad hoꝝ luxuriam dirigas ædificationem. Illi enim faciebãt ad fructum cõmunem: hi faciunt ad libidines indomitas. Itaq; illoꝝ uillæ ruſticæ erant maiores q̃ urbanę quę nunc ſunt plereq;. Contra illic laudabatur uilla:ſi habeat culinam ruſticam bonam:præſepes laxas:cellam uinariam et oleariam admodum agri aptam:et pauimento procliui in lacum:quod ſæpe ubi conditum nouum uinum orcæ:ut in hiſpania feruore muſti ruptæ:nec non et dolia:ut in italia: ne uinum ꝓlueret. Itẽ cætera ut eſſent in uilla huiuſcemodi:quæ cultum quærerent ꝓuidebant. Nunc cõtra uillam urbanã q̃ maximam ac politiſſimã habeãt dant operã:ac cum Metelli et Luculli uillis. peſſimo publico ædificatis certãt.

Quo circa hi laborant:ut ſpectent ſua æſtiua triclinaria ad frigus orientis:hyberna ad ſolem occidentem potiuſq̄ orientem.antiqui non curabant in quam partem cella uinaria aut olearia feneſtras haberet:dum fructus in eo uinarius quęrat ad dolia aera frigidiorem:item olearia caldiorem.Item uidere oportet ſi eſt collis:niſi quid impediat:ubi potiſſimum ponatur uilla.

De ſeptis quę tuādi fundi cā fieri debeāt et qualiter. Cap.xiiii.

Vnc de ſeptis.quę tuādi fundi cā:aut patris fiant dicā.earū tutelarū
n genera quatuor. Vnum naturale:alterū agreſte:tertiū militare:quar-
tum fabrile. Horum unumquodq; ſpecies habet plures.Primum naturale ſępimentū:quod obſeri ſolet uirgultis aut ſpinis:qđ habet radices uiuę ſæpis:ac uiatoris prætereuntis laſciui nō metuet facē ardētē.Secūda ſæpes eſt ex agreſti ligno:ſed nō uiuit.Fit aūt palis ſtatuiis crebris ac uirgultis implicitis:aut latis perforatis.et per ea foramina traiectis lōguriis ferreis binis aut ternis:aut ex arboribꝯ trūcis demiſſis in terrā deinceps cōſtitutis.Tertiū militare ſæpimentum eſt foſſa:et terreus ager.Sed et foſſa ita idonea:ut oēm aquam quæ ueniet a cœlo recipere poſſit:aut faſtigium habeat ut exeat e fundo aggeris bos:q intrinſecus ſit lapſus in foſſam:ſed ita arduus:ut eū trāſcendere nō ſit facile. Hoc genus ſæpis fieri ſecundum uias publicas ſolet:et ſecundū āmes ad uiam ſalariam:et in agro cruſtumino uidere licet locis aliquod cōiunctos aggeres cū foſſis:ne flumen agris noceat:aggeres faciūt ſine foſſa.eos quidā uocant muros:ut in agro reatino. Quartū fabrile ſæpimētū:et nouiſſimū ē maceria. Huius ſpecies fere quatuor. Quod fit ex lapide:ut in agro tuſculano:qđ e lateribꝯ coctilibꝯ:ut in agro gallico.Quod e lateribus crudis:ut ī agro ſabino.Quod ex terra et lapillis cōpoſitis īforme:ut in hiſpania:et agro tarentino.

Ad quid inuentæ ſæpes. Cap.xv.

Rætereā ſine ſeptis fines p̄dii ſationis notis arborꝫ tutiores fiūt ne fa-
p miliæ rixērut cū uicinis:ac limites ex litibꝯ iudicē quærāt. Serūt alii
circū ſępes pinos:ut habet uxor ī ſabinis Alii cupreſſos:ut ego habui in ueſunio.Alii ulmos:ut multi habent in cruſtino:qđ ubi pullulat maxime:uel ferit̃.et ubi ē cāpus:nulla potior arbor ſerūda:quo maxīe fructuoſa :quod et ſuſtineat ſæpem:accolit aliquod corbulas uuatū:et frōdē iucundiſſimā miniſtrat ouibus ac bubus:ac uirgas p̄bet ſæpibus et foco:ac furno. Scrofa. Igit̃ primum hæc quæ dixi quatuor uidēda agricolæ.De fundi forma:Terræ natura:de modo agri:et finibus tuendis.

De eis quæ extra fundū cōmoda fiant:aut incōmoda. Cap xvi.

Elinquitur altera pars:quæ extra fundum. Cuius appendices et ue-
t hementer pertinent ad culturam propter affinitatem.eius ſpecies to-
tidem.Si uicina regio eſt infeſta . Si quo neq; fructus noſtros exportate expediat:neq; inde quæ opus ſunt apportare. Tertiū ſi uiæ aut fluuii qua portentur:aut non:aut idonei non ſunt . Quartum ſiquid ita eſt in cōfinibus

fundi:ut noſtris agris proſit:aut noceat. E quis quatuor quod ē primum:re/
fert infeſta regio ſit nec ne. Multos enim agros egregios colere nõ expedit: ꝑ/
pter lattocinia uicinorum:ut in ſardinia quoſdam qui ſunt prope cœliem et ĩ
hiſpania prope luſitaniã. Quæ uicinitates in uectos habẽt idoneos. Quæ ubi
naſcuutur ibi uendant:et illic inuectos opportunos:quæ in fundo opus ſunt:
propterea fructuoſa. Multi enim habent in prediis:quibus frumẽtũ aut uinũ
aliudue quid deſit importandum:Contra:non pauci quibꝰ aliqd ſit exportã/
dum. Itaqꝫ ſub urbe colere hortos late expedit:ſicut uiolaria aut roſaria. Item
multa quę urbs recipit:cũ eadẽ ĩ lõginquo ꝑdio:ubi nõ ſit quo deferri poſſit
uenale:nõ expediet colere. Tertiũ eſt itẽ:ſi ea oppida aut uiciniæ:aut etiã diui/
tũ copioſi agri ac uillæ:unde nõ care emere poſſis:quæ opus ſũt infundũ.qbꝰ
quæ ſuperſint uenire poſſint:ut quibus pedamenta et perticæ aut arũdo fruc/
tuoſior fit fũdus:ꝗ ſi longe ſint importanda. Nõnũꝗ etiã quã ſi colẽdo ĩ tuo
ea parare poſſis. Itaqꝫ in hoc genus coloni potius anniuerſarios habẽt uicinos
qbꝰ imperent medicos fullones:fabros:ꝗ in uilla ſuos habeãt.ꝙ nõnũꝗ uniꝰ
artificis mors tollit fundi fructũ. Quã partẽ latifundii diuites domeſticæ co/
piæ mandare ſolẽt. Si.n.ab fundo longius abſunt oppida aut uici:fabros pro/
curent quos habeãt in uilla:ſic cęteros neceſſarios artifices:ne de fũdo familia
ab opere diſcedat:ac profeſtis diebꝰ ambulet feriata potius ꝗ opere faciũdo a/
grũ fructuoſiorem reddat. Itaqꝫ ideo Saſernæ liber ꝑcipit:neqꝫ de fundo exeat
pręter uillicũ et patronũ et unũ quẽ uillicus legat. Siqs contra exierit:ne impũe
abeat. Si abierit:ut in uillicũ animaduertat. Quod potius ita præcipiẽdũ fuit:
ne qs iniuſſu uillici exierit. neqꝫ uillicus iniuſſu domini longius:ꝗ ut eodẽ die
redierit. Neqꝫ id crebrius:ꝗ opus eſſet fundo. Quarto eundem fundũ fructuo/
ſiorẽ faciũt uecturæ:ſi uiæ ſunt:qua paluſtra agi facile poſſint:aut flumina ꝑ/
pinqua:qua nauigari poſſit.qbus utriſqꝫ rebꝰ euehi atqꝫ inuehi ad multa prę/
dia ſcimus. Refert etiam ad fundi fructus:quemadmodum uicinus in confi/
nio conſitum agrum habeat Si enim ad limitem quercetum habet:non poſſis
recte ſecũdum eam ſiluam ſerere oleam:quod uſqꝫ eo eſt cõtrarium natura: ut
arbores non ſolum minus ferant:ſed etiam fugiãt:ut introrſum in fundum ſe
declinent:ut uitis adſita ad olus facere ſolet:ut quercus ſi iuglandes magnę et
crebræ finitimæ:fœcundiorem faciunt ſterilem.

Quibus rebus agri colant᷑. Cap.xvii.

E fundi quatuor partibꝰ:quæ cũ ſolo hærent:et alteris quatuor quæ
d extra fundũ ad culturam pertinent dixi. Nunc dicam agri quibus re/
bus colant᷑. Quas res alii diuidunt in duas partes:in homines et ad/
minicula hominũ:ſine qbꝰ rebꝰ colere non poſſunt. Alii in tres partes ĩſtrumẽ/
ti genꝰ:uocale:ſemiuocale:et mutũ. Vocale ĩ quo ſũt ſerui. Semiuocale ĩ quo
ſũt boues. Mutũ in quo ſũt plauſtra. Oẽs ii agri colũt᷑ hõĩbꝰ ſeruis aut libe/
ris aut utriſqꝫ. Liberis:aut cũ ipſi colũt:ut pleriqꝫ pauperculi cũ ſua progenie:

aut mercenariis et cõducticiis liberoꝝ operis. Res maioris:ut uĩdemias et fœ/
niſicia adminiſtrãt ii:quos obæratos noſtri uocitarunt:ut etiã nũc ſunt in aſia
atq; ægypto et in illyrico cõplures. De qbꝰ uniuerſis hic dico. Grauia loca uti/
lius eſſe mercenariis:q̃ ſeruis coli:et in ſalubribꝰ quoq; locis opa ruſtica maio/
ra:ut ſũt ĩ cõdẽdis fructibus uindemiæ aut meſſis. De his cuiuſmodi eẽ opor/
teat: Caſſius ſcribit hæc. oparios parãdos eẽ:q laborẽ ferre poſſint:ne minores
annoꝝ uigintiduoꝝ et ad agriculturã dociles. Eã coniecturã fieri poſſe ex alia/
rũ rerũ imperatis:et more incolarũ e nouiciis requiſitio ad priorẽ dominũ qd
factitarẽt. Mancipia eſſe oportere neq; formidoloſa:neq; animoſa. Qui pręſint
eẽ oportere:q litteris ſint aliqua humanitate ĩbuti frugi ætate maiore:q̃ opa/
rios quos dixi. Facilius enim his:q̃uis minores natu dicto ſũt audiẽtes. Pręte/
rea potiſſimũ eos præeſſe oportet:q periti ſint reꝝ ruſticaꝝ. Nõ ſolũ.n. debere
imperare ſed etiã facere:ut facientẽ imitẽtur:et ut aĩaduertãt eũ cũ cã ibi p̃eſſe:
q; ſcientia præſtet. Neq; illi cõcedendũ ita imperare:ut uerberibus coerceat po/
tiuſq̃ uerbis. Et (ſi mõ id efficere poſſis) neq; eiuſdẽ natiõis pluris parãdos eẽ.
Ex eo.n. potiſſimũ ſolere offenſiões domeſticas fieri. Præfactos alacriores fa/
ciũdos p̃miis ad faciũda dãdaq; opera ut habeãt peculiũ et cõiũtas conſeruaſ:
e qbus habeãt filios:eo.n. fiũt firmiores:ac cõiũctiores fundo. Itaq; pp has co/
gnatiões epirotic̨ę familiæ ſunt illuſtriores ac cariores. Ad iniiciẽdã uolupta/
tẽ his:præfecturæ honore aliquo habẽdi ſũt:et de operariis q præſtabũt aliq.
Cõmunicãdũ quoq; cũ his quæ faciũda ſint opera. Quod ita cũ ſit: minus ſe
putant deſpici:atq; aliquo numero haberi a dño. Studioſiores ad opus fieri li/
beralius tractãdo:aut cibariis aut ueſtitu largiore:aut remiſſione operis:cõceſ/
ſioneue:ut peculiare aliquid in fundo paſcere liceat huiuſcemodi rerum. Aliis
ut qbus quid grauius ſit imperatũ:aut aĩaduerſum:qui conſolãdo eoꝝ reſti/
tuat uoluntatem ac beniuolentiam in dominum.

**De numero familiæ ruſticalis:et quot operis quiſq; ager coli poſſit:et de
modo cuiuſq;. Cap. xviii.**

Amiliam Cato dirigit ad duas metas:ad certũ modũ agri: et genus
f ſationis:ſcribens de oliueris et uineis:ut duas formulas. Vnã in qua
præcipit quõ oliuetum agri iugerum ducentoꝝ quadraginta ĩſtrue/
re oporteat. Dicit enim in eo modo hęc mancipia tredecim habẽda. Villicum
uillicam:operarios qnq;:bubulcos tres:aſinarium unum:ſubulcum unũ:opi/
lionem unum. Alteram formulam ſcribit de uinearum iugeribus centũ:ut di/
cat habere oportere hæc quindecim mancipia. Villicũ uillicam operarios de/
cem:bubulcũ unum:aſinarium unum:ſubulcum unũ. Saſerna ſcribit ſatis eſſe
ad iugera octo hominem unum. Ea debere eum fodere diebus quadraginta/
ut partus idoneus tẽpore fiat. Duodecĩo enĩ mẽſe die decimo aiũt naſci. Quę poſt tẽpus naſcunt̃:fere uitioſa atq; inutilia exiſtunt. Admittere oportet:cũ tẽpus ãni uenerit:bis die mane et ueſpere: Petoriga enĩ appellat̃ qſqs admittit:eo enim adiutãte equę alligatę celerius admittuntur: neq; equi fruſtra cupiditate impulſi ſemen eiiciunt. Quoad ſatis ſit admitti ipſę ſignificãt: ꝙ ſe defendũt. Si faſtidium ſaliendi eſt:ſcyllę medium conterunt cum aqua ad mellis craſſitudinem. Tum ea rę naturam equę cum menſes ferunt:tãgunt. Contra ab locis equę nares maris tangũt:tametſi incredibile quod uſu uenit memorię mãdãdum. Cum equus matrem ut ſaliret adduci non poſſet:cum capite obuoluto auriga adduxiſſet:et coegiſſet matrem inire: cum deſcendẽti dempſiſſet ab oculis: ille impetum fecit in eum:ac mordicus ĩterfecit. Cum conceperĩt equę: uidẽdum ne aut laborẽt pluſculũ:aut ne frigidis ſint locis:ꝙ algor maxime p̃gnãtibus obeſt. Itaq; ĩ ſtabulis et humore prohibere oportet humũ:clauſa habere oſtia ac feneſtras:et inter ſingulas a pręſepibus ĩteriicere lõgorios:qui eas diſcernãt:ne inter ſe pugnare poſſint. Pręgnãtem neq; implere cibo: neq; eſurire oportet. Alternis qui admittunt:diuturniores equos et meliores pullos fieri dicunt: Itaq; ut reſtibiles ſegetes eſſent exuctiores: ſic quot ãnis quę pręgnantes fiant. In decẽ diebus ſecũdũ partum cũ matribus ĩ pabulum prodigẽdum. Ne ungulas cõmuterſtercus cauebit. Quinquemeſtribus pullis factis cum redacti ſunt in ſtabulũ:obiiciendum farinam ordeaceã mollitã cũ furfuribus:et ſiqd aliud terra natũ libenter edũt. Anniculis iam factis dãdum ordeum et furfures uſq;:quoad erunt lactãtes. Neq; prius biẽnio confecto a lacte remouendum. Eoſq; cum ſtent cum matribus: interdum tractandum: ne cum ſint diſiuncti exterreant̃. Eadẽq; cã ibi frenos ſuſpẽdendum:ut oculi cõſueſcãt et uidere eorum faciẽ:et e motu audire crepitus: Cũ iam ad manus accedere conſuerit interdum imponere his puerum bis aut ter pronum:interdũ ĩ uẽtrẽ:poſtea iã ſedẽtem:hoc facere cũ ſit trimus:tum enim maxime creſcere:et lacertoſum fieri. Sũt qui dicãt poſt ãnũ et ſex mẽſes equulũ domari poſſe. Sed melius poſt trimũ a quo tẽpore farrago dari ſolet. Hęc enim purgatio maxĩe neceſſaria equĩo pecori:ꝙ diebus decẽ facere oportet:nec pati ullũ cibum aliũ guſtar̃. Ab undecimo die uſq; ad decimũquartũ dandum ordeum: quotidie adiiciẽdo minutatim. Quod quarto die feceris. In eo decẽ diebus proximis manendũ. Ab eo tempore mediocriter exercẽdũ:et cũ ſudauerit oleo pungẽdũ. Si frigus erit: in equili faciẽdus ignis. Equis ꝙ alii ſunt idonei ad rẽ militarem:alii ad uecturã: alii ad admiſſurã.alii ad curſurã:alii ad p̃dam:nõ item ſunt ſpectãdi atq; habẽdi. Itaq; peritus belli alios eligit:atq; alit ac docet. Aliter quadrigarius ac deſultor: Neq; idẽ qui uectorios facere uult:ad ephippiũ aut ad p̃dã:q̃ ut ad rẽ militarẽ:ꝙ ibi habere ad caſtra uolũt acies. Sic cõtra in uiis habere malũt placidos: propter quod diſcrimen maxime ĩſtitutum ut caſtrentur equi. Dẽptis enim teſticulis fiunt quietiores: et ideo ꝙ ſemine carẽt. Ii canterii appellantur:ut ĩ ſui-

bus maiales:in gallis gallinaceis capi. De medicinis uel plurima ſunt in equis
et ſigna morbo℞ et genera curationũ:quę paſtorē ſcripta habere oportet. Itaq;
ab hoc ĩ gręcia potiſſimũ medici pecorũ κτηνοιατροι appellati.

De Mulis et hinulis. Cap.viii.

c Vm hęc loquerenť:uenit a Menate libertus:q dicit liba abſoluta eē:et
rem diuinam paratam:ſi uellent:uenirent illuc:et ipſi pro ſe ſacrifica/
rent: Ego uero inq̃:uos ire non patiar: anteq̃ mihi reddideritis tertiũ
actum:de mulis:de canibus:de paſtoribus. Breuis oratio de iſtis inquit Muti/
us. Nam multi et item bigeneris atq; inſititii non ſuopte genere ab radicibus.
Ex equa enim et aſino fit mulus. Contra ex equo et aſina hinulus. Vterq; eo℞
ad uſum utilis:partus fructus uẽter. Pullũ aſininũ a partu recentem ſubiciunt
equę:cuius lacte ampliores fiunt:q; id lac q̃ aſininum ac omnia alia dicunt eſſe
melius. Pręterea educant eum paleis fœno ordeo. Matri ſuppoſiticię quoq; in/
ſtruũt:quo equa ad miniſterium lactis cibum pullo prębere poſſit. Hic ita edu/
ctus a bimo poteſt admitti. Neq; enim aſpernatur propter cõſuetudinem eqnã:
Hunc minorem ſi admiſeris et ipſe citius ſeneſcit:et quę ex eo concipiuntur fi/
unt deteriora. Qui non habẽt eum aſinum:quem ſuppoſuerunt equę: et aſinũ
admiſſarium habere uolũt.de aſinis quẽq; ampliſſimũ et formoſiſſimum quẽ
poſſunt eligunt. quiq; ſeminio natus ſit bono:arcadico ut antiqui dicebant: ut
nos experti ſumus reatino: ubi tricenis ac quadringentis milibus admiſſarii ali/
quot uenierunt. Quos emimus itẽ ut equos:ſtipulamurq; in emendo: ac faci/
mus ĩ accipiẽdo idẽ quod dictum ẽ in equis. Hos paſcimus pręcipue fœno atq;
ordeo:et id ante admiſſuram largius facimus:ut cibis ſuffũdamus uires ad fœ/
turam eo tẽpore:quo equos adducẽtes. Idẽq; ut ineat equas porigas curamus.
Cum peperit equa:mulũ aut mulã nutricãtes educamus. Hi ſi ĩ paluſtribus lo/
cis et uliginoſiſ nati habẽt ungulas molles. Iidẽ ſi exacti ſunt ęſtiuo tẽpore in
mõtes:qđ fit in agro reatino:duriſſimis ungulis fiunt. In grege mulorum pa/
rando:ſpectãda ętas et forma. Alterum ut uecturis laborẽ ſufferre poſſit: alterũ
ut oculis aſpectum delectare queat. His enim binis cõiũctis oĩa uehicula ĩ uiis
ducuntur. Hęc me reatino auctore probares mihi ĩquit:niſi tu ipſe domi equa/
rum greges haberes:ac mulorũ greges uẽdidiſſes. Hinulus qui appellatur: ex
equo et aſina:minor q̃ mulus corpore:plerũq; rubicundior:auribus ut equinis
iubam et caudam ſimilem aſini. Item in uentre eſt ut equus duodecim men/
ſes. Hoſce item ut equulos et educunt et alunt: et ętatem eorum ex dentibus
cognoſcunt.

De Canibus. Cap.viiii.

r Elinquitur ĩquit Atticus de quadrupedibus qđ ad canes attinet: ma/
xime ad nos:qui pecus paſcimus lanare. Canis enim ita cuſtos ẽ pecoq/
ris. Ouis:q; eo comitetur:indiget ad ſe defendẽdũ. In quo genere ſunt
maxime oues: deinde caprę. Has enim lupus captare ſolet: cui opponimus

canes defenſores. In ſuillo pecore tñ ſũt:quę ſe uendicent ſues:nerres:maiales:
ſcrofæ.prope enim hæc apris qui in ſiluis ſæpe dentibꝫ canes occiderũt. Quid
dicam de pecore maiore:cũ ſciam muloꝝ gregẽ cũ paſceret̃:eoq; uenisſet lu-
pus:ultro mulos circũfluxiſſe et ungulis cędendo eũ occidiſſe:et tauros ſolere
diuerſos aſſiſtere clunibus cõtinuatos et cornibꝫ facile ꝑpulſare lupos: Quare
de canibꝫ quoniã genera duo. Vnũ uenaticum:et pertiet ad feras ac ſilueſtres.
Alterum quod cuſtodię cauſa paratur:et pertinet ad paſtorem. Dicã de eo ad
formã artis diſpoſitam in nouẽ partes. Primũ idonea ætate parãdi: ꝙ catuli et
ueruli neq; ſibi neq; ouibus ſunt præſidio:et feris beſtiis nõnunq̃ prædæ. Fa-
cie debẽt eſſe formoſi: magnitudine ampla:oculis nigrãtibꝫ aut rauis:et nari-
bus congruẽtibus:labris ſubnigris aut rubicũdis:neq; reſimis ſupioribꝫ: neq;
pendulis ſubtus mẽto ſuppreſſo:et ex eo enatis dentibus duobꝫ dextra et ſini-
ſtra paulo eminus ſuperioribus directis potius q̃ brochis:acutos quos habeãt
labro tectos:capitibꝫ et auriculis magnis ac flaccis:craſſis ceruicibꝫ ac collo:i-
ternodiis articulorum longis cruribus rectis:ac potius uariis q̃ uaciis:pedibus
magnis altis qui ingredienti ei diſplodãt̃:digitis diſcretis:unguibꝫ duris ac-
curuis:talo nec ut corneo nec nimiũ duro:ſed ut fermentato ac molli: a femi-
nibus ſummis corpore ſuppreſſo. Spina neq; eminula neq; curua:cauda craſ-
ſa:latratu graui:hyatu magno:colore potiſſimũ albo:ꝙ in tenebris ſpecie leo-
nina. Præterea fœminas uolunt eſſe mãmoſas æqualibus papillis. Item uiden-
dum ut boni ſeminis ſint. Itaq; a regiõibus appellant̃ lacões epirotici ſalamã-
tini. Videndũ ne a uenatoribꝫ aut laniis canes emas. Alteri ꝙ ad pecus ſequẽ-
dũ inertes:Alteri ſi uiderint leporem aut ceruum:eũ potius q̃ oues ſequentur.
Quare aut a paſtoribus empta melior:quæ oues ſeq cõſueuit:aut ſine ulla cõ-
ſuetudine quę fuerit. Canis enim facilius quid aſſueſcit. Eaq; firmior conſue-
tudo quæ ſit ad paſtores. q̃ quæ ad pecudes. Publiꝰ Aufidius Põtianus Ami-
terninꝰ:cum greges ouium emiſſet in umbria ultima:quibꝫ gregibꝫ ſine pa-
ſtoribus canes acceſſiſſent:paſtores ut deduxerũt in metapõtinos ſaltus et he-
racleæ emporiũ: inde cum domum rediſſent:qui ad locũ deduxerant:e de-
ſiderio hominũ diebus paucis poſtea canes ſua ſponte:cum dierũ multoꝝ uia
intereſſet:ſibi ex agris cibaria præbuerunt:atq; in umbriam ad paſtores redie-
runt. Neq; eorum quiſq̃ fecerat:qđ in agricultura Saſerna præcepit. Qui uel-
let ſe a cane ſectari:uti ranã obiiciat coctam. Magni intereſt ex ſemine eſſe ca-
nes eodem:ꝙ cognati maxime inter ſe ſunt pręſidio. Sed ꝙ canũ de emptione
fit alterius:cum a priore domino ſecũdo traditum eſt. De ſanitate et noxa ſti-
pulationes fiunt eædẽ quę in pecore:niſi ꝙ hoc utiliter exceptũ eſt. Alii preciũ
faciũt ĩ ſingula capita canũ. Alii ut catuli ſequãt̃ matrẽ. Alii ut bini catuli uniꝰ
canis numerũ obtineãt:ut ſolẽt bini agni ouis. Pleriq; ut accedãt canes q cõ-
ſueuerũt eſſe una. Cibatus canis ꝓpior hoĩs q̃ ouis. Paſcit̃ enĩ e culina et oſſi-
bus nõ herbis aut frõde. Diligẽter ut habeat cibaria ꝓuidẽdũ. Fames enĩ hoſ

ad quærendũ cibum ducet ſi nõ dabit̃:et a pecore abducet. Si nõ præbebitur
niſi ut qdã putãt et illuc peruenerint:ꝓuerbiũ attollunt antiquũ:uel etiam ut
aperiãt de Actęone atq; in dñm afferãt dẽtes. Nec nõ ita panẽ ordeaceũ dãdũ:
ut nõ potius eũ ĩ lacte des ĩtritũ:ꝙ ei cõſueti cibo uti a pecore nõ cito deſiſcũt.
Morticinæ ouis nõ patiuntur ueſci carne:ne ducti ſapore minus ſe abſtineant.
Dãt etiã his ex oſſibus et ea ipſa oſſa cõtuſa:dẽtes.n.facit firmiores et os ma/
gis patulũ. Propterea ꝙ uehementius malæ deducuntur:acrioreſq; fiũt ꝓpter
medullarũ ſaporem. Cibum capere cõſueſcunt interdiu:ubi paſcunt̃.ueſperi:
ubi ſtabulantur. Fœturę principiũ admittendi faciunt ueris principio:tũ enim
dicunt̃ catulire.i.oſtendere ſe uelle maritari. Quæ cum admiſſæ:patiunt circi/
ter ſolſtitio:prægnantes enĩ ſolent eſſe ternos mẽſes. In fœtura dandum poti⁹
ordeaceos q̃ triticeos panes:magis enim eo aluntur:et lactis præbent maiorẽ
facultatem. In nutricatu ſecundũ partum ſi plures ſunt:ſtatim eligere oportet
quos habere uelis:reliquos abiicere. Quãpauciſſimos relinques:tam optimi ĩ
alẽdo fiunt ꝑꝑ lactis copiã. Subſternit̃ eis acus aut quid aliud:ꝙ meliore cubi/
culo facilius educunt̃. Catuli uiginti diebus uidere incipiũt. Duobus mẽſibꝫ
primis a partu nõ diſiungũtur a matre:ſed minutatim deſuefiũt. Educũt eos
plures in unũ locũ et iritant ad pugnãdũ quo fiãt acriores:neq; defatigari pa/
tiuntur quo fiãt ſegniores. Conſuefaciunt quoq; ut alligari primũ poſſint le/
uibus numellis:quas ſi ab rodere conãt̃:ne id cõſueſcãt facere uerberibus eos
deterrere ſolent. Pluribus diebus cubilia ſternẽda frõde aut pabulo duabus de
cauſis:ut ne oblinãtur:aut perfrigeſcant. Quidã eos caſtrãt ꝙ eo minus putãt
relinquere gregẽ. Quidã nõ faciũt:ꝙ eos credũt minus acres fieri. Quidã nu/
cibus græcis ĩ aqua tritis perungũt aures et ĩter digitos:ꝙ muſcæ et ricini pu/
blice ſoleant(ſi hoc unguine nõ ſis uſus)ea exulcerare. Ne uulnerent̃ a beſtiis:
imponũt̃ his collaria:quæ uocant̃ meliũ:id ẽ cingulũ circũ collũ ex corio fir/
mo cũ clauis capitatis:quæ ĩtra capita ĩſuit̃ pellis mollis: ne noceat collo du/
ricia ferri. Quod ſi lupus aliuſue qs his uulnerat⁹ ẽ:reliquos quoq; canes facit:
q id nõ habẽt:ut ſint ĩ tuto. Numerus canũ ꝓ pecoris multitudĩe ſolet parari.
Fere modicũ eſſe putãt:ut ſinguli ſequãt̃ ſingulos opiliones:de quo numero
ali⁹ aliũ modũ cõſtituit. Quod ſi ſũt regiões ubi beſtię ſint multę:debẽt plu/
res eſſe.quod accidit iis:q p calles ſilueſtres longinquos ſolẽt cõmitari ĩ ęſtiua
ac hyberna. Villatico uero gregi ĩ fũdũ ſatis eẽ duos:et id marẽ et fœminã. Ita
enĩ ſũt aſſiduiores:ꝙ cũ altero idẽ fit acrior:et ſi alter indeſinẽter ęger ẽ:ne ſine
cane grex ſit. Cũ circũſpiceret neqd ꝑteriſſet:hoc ſilẽtiũ ĩquã uocabulũ ad ptes.

De paſtoribus. Cap.viii.

Eliquũ.n.ĩ hoc actu quot et qd genus ſint habẽdi paſtores. Coſſini⁹
r ad maiores pecudes ætate ſuperiores ad minores ẽt pueros:ut utroq;
hoꝶ firmiores q ĩ collibus uerſent̃:q̃ eos q quotidie ĩ uillã quotidie ĩ
fũdo redeãt. Itaq; ĩ ſaltibꝫ licet:uidere iuuẽturẽ et eã fere armatã:cũ ĩ fũdis nõ

mõ pueri ſed & puellę paſcãt. Qui paſcũt: eos cogere oportet ĩ paſtiõe dıẽ rotũ
paſcere cõmunitet. Contra pernoctare ad ſuum quenq; gregẽ. Eſſe omnes ſub
uno magiſtro pecoris eum eſſe maiorẽ natu potius q̃ alıos: et peritiorem q̃ re/
liquos. Quod ĩs q ætate et ſcienria præſtat: animo æquiore reliqui parenr. Ita
tamen oportet ætate præſtare: ut ne propter ſenecturem minus ſuſtinere poſſit
labores. Neq; enim ſenes neq; pueri collium difficulratem aut montiũ ardui/
tatem atq; aſperiratem facile ferunr: quod patiendũm illis qui greges ſequũt:
præſertim armenticios ac caprinos: qbus rupes ac ſiluæ ad pabulãdum cordi.
Formæ hominũ legende: ut ſint firmæ ac ueloces: mobıles expedıtis mẽbris:
qui nõ ſolum pecus ſequi poſſint: ſed etiam a beſhis ac prędonibus defende/
re: qui onera extollere in iumẽta poſſinr: qui excurrere q iaculari. Nõ oĩs apta
natioq; neq; baſculus neq; turdulus idõei: galli appoſiti ſed maxĩe ad ıumẽ/
ta. In ẽptionibus dominiũ legitimũ ſex fere res perficiũt: ſi hæreditarẽ iuſtã
adiit: ſi ut debuıt mãcipio ab eo accepit a quo iure ciuili potuit: aut ſi ĩ iure cui
ceſſit potuit cedere: et id ubi oportuit ibi aut uſucepit: aut ſi e p̃da ſub corona
emit. Tũ ne cum in bonis ſectione ne cuius publice uenit. In hoꝝ aũt emptiõe
ſolet accedere peculium: aut ſi excipier ſtipulatio ĩtercedere: ſanũ eũ eſſe: furtis
noxiiſq; ſolutũ. Aut ſi mancipio nõ detur dupla promitti: aut ſi ita pacti ſim/
plam. Cibus eorum debet eſſe interdiu ſeparatim uniuſcuıuſq; gregis. Veſper/
tinus in cœna qui ſit ſub uno magiſtro communis. Magiſtrũ prouidere opor/
tet: ut omnia ĩſtrumenta ſequantur: quæ pecori et paſtoribus opus ſinr: maxĩe
ad uictum hominum et ad medicinã pecudũ. Ad quã rẽ habent iumẽta doſ/
ſuaria domini: alii equas: alii p̱ his quid aliud: quod onus dorſſo ferre poſſit.
Quod ad fœturam humanã pertinet paſtorum: qui ĩ fundo perpetuo manẽt:
facile eſtiq; habeant conſeruã ĩ uilla: nec hac uenus paſtoralis lõgius qd quæ/
rit. Qui aũt ſunt in ſaltibus et ſiluẽſtribus locis paſcũt: et nõ uilla ſed caſis re/
pentinos imbres uitãt: his mulieres adiungere: quæ ſequãtur greges: ac ciba/
ria paſtoribus expediant: eoſq; aſſiduiores faciãt: utile arbitrati multi. Sed eas
mulieres firmas eſſe oportet: non turpes quæ in opere multis regiõıbus nõ ce/
dãt uiris: ut in illirico paſſim uidere licet. Quæ uel paſcere pecus uel ad focum
afferre ligna ac cibum coquere uel ad caſas inſtrumentum ſeruare poſſinr. De
nutricatu hoc dico: eaſdẽ fere et nutrices et matres. Simul aſpicit ad me: et ut
te audio dicere inquit: cũ in lyburniam ueniſſes: te uidiſſe matreſfamilias eoꝝ
afferre ligna: et ſimul pueros quos alerenr: alia ſingulos: alias binos: quæ oſtẽ/
dunt fœtas noſtras: quæ in conopeis iacenr dies aliquot eſſe leni mucidas et
contemnendas. Cui ego. Certe inqua. Nam in illyrico hoc amplius: prægnã/
tem ſæpe cũ uenit pariendi tp̃s: non longe ab opere diſcedere: ibiq; enixã puo/
tum referre: quem non peperiſſe: ſed inueniſſe putes. Nec nõ etiã hoc: quas uir/
gines ibi appellant: nõ nunq̃ annorum uiginti: quibus mos eorum non dene/
gauit ante nuptias: ut ſuccumberent quibus uellent: et incomitatis ut uagari

liceret:et filios haberēt e qbꝫ uellēt.Quę ad ualitudinē ptinent hoīum ac pe
coris:et ſine medico curari poſſint:magiſtrū ſcripta oportet hēe.Is.n.ſine litte
ris idoneus nō ē:ꝗ rōnes dominicas pecuarias cōficere necquicq̄ recte poteſt.
De numero paſtorꝫ alii anguſtius:alii laxius cōſtituere ſolēt. Ego ī octogenas
hirtas oues ſingulos paſtores cōſtitui:Atticus ī cētenas.Greges ouiū:ſed ma
gnos quos miliarios faciunt quidā:facilius de ſumma hoīum detrahere poſ
ſunt:q̄ de minoribus:ut ſūt Attici.Tremellius.Septingēnari enī mei ut opi
nor:tu octīgenarios habuiſti.Nec tn̄ nō ut nos arietū decimā partē.Ad equarꝫ
gregē qnquagenariū bini hoīes:utiqꝫ uterqꝫ horꝫ ut ſecū habeat equas domi
tas ſingulas in his regionibus:in quibus ſtabulari ſolent.Equas abigere:ut in
apulia et in lucanis accidit ſæpe.

De lacte:caſeo:lana. Cap.ix.

Voniā pmiſſa abſoluimus:eamus īqt.Sed inq̄ qd adieceritis?De ex
q traordinario pecudū fructu prædictū ē:de lacte ī eo et tonſura lanæ.
Eſt enī lac oīum rerū quas cibali cauſa cupimus liquēriū maxīe ali
bile:et id ouilū īde caprinū.Quod aūt maxīe pputget ē equinū:tū aſininum:
deinde bubulū:tū caprinū.Sed horꝫ ſunt diſcrimīa quædā:et a paſtionibus:et
a pecudū natura:et mulctu.A paſtionibꝫ:ꝗ fit ab hordeo et ſtipula et oīno ari
do et firmo cibo pecude paſta:Ad ppurgādū ea quę uiridi paſcuo magis fluſ
ſe ex herba quę ipſa ſūpta ppurgare corpora nr̄a ſolet.A pecudū natura:ꝗ lac
melius ē a ualentibꝫ et ab aliis:quæ nōdū ueteres ſūt:q̄ ſi ē cōtra. A mulgen
do atqꝫ ortu optimum eſt id:quod neqꝫ enim longe abeſt a mulſo:neqꝫ a par
tu cōtinuo ē ſumptū.Ex hoc lacte caſei qui fiunt maximi cibi ſunt bubuli:et
qui difficillime trāſeant ſūpti.Secūdo ouili minimi cibi:et q facillime deiciā
tur caprini.Et etiam eſt diſcrimen:utrum caſei molles ac recentes ſint:an ari
di et ueteres.Cū molles ſint alibiles magis in corpore nō reſides:ueteres et ari
di contra.Caſeū facere incipiūt a uergiliis uernis exortis ad ęſtiuas uergilias.
Mulgent uere ad caſeū faciundum mane:aliis temporibus meridianis horis:
tametſi ppter loca et pabulū diſparile nō uſqꝫquaqꝫ idem fit. Lactis duos cō
gios addunt coagulū magnitudine oleę ut coeat:quod meliꝰ leporinū et ędi
nū q̄ agninum.Alii pro coagulo addūt de fici ramo lac:et acetum aſpergūt.
Itē aliis aliquot rebꝫ:qđ gręci appellāt alii opon alii draconō.Nō negarim īq̄
ideo apud diuę Rumię ſacellū a paſtoribꝫ ſatā ficū.Ibi.n.ſolēt ſacrificare lacte
p uino et p lactēribꝫ.Māmę.n.rumis ſiue ruminare:ut āte dicebāt:a rumi: et
īde ſubrumi dicūt agni lactētes a lacte.Quī aſpgi ſolēt ſales:melior ē foſſilis
q̄ marinus.De tōſura ouiū primū aīaduerto āteq̄ īcipiā facere:nū ſcabiē et ul
cera habeat:ut ſi opus ē ante curent:q̄ rondeāt.Tonſurę tp̄s inter æquinoctiū
uernū et ſolſtitiū cū ſudare inceperint oues:a quo ſudore recēs lana tōſa ſucci
da ē appellata.Tonſas recentes eodem die perungunt uino et oleo:non nemo
adiūcta cęra alba et adipe ſuillo.Et ſi ea tecta ſolet eſſe quā pellē habuit īrectā;

eam intrinſecus eadē re pungunt:et tegunt rurſus. Si qua ī tōſura plagā acce-
pit:eū locū adlinūt pice liqda. Oues hirtas tondēt circiter ordeaceā meſſem:in
aliis locis fœniſicia. Quidā has in āno bis tōdet:ut in hiſpania citeriore:ac ſe-
meſtres faciūt tōſuras:duplicē impendūt operāꝙ ſic plus putāt fieri lanę:quo
nomine quidā bis ſecāt prata. Diligētiores tegeticulis ſubiectis oues tondere
ſolent:ne q̄ floci intereāt. Dies ad eā rem ſumunt̄ ſereni:et iis id faciunt fere a
quarta ad decimā horā. Cū ſole callidiore tonſa et ſudore eius lana fit mollior
et ponderoſior et colore meliore. Quā demptā et cōglobatā alii uellera:alii ne-
lumina appellant. Ex quoꝝ uocabulo animaduerti licet:prius lanam uulſurā
q̄ tonſurā inuentā. Qui etiam nunc uellunt:ante triduo ieiunas habent:ꝙ lā-
guidæ minus ægre radices lanæ retinent. Oīno tonſores in italia primū ueniſ-
ſe ex ſicilia dicunt. P. R. cōſ. an. ccccliiii. ut ſcriptū in publico ardeæ in lr̄is ex-
tat:eoſq; adduxiſſe Publiū Ticiniū Menā. Olim tōſores nō fuiſſe aſſignificāt
antiquoꝝ ſtatuæ:ꝙ plerę q; habent capillū et barbam magnā. Suſcipit Coſſi-
nius. Vt fructū ouis e lana ad ueſtimētū:ſic capra pilos adminiſtrat ad uſū nau-
ticū et ad bellica tormēta et fabrilia uaſa. Neq; non quaſdā nationes harū pel-
libus ſunt ueſtitæ:ut in getulia et ſardinia. Cuius uſum apud antiquos quoq;
græcos fuiſſe apparet:ꝙ in tragœdiis ſenes ab hac pelle uocantur diphtheriæ:
et in comœdiis qui in ruſtico opere morāt̄:ut apud Ceciliū in hypobolymęo
habet adoleſcens:apud Terentiū in eautontimorumenō ſenes tōdent̄. Quod
magnis uillis ſunt in magna parte phrygiæ:unde cilicia et cętera eius generis
ſolēt fieri. Sed ꝙ primū ea tōſura ī cilicia ſit inſtituta:nomen id cilicas adieciſ-
ſe dicūt. Illi hoc. Neq; ab hoc ꝙ mutaret Coſſinius:et ſimul Vituli libertus in
urbē ueniēs ex hortis diuertit̄ ad nos:et ait: Ego ad te miſſus inqt:ibam do-
mum rogatū:ne diem feſtum faceres breuiorem:et mature uenires. Itaq; di-
ſceſſimus. Ego et Scrofa in hortos ad Vitulum nigrum Turanium. Mox illi
partim domum:partim ad lenatem.

# MARCI TERENTII VARRONIS RERVM RVSTICARVM LIBER TERTIVS ET VLTIMVS.

## PREFATIO.

De uillaricis paſtionibus. Cap. i.

VM DVAE VITAE TRADITAE SINT ho-
minum:ruſtica et urbana. Q. Pinni dubium nōeſt:qu
hæ non ſolum loco diſtinctæ ſint:ſed etiā tempore di-
uerſam originem habeant. Antiquior eſt enim multo
ruſtica:ꝙ fuit tempus:cum rura colerent homines:neq;
urbem haberēt. Etenim uetuſtiſſimum oppidum cum
ſit traditum græcum boetiæ thebæ:quod rex Ogyges
ædificauit:in agro romano roma:quā Romulus rex. Nam in hoc deniq; nūc

eſt ut dici poſſit: Nõ tum Ennius ſcripſit ſeptingenti ſunt paulo plus aut minus ãni: auguſto augurio poſtquã inclita cõdita roma eſt. Thebæ quæ ãte cataclyſmon Ogygi cõditæ dicunt̃: eæ tñ circiter duo milia annoꝝ et centũ ſũt. Quod tempus ſi referas ad illud principium quo agricolæ ſunt cœpti: atqꝫ in caſis et tuguriis habitabãt: nec murus et porta quid eſſet ſciebãt: immani numero annorum urbanis agricolę præſtant. Nec mirum: ꝙ diuina natura dedit agros: ars humana ædificauit urbes. Cum artes omnes dicantur in græcia inter mille annorum repertæ: agri nũquã non fuerunt in terris: qui colli poſſint. Neqꝫ ſolum antiquior cultura agri: ſed etiam melior. Itaqꝫ non ſine cauſa maiores noſtri ex urbe in agros redigebãt ſuos ciues: ꝙ et ĩ pace a ruſticis romãis alebãtur: et in bello ab his tuebãtur et alebãtur. Nec ſine cauſa terrã eandẽ appellabãt matrẽ et cererem: et qui eã colerẽt: piam et utilem uitam agere credebãt: atqꝫ eos ſolos reliqas eſſe ex ſtirpe ſaturni regis. Cui cõſentaneũ eſt: ꝙ initia uocant̃: potiſſimũ ea quæ Cereri fiunt ſacra. Nec minus quoqꝫ oppidi nomen thebæ indicat antiquiſſimum eſſe agrum: quod ab argin græce nõ a cõditore nomen ẽ ei impoſitũ. Nã lingua priſca et in græcia æoles boetii ſine afflatu uocãt æolis tebas: et ĩ ſabinis quo e græcia uenerũt pelaſgi: et nũc ita dicũt. Cuius ueſtigiũ ĩ agro ſabino uia ſalaria nõ lõge a reate miliari9 cliuus appellat̃. Thebæ cũ agriculturã prĩo ꝑpter paupertatẽ maxĩe ĩdiſcretã haberent: ꝙ a paſtoribus qui erant orti in eodem agro et ſerebant et paſcebant: quæ poſtea creuerũt pecunia diuiſerũt: ac factũ ut dicerẽtur alii agricolæ alii paſtores. Quæ ipſa ps duplex ẽ tametſi a nullo ſatis diſcreta: ꝙ altera ẽ uillatica paſtio: altera agreſtis. Hæc nota et nobilis: quæ et pecuaria noĩat̃: et multũ hoĩes locupletes ob eã rẽ aut cõductos aut emptos habẽt ſaltus. Altera uillatica: ꝙ humilis uidet̃ a qbuſdã: adiecta ad agriculturã cũ eſſet paſtio neqꝫ explicata tota ſeparatim. ꝙ ſciã ab ullo. Itaqꝫ cũ putarẽ eẽ reꝝ ruſticaꝝ quę cõſtituta ſũt fructus cauſa tria genera: unũ de agricultura: alterũ de re pecuaria: tertiũ de uillaticis paſtiõibus: tres libros cõſtitui. E qs duos ſcripſi: primũ ad Fundaniã uxorem de agricoltura: ſecũdũ de pecuaria ad Turãnium nigrũ. Qui reliquus eſt tertius de uillaticis fructibus in hoc ad te mitto: ꝙ uiſus ſum debere ꝑ noſtra uicinitate et amore ſcribere potiſſimũ ad te. Cũ enim uillã haberes opere tectorio et inteſtino ac pauimẽtis nobilibus lithoſtrotis ſpectãdã parũ putaſſes eſſe: ni tuis quoqꝫ litteris exornati parietes eſſent. Ego quoqꝫ quo ornatior ea eſſe poſſet fructu ꝙ̃ factu: quoad facere poſſẽ ad te miſi hęc: recordatus de ea re ſermões quos de uilla pfecta habuiſſem9. De qbꝰ exponẽdis initiũ capiã hinc.

Tractatus. Cap. ii.

Omitiis ediliciis cum ſole caldo ego atqꝫ Axius ſenator tribulis ſuffragium tuliſſemus: et candidato cui ſtudebamus uellemus eſſe pręſto: cum domum rediret Axius inibi dum dirimerent̃ inquit ſuffragia: uis potius uillæ publicæ utamur umbra: ꝙ̃ priuati cãdidati tabella dimi-

diata ædificemus nobis? Opinor inquã non ſolũ quod dicit: Malum conſiliũ
conſultori eſſe peſſimũ: ſed etiã bonum conſilium q conſulit et qui conſulitur
bonũ habendũ. Itaq; imus: uenimus in uilla. Ibi apium Claudiũ augerem ſe-
dentem inuenimus in ſubſelliis: ut conſuli: ſi qd uſus popoſciſſet: eſſet preſto.
Sedebat ad ſiniſtram eius Cornelius Merula cõſulati familia ortus: et Fircelius
Pauo reatinus: ad dexterã Minutius pica et. M. Petronius Paſſer. Ad quem cũ
acceſſiſſemus. Axius Apio ſubridens recipis nos inquit: in tuũ ornithona ubi
ſedes inter aues? Ille. Ego inqt te: preſertim cuius aues hoſpitales etiã nũc ruc-
tor: quas mihi appoſuiſti paucis ante diebus ĩ uilla reatina ad lacũ uellini eũti
de cõtrouerſiis interamnatiũ et reatinorum. Sed non hæc ĩquit uilla: q̃ q̃ ædifica-
runt maiores noſtri frugalior et melior ẽ: q̃ illa tua ppolita in reatino. Nũc ubi
hic uides citrũ aut aurũ? num miniũ aut armeniũ? nũ qdẽ emblema aut litho-
ſtratum? quæ hic omnia contra aurum. Et cum hæc ſit cõmunis uniuerſi po-
puli: illa ſolius tua. Hæc quo ſuccedant e cãpo ciues et reliq oẽs: illa quo equæ
et aſini. Præterea cum ad rem publicam adminiſtrãdam hæc ſit utilis: ubi co-
hortes ad delectum conſuli adductę conſidant: ubi arma oſtendãt: ubi cenſo-
res cenſu admittant populum tua inquit. s. Axius. Hæc in campo martio ex-
tremo utilis: et non deliciis ſumptuoſior q̃ omnis omnium uniuerſæ reatinæ:
tum enĩ oblita tabulis pictis: nec minus ſignis. At ĩ ea ueſtigium ubi ſit lyſip-
pi aut Antephyli: et crebra ſatoris et paſtoris: et cũ in illa nõ ſit ſine fundo ma-
gno: et eo polito cultura tua: iſta neq; agrum habeat ullũ: neq; bouẽ nec equã.
Deniq; quid tua ſimile uillæ illius quã tuus auus et proauus habebat. Hęc enĩ
ut illa fœniſcia uidet arida ĩ tabula: nec uindemiã in cella: neq; ĩ granario meſ-
ſim. Nam quod extra urbem eſt ædificium: nihilomagis eſt uilla: q̃ eorũ ædi-
ficia qui habitant extra portam flumentanam aut in æmilianis. Apius ſubri-
dens. Quoniam ego ignoro inquit: quid ſit uilla: uelim doceas me: ne labar ĩ
imprudẽtiã: quia uolo emere a. M. Seio in oſtienſi uillã. Quod ſi ea ædificia uil-
læ non ſunt: quæ aſinum tuum quem mihi quadraginta millibus emptũ oſtẽ-
debas: apud te non habent: metuo ne pro uilla emã oſtiæ ĩ littore Seianas ædes.
Quod ædificium hinc me Lucius Merula impulit: ut ceperem habere: cũ di-
ceret ſe nullam accepiſſe uillam: qua magis delectatus eſſet: cum apud eũ dies
aliquot fuiſſet. Nec tñ ibi ſe uidiſſe tabulam pictam: neq; ſignum æneum: aut
marmoreum ullũ. Nihilo magis torcula uaſa uindemiatoria: aut ſerias olea-
rias ac trapetas. Axius reſpicit Merulam: et quid ĩquit eſt uil-
la iſta: ſi nec urbana habet ornamẽta neq; ruſtica mẽbra. Cui ille. Non minus
uilla tua erit ad angulũ uelini: quã nec pictor neq; tector uidit unq̃: q̃ in roſea
quæ eſt polita opere tectorio elegãter: quã dñs habes cõem cũ aſino. Cũ ſigni-
ficaſſet nutu: nihilominus eſſe uillã: ea quæ eſſet ſimplex ruſtica: q̃ eam in quo
eſſet utrunq; et ea et urbana: et rogaſſet quid ex his rebus colligeret. Quid ĩquit
propter paſtiones tuus fundus in roſea probandus ſit: et quia ibi paſcitur pecus ac.

ſtabulatur recte uilla appellaᵗ.Hæc quoqꝫ ſimili de cauſa debet uocari uilla:ĩ
qua ꝑpter paſtiões capiãtur fructus magni.Quid enim refert utrũ ꝑpter oues
fructus aut ꝑpter aues capias?an ne dulcior fructus apud te ex bubulo pecore
unde apes naſcanᵗ:q̄ ex apibus quæ ad uillã? Sin aluearis opus faciũt: et nũ
pluris tua uilla illic natos uerres lanio uẽdis:q̄ hic apros miliarios emis? Qui
minus ego ĩqt Axius iſtas hr̃e poſſum in reatina uilla. Niſi ſi apud Seiũ ſicu-
lum fit mel corſicũ ĩ reatino:et hic aprũ glans cũ paſcit empticia facit pinguẽ:
illic gratuita exilẽ. Apius: Poſſe apud te fieri inqt ſeianas paſtiones nõ negauit
Merula. Ego nõ eſſe ipſe uidi:duo genera cũ ſint paſtionũ. Vnũ agreſte ĩ quo
pecuariæ ſunt. Alterũ uillaticũ:in quo ſunt gallinæ ac colũbæ et apes:et cæte-
ra quę in uilla ſolent paſci. De qbus et pœnus Mago et Caſſius Dionyſius:et
alii quod ſeparatĩ ac diſperſim ĩ libris reliquerũt:quos Seius legiſſe uideᵗ. Et
ideo ex his paſtiõibꝯ ex una uilla maiores fructus capere.q̄ alii faciũt ex toto
fundo. Certe inqt merula. Nã ibi uidi greges magnos anſerũ gallinaꝝ colũba-
rũ gruũ:pauonũ:necnõ glitiũ piſciũ aproꝝ. Cæterę uenationes:ex qbus rebus
ſcriba librarius libertus eius q appatuit Varroni:et me abſente patrono hoſpi-
tio accipiebat:ĩ ãnos ſingulos plus.L.milia e uilla cape dicebat Axio admirã-
ti. Certe noſti inq̄ matertetę meę fundũ ĩ ſabinis:qui ẽ ad.xxiiii.lapidẽ uia ſa-
laria a roma. Quidni inqt?ubi æſtate diem meridie diuidere ſoleam:cũ eo rea-
te ex urbe:aut cũ inde uenio hyeme noctu ponere caſtra Atqꝫ ĩ hac uilla quę ẽ
ornithon:ex eo uno qnqꝫ milia ſcio ueniſſe turdoꝝ denariis ternis:ut.lx.milia
ea pars reddiderit eo anno uillę bis tãtũ q̄ tuus fundus.cc.iugerum reate red-
dit. Qnid.lx.inquit Axius? lx.lx.derides? Lx.inquã. Sed ad hunc bolũ per-
uenias:opus erit tibi ut epulum aut triumphus alicuius.ut tunc fuit Scipionis
Metelli aut collegiorũ cœnę:quæ tunc innumerabiles excandefaciunt annonã
macelli. Reliquis annis omnibus et hanc expectabis ſummam. Spero nõ tibi
decoquet non ornithon. Neqꝫ hoc accedit his moribus niſi raro ut decipiaris.
Quotus qſqꝫ eſt annus:quo non uideas epulũ aut triumphũ aut collegia non
epulari:quæ nũc innumerabiles intẽdũt annonã. Sed propter luxuriam inqt:
quodãmõ epulũ quotidianũ ẽ ĩtra ianuas romæ. Nõne itẽ.L. Albutius hõ(ut
ſcitis)apprime doctus:cuius Luciliano caractere ſunt libelli:dicebat in albano
fundũ ſuũ paſtionibus ſemper uinci a uilla? agrum enim minus decem milia
reddere:uilla plus uicena. Idẽ ſecũdum mare quo loco uellet ſi paraſſet uillã ſe
ſupra centũ milia nilla recepturũ. Age non. M.Cato nuper cum Luculli acce-
pit tutelã:e piſcinis eius.xl.milibꝯ ſeſtertiis uẽdidit piſces? Axius Merula mi
inqt:recipe me quæſo diſcipulum uillaticæ paſtionis. Ille: Qui ſimulac pro-
miſſeris minerual incipiam inquit:ideſt cœnã. Ego uero nõ recuſo: uel hodie
ex iſta paſtione crebro. Apius. Credo ſimulac primum ex iſto uillatico pecore
mortui erunt anſeres aut pauones. Cui ille. Quid enim intereſt utrũ mortici-
nas editis uolucres:an piſces?quos niſi mortuos eſtis nũq̄? Sed oro te ĩqt:idu-

te me in uiam diſciplinæ uillaricæ paſtionis:ac uim formamq́ eius expone. Merula:Non graua te.

Quę ĩ uilla circũue eã ali uel paſci poſſint. Cap.iii.

P Rimũ inqt dominũ ſcientẽ eſſe oportet earũ rerũ quæ ĩ uilla circũue eam ali ac paſci poſſint:ita ut dño ſint fructui ac delectatiõi. Eius diſciplinæ genera ſũt tria:ornithones:leporaria:piſcinæ. Nũc ornithonas dicã oĩum alitũ quæ intra parietes uillæ ſolent paſci. Leporaria te accipere uolo:nõ ea quæ tritaui noſtri dicebant:ubi ſoliti lepores ſint:ſed oĩa ſepta affixa uillæ quæ ſunt et habẽt ĩcluſa aĩalia quæ paſcuntur. Similiter piſcinas dico eas quæ in aqua dulci aut ſalſa ĩcluſos habẽt piſces ad uillã. Harũ ſingula genera minimũ in binas ſpecies diuidi poſſunt. In prima parte ut ſunt:quæ terra modo ſunt cõtentæ:ut ſunt pauones:turtures:turdi. Altera ſpecie ſunt:quę nõ ſunt cõtentæ terra ſolũ:ſed etiã aquã reqrũt:ut ſũt anſeres querquedulæ anates. Sic alterũ genus illud uenaticũ duas habet diuerſas ſpecies. Vnã in qua ẽ aper caprea lep⁹: Altera item extra uillã quę ſũt:ut apes cocleę grues. Tertii generis aquatilis item ſpecies duæ:partim ꝙ habẽt piſces in aqua dulci : partĩ ꝙ in marina. De his ſex partibꝫ ad iſta tria genera artificũ parãda aucupes uenatores piſcatores:ut ab his emẽda:quę tuorum ſeruoꝝ diligẽtia tuearis ĩ fœtura ad partus:et nata nutricare:ſaginesq́ in macellũ ut perueniant. Neq́ non etiã quædã aſſumẽda in uillã ſine retibus aucupis uenatoris piſcatoris:ut glires cocleas et gallinas. Earũ rerũ cultura ĩſtituta prima ea quæ in uilla habẽt: nõ enĩ ſolũ augures romani ad auſpicia primũ pararũt pullos:ſed etiã patreſfamilias rure. Secũda quæ maceriæ ad uillã uenatiõis cauſa cludunt̃:et ꝓpter aluearia:aues enĩ ſubtus ſubgrundas ab initio uillatico uſq́ tecto. Tertia piſcinæ dulces fieri cœptæ:et e fluminibus captos recipere ad ſe piſces. Oĩbus tribꝫ his generibus ſunt bini gradus. ſuperiores:quos frugalitas antiqua: inferiores quos luxuria poſterior adiecit. Primus enĩ ille gradus ãtiquus maiorum noſtroꝝ erat:ĩ quo eſſent auiaria duo dũtaxat in plano:cohors in qua paſcebant̃ gallinæ:et eaꝝ fructus erãt oua et pulli. Alter ſublimis ĩ quo erãt colũbę ĩ turribus aut ſũma uilla. Cõtra nũc auiaria ſunt noĩe mutato ꝙ uocãtur ornithones:quæ palatũ ſuaue dñi parauit:ut tecta maiora habeãt:q̃rũ habebant totas uillas:in quibus ſtabulantur turdi ac pauones. Sic in ſecũda parte ac leporario pater tuus Axi pręterq̃ lepuſculũ e uenatione uidit nũq̃. Neq́ enĩ erat magnũ id ſeptũ:quod nũc ut habeãt multos apros ac capras:cõplura iugera maceriis cõcludũt. Nõ rum inqt mihi:cum emiſſẽ fundum Tuſculanum a. M. Piſone ĩ leporario apri fuerunt multi. In tertia parte quis habet piſcinã niſi dulcẽ? et in ea dũtaxat ſcaros ac mugiles piſces? Quis cõtra nũc thynnon nõ dicit ſua nihil intereſſe:utrũ his piſcibus ſtagnũ habeat plenũ an ranis? Nõ Philippus cũ ad Minidium hoſpitem caſini diuertiſſet et ei e ſuo flumine lupum piſcem formoſum appoſuiſſet:atq́ ille guſtaſſet et expuiſſet:dixit. Pereã ni piſcẽ pu-

taui eſſe. Sic noſtra ætas ſquam luxuriam propagauit: leporaria ac piſcinas ꝑtulit ad mare: et in eas pelagios greges piſciũ reuocauit. Nõ pp hos appellati Sergius Orata et Lucinꝰ Murena? Quis enĩ ꝑpter nobilitatẽ ignorat piſcinas Philippi Hortenſii et Lucullorum? Quare unde uelis incipere Axi dic. Ille.

De auibus in genere. Cap.iiii.

Go uero inqꝫ(ut aiũt) poſt principia ĩ caſtris: id eſt ab his temporibꝰ e q̃ ſuperioribus ꝙ ex pauonibꝰ fructus capiunẽ maiores q̃ e gallinis. Atqꝫ adeo nõ diſſimulabo ꝙ nolo de ornithone primũ: ꝙ lucrifecerunt hoc nomẽ turdi. lx. enim milia ſitcilina excãdere me fecerũt cupiditate. Merula inqt. Duo ſũt ornithonis genera. Vnum delectationis cauſa: ut Varro hic fecit noſter ſub caſino: qd amatores habet multos ac inuenit. Alterũ fructꝰ cauſa: quo genere macellarii et in urbe quidã habent loca clauſa et rure maxĩe cõducta in ſabinis: ꝙ ibi ꝑpter agri naturã frequentes apparent turdi. Ex his tertiũ generis uoluit eſſe Lucullus cõiũctũ auiariũ: quod fecit ĩ Tuſculano: ut in eodẽ tecto ornithõis ĩcluſũ tricliniũ haberet: ubi delicate cœnitaret: et alios uideret ĩ mazonomo poſitos coctos: alios uolitare circa feneſtras captos. Qd̃ ſunt le ĩuenerũt. Nã nõ tantũ ĩ eo oculos delectãt ĩtra feneſtras aues uidere uolitãtes: quãtũ offendit ꝙ alienus odor nares opplet.

De turdis. Cap.v.

Ed quod te male arbitror Axi dicã: primo de ornithone: quod fructus cauſa faciunt. Vnde non ibi ſumuntur pingues turdi. Igitur teſtudo ut periſtilium tectũ regulis: aut rete ſit magna: ĩ qua milia aliquot turdorũ ac merularũ includere poſſint. Quidam cum eo adiiciant præterea alias quoqꝫ quæ pingues ueneũt care: ut miliariæ ac coturnices. In hoc tectũ aquã oportet uenire per fiſtulam: et eam potius per canales anguſtas ſerpere: quę facile poſſint extergi. Si enim ibi late diffuſa aqua: et inquinaẽ facilius: et bibitur inutilius: et ex eis caduca quæ abũdat per fiſtulã exire: ne luto aues laborent. Oſtium habere humile et anguſtum et potiſſimum eius generis: qd̃ cochliam appellant: ut ſolet eſſe in cauea: in qua tauri pugnare ſolẽt. Feneſtras raras per quas non uideantur extrinſecus arbores aut aues: ꝙ earum aſpectus ad deſiderium macreſcere facit uolucres ĩcluſas. Tantũ luminis habere oportet: ut aues uidere poſſint ubi aſſidant: ubi cibus ubi aqua ſit. Tectorio tecta eſſe leui circum oſtia ac feneſtras: ne qua intraret mus aliaue quæ beſtia poſſit. Circũ huiꝰ ædificii parietes ĩtrinſecus multos eſſe palos: ubi aues aſſidere poſſint. Præterea e pticis inclinatis ex humo ad parietem: et in eis tranſuerſis gradatim modicis interuallis perticis annexis ad ſpeciem cancellorũ ſcenicorũ ac theatri. Deorſũ ĩ terrã eẽ aquã quã bibere poſſint. Cibarui offas poſitas: eę maxĩe glomerãẽ ex ficis et farre mixto. Diebus uigĩti ãte q̃ tollere uellis turdos largius datiĩbũqꝫ plus ponit: et farre ſubtiliore ĩcipit alere. In hoc tecto cauuſ quæ tabulata habeat aliqd ad porticæ ſupplementũ. Contra hoc auiariũ quæ

mortuæ ibi ſint aues:ut domino numerũ reddat:ſolet ibidẽ ſeruari cũ opus ſũt ex hoc auiario ut ſumãt idoneæ:excludãt ĩ minuſculũ auiariũ:quod cõiũctũ ẽ cũ maiore oſtio lumine illuſtriore: quod ſecluſoriũ appellant. Ibi cũ eum numerũ habet excluſum quẽ ſumere uult:oẽs occidit. Hoc ideo in ſecluſo clã ne reliq ſi uideãt deſpondeãt aĩum:atqꝫ alieno tẽpore uẽditori moriãtur. Non enĩ ut aduenæ uolucres pullos faciũt ĩ agro ciconiæ:in tecto hirũdines:ſic aut et hic aut illic turdi. q cum ſunt noĩe mares:reuera fœminæ quoqꝫ ſunt:neqꝫ id nõ ſecurum ut eſſe in merulis:quæ noĩe fœminino mares quoqꝫ ſint. Præterea quoqꝫ uolucres cum partĩ aduenæ ſint: ut hirundines et grues:partim uernaculæ: ut gallinę ac columbę. De illo genere ſunt turdi aduentitio ac quot ãnis tranſmare ad italiam aduolant circiter æquinoctium auctũnale:et eodẽ reuolant ad æquinoctium uernum. Et alio tempore turtures ac coturnices immani numero. Hoc ita fieri apparet in inſulis propinqs põtiæ palmariæ pãdathariæ. Ibi enĩ ĩ prima uolatura cũ ueniũt:morãt dies paucos reqeſcẽdi cã. Idẽqꝫ faciũt cũ ex italia trans mare remeãt. Apius Axio. Si quinqꝫ milia hic conieceris inquit:et erit epulum ac triumphus:ſexaginta milia quæuis ſtatim ĩ fœnus des licebit multũ. Dic illud alterum genus ornithonis q animi cauſa cõſtitutus a te ſub caſino ferẽ:in quo diceris longe uiciſſe nõ mõ archetypon inuentoris noſtri ornithotrophion. M. Lenii Strabonis: q brũduſii hoſpes noſter primus ĩ piſtilio habuit ex hedera cõduſas aues quas paſceret obiecto rete:ſed etiã ĩ Tuſculano magno ędificio Luculli. Qui ego cum habeã ſub oppido caſino flumẽ:quod per uillã fluat liqdũ:et aliũ marginibus lapideis latum pedes. lvii. et e uilla ĩ uillã pontibus tranſeaẽ:longũ pedes. cccc. l. directũ ab inſula ad muſcum:quæ eſt a uinio fluuio ubi confluit altera amnis ad ſũmum flumen ubi eſt muſcũ. Circũ huius ripas ambulatio eſt ſub diuo: pedes lata denos. Ab hac ambulatione in agrum uerſus ornithonis locus ex duabꝰ partibus dextra et e ſiniſtra maceriis altis cõcluſus. Inter quas locus q eſt ornithonis:patet in latitudinẽ. p. xlviii. deformatus ad tabulæ litterariæ ſpeciẽ cũ capitulo forma quę eſt quadrata. patet in latitudinẽ pedes. xlviii. ĩ lõgitudinẽ pedes. lxxii. qua ad capitulũ totũdũ ẽ. p. xxvii. Ad hæc ita ut ĩ margine quaſi ĩnfimo tabulæ deſcripta ſit ãbulatio: ab ornithone plumula in qua media ſũt caueæ aqua ĩtroitus in areã eſt. In limine in lateribus dextra et ſiniſtra porticꝰ ſunt primoribus columnis lapideis ꝓ mediis arbuſculis humilibus ordinatæ cũ a ſũma macerie ad epiſtyliũ tecta porticus ſit tecte canabina. Hæ ſunt auibꝰ omne genus opplerę:qbus cibus adminiſtraẽ per rete:et aqua riuulo tenui affluit ſecundum ſtilobatis interiorem partem dextra ac ſiniſtra ad ſummã areã quadratã e medio. Diuerſæ duæ non late:ſed oblongæ ſunt piſcinæ ad porticulas uerſus. Inter eas piſcinas tantummodo acceſſus ſemita in tholũ:q eſt ultra rotundus columnatus:ut eſt in æde Catuli. Si pro parietibꝰ feceris columnas. Extra eas colũnas ẽ ſilua manu ſata:grandibuſ arboribus tecta:ut infima

ꝓlucear:tota ſepta maceriis altis:intra tholi colũnas exteriores lapideas et totiđ
dẽ interiores ex abiete tenues. Locus eſt.p.quinq; latus. Inter columnas exte-
riores ꝓ pariete reticuli e neruis ſuntiut proſpici in ſilua poſſit et quæ ibi ſunt:
neq; auis ea trãſire. Intra ĩteriores columnas ꝓ pariete rete auiarium eſt obiec-
tum. Inter has exteriores gradatim ſubſtructũ ut theatridion auiũ mutuli cre-
bri in oĩbus columnis impoſiti ſedilia auium. Intra rete ſunt auium omne ge-
nus:maxime cãtrices:ut luſiniolæ merulæ:qbus aqua miniſtratur per canali-
culũ:cibus obiicitur ſub rete. Subtus colũnarũ ſtilobaten eſt lapis a falere pe-
dẽ et dodtanrẽ alta:ipſũ falere ad duos pedes altũ a ſtagno:latũ ad quinq;:ut
ĩ culcitris et colũnellas cõuiuæ pedibꝫ circũire poſſint. Infimo ĩtra falere ẽ ſta-
gnũ cũ margine pedali:et ĩſula ĩ medio parua circũ falere:et naualia ſunt ex-
cauata anatũ ſtabula. In ĩſula ẽ colũnella:in qua intus aſſis:q ꝓ menſa ſuſtinet
totã radiatã:ita ut ad extremũ ubi orbile ſolet eſſe acutũ:tabula una cauata ſit
ut timpanum in latitudinem duo pedes et ſemipedem in altitudinem palmũ.
Hæc ab uno puero qui miniſtrat ita uertitur:ut oĩa una ponantur:et ad bibẽ-
dum et ad edendum:et admoueantur ad oẽs cõuiuas. Ex ſuggeſto faleris ubi
ſolent eſſe peripetaſmata:prodeunt aues in ſtagnum ac nant:e quo riuus ꝓue-
nit ĩ duas quas dixi piſcinas:ac piſciculi ultro ac citro cõmeãt:cũ et aqua cali-
da et frigida ex orbe ligneo menſaq; quã dixi:in primis radiis eſſe epiſtomiis
uerſis ad unũquẽq; factũ ſic ut fluat in cõuiuã. Intrinſecus ſub tholo ſtella lu-
cifer interdiu noctu heſperus ita circũeũt ad infimũ hemiſperiũ ac mouẽt :ut
ĩdicẽt quot ſint horæ. In eodẽ hemiſperio medio circũ cardinẽ ẽ orbis uẽtoꝝ
octo ut athenis ĩ horologio:quod fecit Cypreſtes. Ibiq; eminens radius a car-
dine ad orbẽ ita mouetur:ut eũ tangat uentũ qui flat:ut intus ſcire poſſis. Cũ
hæc loqueremur:clamor fit in cãpo. Nos a ibiete comitiorũ una cũ id fieri nõ
miraremur ꝓpter ſtudia ſuffragatoꝝ:et tñ ſcire uellemus qd eſſet: uenit ad nos
Pantuleius Parra. Narrat ad tabulã icũ diriperẽt. quẽdam deprehenſum teſſe-
rulas cõiicientẽ ĩ loculũ:eũ ad cõſulẽ tractũ a fautoribus cõpetitoꝝ. Pauo ſur-
git:q; eius candidati cuſtos dicebatur deprehenſus.

De pauonibus. Cap. vi.

Xius de pauone inqt libere licet dicas. Quoniã diſceſſit Fircellius :q
a ſecus ſiqd diceres de his gentilitaris cã:fortaſſis ante cõduceret ſerrã.
Qui Merula de pauonibus noſtra memoria inqt:greges habere cœ-
pit:et uentre magno. Ex his. M. Aufidius Lurcho ſupra ſexagena milia nũ-
mum in anno dicit capere. Hi aliquãto pauciores eſſe debent mares q̃ fœminæ
ſi ad fructum ſpectes:ſi ad delectationem contra:formoſior enim mas. Paſcẽ-
di greges agreſtes tranſmarini eſſe dicunt in inſulis ſami in luco Iunõis. Itẽ in
planaſia ĩ inſula Piſonis. Hi ad cõſtituẽdos greges parant bona ętate et bona
forma. Huic enĩ natura formę e uolucribꝫ dedit palmã. Ad admiſſurã hę mi-
nores bimę nõ idoneę nec iã maiores natu. Paſcũtur omne genus obiecto fru-

mento maxime ordeo. Itaq; ſenis his dant in mẽſes ſingulos hordei modios
ſingulos:ita ut fœtura det uberius anteq̃ ſalire ĩcipiant. Hos a ꝓcuratore ternos
pullos exigit:eoſque cũ creuerint quinquagenis denariis uendit:ut nulla ouis
hũc aſſequat̃ fructũ. Pręterea oua emit ac ſupponit gallinis : ex quibus ex his
pullos excuſſos refert. In tectũ id in quo pauones habet:quod tectũ ꝓ multitu
dine pauonũ fieri debet:et habere cubilia diſcreta tectorio leuata:quo neq; ſer/
pens neq; beſtia ulla accedere poſſit. Pręterea locũ habere ante ſe quo paſtũ die/
bus exeãt apricis. Vtrũque locũ purum eſſe uolunt hę uolucres. Itaque paſtorẽ
eoꝝ cum bacillo circũire oportet:ac ſtercus tollere:ac conſeruare quod ad agri/
culturam idoneum eſt et ad ſubſtramen pulloꝝ. Primus hos. Q. Hortẽſius au
gurali adiiciali cœna poſuiſſe dicitur:quod potius factum tam luxurioſi q̃ ſe/
ueri boni uiri laudabant. Quem multi ſecuti cito precia eoꝝ extulerunt ita : ut
oua eoꝝ denariis q̄nis ueneant:ipſi facile quĩquagenis:grex centenarius facile
quadragena milia ſextertia ut reddat:ut quidem Albutius aiebat:ſi in ſingu/
los ternos exigent pullos perfici ſexagena poſſe.

De columbis. Cap. vii.

Nterea uẽit apparitor Apii a cõſule:et augures ait citari. Ille foras exit
i e uilla. At in uillam intro inuolant colũbę:de quibus Merula Axi. Si
unquã piſterotrophiõ cõſtituiſſes : tuas eſſe putares quãuis ferę eẽnt.
Duo. n. genera earꝫ in periſteotrophio eſſe ſolent. Vnũ agreſte ut alii dicunt ſa/
xatile : quod habet̃ in turribus ac columinibus uillę :a quo appellatę colũbę:
quę ꝓpter timorem naturalem ſũma loca in tectis captãt. Quo fit : ut agreſtes
maxime ſequant̃ turres:ĩ quas ex agro euolant ſuapte ſponte ac remeãt. Alterꝫ
genus columbaꝝ eſt clemẽtius:quod cibo domeſtico contentum intra limina
ianuę ſolet paſci. Hoc genus maxime eſt colore albo. Illud alterꝫ agreſte ſine al
bo uario. Ex his duabus ſtirpibus fit miſcellũ tertiũ genus fructus cauſa : atq;
incedũt locũ unum:quod alii uocãt periſterona:alii piſterotrophiõ:ĩ quo uno
ſępe uel q̄nq; milia ſunt ĩcluſę. Periſteron fit ut teſtudo magna camara tectus:
uno oſtio ãguſto feneſtris punicatis:aut latioribus reticulatis utriq; : ut locus
oĩs ſit illuſtris:neq; ſerpẽs aliudue qđ aĩal maleficum introire queat. Intrĩſecus
q̃ſi lęuiſſimo marmorato toti parietes ac camarę obliniũtur:et extrĩſecus circũ
feneſtras:ne mus aut lacerta qua adrepe ad colũbaria poſſit. Nihil. n. timidius
columba. Singulis paribus colũbaria fiũt rotũda ĩ ordine crebra. Ordines q̃plu
rimi poſſunt a terra uſq; ad camarã. Colũbaria ſingula eẽ oportet:ut os habeãt:
quo introire et exire poſſint. Intus ternaꝝ palmaꝝ ex oĩbus partibus ſub ordi/
nes ſingulos tabulę fictę:ut ſint bipalmes:quo utãt̃ ueſtibulo ac ꝓdeãt. Aquã
eſſe oportet quo ĩfluat. unde et bibere et ubi lauari poſſint. Permundę ſunt enĩ
hę uolucres. Itaq; paſtorẽ colũbariũ quotquot mẽſibꝫ crebro oportet euertere.
Eſt. n. qđ eũ inq̄nat locũ appoſitũ ad agriculturã:ita ut hoc optimũ eſſe ſcrip/
ſerint aliq̄:ſiue ſi colũbam q̄d offenderit ut medeat̃: ſiqua perierit ut efferatur.

Si qui pulli ſint idonei ad uendendum promat. Item quę fœtę ſunt:in certum
locum ut diſcluſum ab aliis recte habeat quo tráſferant́:et quo foras ex piſte-
rone euocare poſſint matres. Quod quidem faciũt duabus de cauſis. Vna ſi fa
ſtidiunt aut incluſe conſeneſcũt:ꝙ libero aere cũ exierint ĩ agros redintegrent́.
Altera de cauſa ꝓpter publicũ. Ipſę enĩ ꝓpter pullos quos habẽt utiq; redeũt:
niſi a cotuo occiſę aut ab accipitre ĩtercepte. Quos columbarii ĩterficere ſolẽt:
duabus uirgis uiſcatis defixis ĩ terram inter ſe curuatis:cum inter eas poſuerit
obligatum animal:quod item petere ſoleant accipitres : qui quidem ita deci-
piunt́: cum ſe oppleuerint uiſco. Columbas redire ſolere ad locum licet ani-
maduertere:ꝙ multi ĩ theatro e ſinu miſſas faciunt:atq; ad locũ redeũt:quę ni
ſi reuerterent́:non emitterentur. Cibus apponitur circum parietes ĩ canalibus:
quas:extrinſecus ꝑ fiſtulas ſupplent. Delectantur milio tritico ordeo piſo fa-
ſeolis eruo. Item fere hęc in turribus ac ſummis uillis:qui habent agreſtes co-
lumbas:quoad poſſunt imitandum. In piſteronas ętate bona parandum : neq;
pullos neque uetulas:totidẽ mares quot fœminas. Nihil columbis fœcũdius.
Itaque diebus quadragenis concipit:parit et ĩcubat et educat : et hoc fere totũ
annum faciunt. Tantũmodo interuallum faciũt a bruma ad ęquinoctiũ uer
num. Pulli naſcuntur bini:qui ſimulac creuerunt:et habent robur:cum matri-
bus pariũt. Qui ſolẽt faginare pullos colũbinos:quo pluris uẽdãtur:ſecludũt
eos:cũ iã pluma ſunt tecti. Deinde mãducato cãdido farciũt pane:hyeme hoc
bis ęſtate ter mane meridie ueſpi. Hyeme demunt cibum mediũ. Qui iã pin-
nas habere incipiũt:in nido relinquũt illiſis cruribus : et matribus uberius: ut
cibo uti poſſint:obiiciũt. Eo enim totũ diẽ ſe et pullos paſcũt. Qui ita educã-
tur:celerius pinguiores q̃ alii fiunt.et candidiores parentes eoꝝ. Romę ſi ſunt
formoſi:bono colore ĩtegri boni ſeminis:paria ſingula uulgo ueneũt duceni s
nũmis:necnon eximia ſingulis milibus nũmum : quas nuper cum mercator
tanti emere uellet a. L. Axio equite romano : minoris quadringentis denariis
daturum negauit. Axius: Si poſſem inquit:emere piſterona factum:quemad-
modum ĩ ędibus cum habere uellem emi fictilia colũbaria:iã iuſſem emptum
emiſſem ad uillam. Quaſi uero inquit Pica:non in urbe quoq; ſint multi an ti
be. Columbaria qui in tegulis habent:non uidentur habere periſteronas : cum
aliquot ſupra centum milium ſeſtertium habeant inſtrumentum:e quis alicu-
ius totum emas cenſeo:et anteq̃ ędifices rure: magnum condiſcas hic in urbe
quotidie lucrum aſſem ſemiſſem condere in lucos. Tum Merula ſic.

De turturibus. Cap. viii.

Erge deinceps. Ille: Turturibus inquit:locũ cõſtituẽdum ꝑinde ma-
p gnum:ac multitudinẽ alere uelis. Cũq; itẽ ut de colũbis dictũ eſt:ut
habeat oſtiũ ac feneſtras et aquã puram ac parietes ac cameras muni-
tas tectorio. Sed pro columbariis ĩ pariete mutulos aut palos in ordine:ſupra
quos tegeticulę canabinę ſint impoſitę. Infimum ordinem oportet abeſſe ab

terra non minus tres pedes inter reliquos dodrãtes a ſummo ad cameram ad
ſemipedem æque latum:ac mutulus a pariete extare poteſt:ĩ quibus dies noc/
teſque paſcuntur. Cibatui quod ſic obiiciunt triticum ſiccum in centenos ui/
cenos turtures fere ſemodium:quotidie euerrẽtes eorum ſtabula: a ſtercore ne
offendantur:quod item ſeruatur ad agrum colendum. Ad ſaginãdum potiſ/
ſimum tempus circa meſſem. Et enim matres eorum tunc optimæ ſunt:cum
plurimi pulli gignuntur:qui ad farturam meliores: Itaq; eorum fructus id tẽ/
poris maxime conſiſtit.

De Gallinis. Cap. viii.

Xius. Egoq; requiro farturę a ſura mẽbra de palumbis. De gallinis:
a Dic ſodes Merula: Tum de reliquis ſi quid idoneum fuerit ratioci/
nari licebit. Igitur ſunt gallinę:quę uocantur generum trium:uillati
cę:ruſticę:et africanę. Gallinę uillaricæ ſunt:quas deinceps rure habẽt ĩ uillis:
De his qui ornithouoſcion inſtituere uolunt: iidem adhibita ſcientia ac cura
capiant magnos fructus:ut maxime factitauerunt deliaci:hęc quinq; maxime
animãduertant oportet. De emptione:cuiuſmodi aut q̃multas parent. De fœ
tura:quemadmodum adnutriant et pariant. De ouis:quemadmodum incu/
bent et excudant. De pullis:quemadmodũ et a quibus educentur. Hiſce apẽ/
dix adiicitur:ſcilicet quemadmodum ſaginẽtur:pars. v. Ex quibus tribus ge/
neribus proprio nomine uocantur fœminæ quæ ſunt uillaticæ gallinæ:mares
galli:capi ſemimares qui ſint caſtrati. Gallos caſtrant:ut ſint capi:candenti fer
ro inurentes ad infima crura uſq; dum rumpantur. Ad quod extat ulcus: illi/
niunt figlina creta. Qui ſpectat ut ornithouoſcion perfectum habeat:ſint licet
tria genera paranda:maxime uillaricas gallinas. Equis in parãdo eligat opor/
tet fœcũdas:plerũque rubicunda pluma:nigris pinnis:imparibus digitis:ma/
gnis capitibus:criſta erecta ampla. Hæ enim ad partiones ſunt aptiores. Gal/
los ſallaces:qui animaduertunt ſi ſunt lacertoſi:rubenti criſta:roſtro breui ple/
no acuto oculis rauis aut nigris:palea rubra ſubalbicãti:collo uario aut aureo/
lo:feminibus piloſis:cruribus breuibus:unguibus longis:caudis magnis: fre
quentibus pinnis: Item qui eleti ſunt:ac uociferant ſæpe in certamine pertina
ces:et qui animalia quæ nocent gallinis non modo non pertimeſcant:ſed etiã
pro gallinis propugnent. Nec tamen ſequendum in ſeminio legendo tanagri
cos ac melicos ac chalcidicos:qui ſine dubio ſunt pulchri:et ad pręliandum in
ter ſe maxime idonei:ſed ad partus ſunt ſteriliores. Si ducentos alere uelis:lo/
cus ſeptus attribuendus in quo duæ caueę coniunctæ magnæ conſtituendæ:
quæ ſpectent ad exorientem uerſus:utræque ĩ longitudinem circiter. x. pedes
latitudine dimidio minores q̃ in altitudine paulo humiliores. Vtraq; feneſtra
lata tripedali et eo pede altiores e uiminibus factæ raris:ita ut lumen præbeant
multum:neq; per eas quicquam ire intro poſſit:quod nocere ſolet gallinis. In
ter duas oſtium ſit:qua gallinarius curator earum ire poſſit. In caueis crebræ

perticæ traiectæ ſint:ut omnes ſuſtinere poſſint gallinas. Contra ſingulas per
ticas in pariete exculpta ſint cubilia earum:aut ſit ut dixi:ueſtibulum ſeptum:
in quo diurno tempore eſſe poſſint atq; in puluere uolutari. Præterea ſit cella
grandis:in qua curator habitet:ita ut ĩ parietibus circum omnia plena ſint cu-
bilia gallinarum aut exculpta aut affixa firmiter. Motus enim cum incubat
nocet. In cubilibus:cum parturient:acus ſubſternendum. Cum pepererint:tol
lere ſubſtramen et recens aliud ſubiicere:ꝗ pulices et cætera naſci ſolent:quæ
gallinam cõquieſcere nõ patiuntur:ob quã rẽ oua aut inæqualiter matureſcũt
aut cõſeneſcunt. Quæ uelis incubet:negant plus uigintiquinq; oportere oua
incubare ꝗuis propter fœcũditatẽ pepererit plura. Optimũ eſſe partũ ęqnoctio
uerno. Ab autũnali itaq; quæ antea aut poſt nata ſunt et etiã prima eo tẽpore:
nõ ſupponenda. Et ea quæ ſubiicias:potius uetulis ꝗ̃ pullaſtris:et quæ roſtra
aut ungues nõ habeãt acutos. Quæ debẽt potius in cõcipiẽdo occupatæ eſſe
ꝗ̃ in cubando. Aptiſſimæ ad partũ ſunt anniculæ aut bimæ. Si oua gallinis pa
uonina ſubiicies:cum iam decem dies fouere cœpit gallinacia tum deniq; ſu-
biicere:ut una excudãt. Gallinaceis .n. pullis bis.deni dies opus ſunt:pauoni-
nis ternoueni. Eas ĩcludere oportet:ut diem et noctem ĩcubẽt:præterꝗ̃ a mane
et ueſpere dum cibus ac potus his detur: Curatot oportet circũeat diebus in-
terpoſitis aliquot:ac uertere oua ut æquabiliter cõcaleſiant: Oua plẽa ſint atq;
utilia nec ne:aĩaduerti aiunt poſſe:ſi demiſeris ĩ aquam:quod inane:natat. ple
num deſedit. Qui(ut hoc ĩtelligãt)cõcutiũt errare:ꝗ inanes uitales uenas con
fundũt. In iiſdem aiũt:cũ ad lumen ſuſtuleris quod plucet id eſſe ob inane.
Qui hæc uolunt diutius ſeruare:perfricãt ſale minuto aut muria tres aut quat
tuor horas. Eaq; abluta cõdiunt ĩ furfures aut acus: In ſupponẽdo oua obſer-
uant:ut ſint numero imparia. Oua quæ incubantur ſi habeãt in ſe ſemen pul
li:curator quadriduo poſtꝗ̃ ĩcubare cœpit:ĩtelligere poteſt:ſi contra lumen te
nuit:et purum uniuſmodi eſſe animaduertit:putant eiiciendum:et aliud ſubi-
iciendum. Excuſſos pullos ſubducẽdum ex ſingulis nidis:et ſubiiciẽdum ei
quæ habeat paucos. Ab eaq; ſi reliqua ſint oua pauciora tollẽda:et ſubiiciẽda
aliis quæ nõdum excuderunt et minus habẽt trigĩta pullos. Hoc enim gregẽ
maiorem nõ faciẽdum. Obiiciendum pullis diebus quindecim primis mane
ſubiecto puluere(ne roſtris noceat terra dura)polẽtam mixtam cum naſturcii
ſemine:et aqua aliquãto antefacta ĩtrita:ne deniq; tũc ĩ eorum corpore turge-
ſcat aqua prohibẽdum. Quãdo de clunibus cœperit habere pinnas e capite et
collo eorum crebro eligẽdi pedes:ſæpe enim propter eos cõſceneſcũt. Circum
caueas eorum ĩcendẽdum cornu ceruinum ne qua ſerpẽs accedat. quarum be
ſtiarum ex odore ſolẽt ĩterire. Prodigere deĩde ſolẽt ĩ ſterquiliniũ : ut uolutare
poſſint:ꝗ ita alibiliora fiũt. Neq; pullos:ſed omne ornithouoſtion cũ æſtate:
tum utiq; cum tempeſtas ſit mollis:atq; ĩ apricum ĩtento ſupra rete:quod pro
hibeat eas extra ſepta uolare:et in eas inuolare extrinſecus accipitrem aut quid

aliud:euitare item caldorem et frigus:quod utrū〈que〉 his aduerſum. Cum iam pinnas habebunt:conſuefaciendum:ut unam aut duas ſectentur gallinas. Cęterę ut potius ad pariendum ſint expeditę: q̄ in nutricatu occupatę. Incubare oportet incipere ſecundum lunam nouā:q̄ fere quę ante pleraq; nō ſuccedunt. Diebus fere uiginti excudūt. De quibus uillaticis (quoniam uel nimium dictum) breuitate reliqua compenſabo. Gallinę ruſticę ſunt in urbe rarę:nec ferę. Manſuetę ſine cauea uidentur romę ſimiles facie non his uillaticis gallinis noſtris ſed africanis aſpectu ac facie incontaminata. In ornatibus publicis ſolent poni cum pſitacis ac merulis albis:item aliis id genus rebus inuſitatis: Neque ferę in uillis oua ac pullos faciunt: ſed in ſiluis. Ab his gallinis dicitur inſula gallinaria:quę eſt in mari thuſco ſecundum italiam contra montes liguſticos: uintimilium albumingauium:aliis ab his uillaticis inuectis a nautis ibi feris factis procreatis. Gallinę africanę ſunt grādes uarię gilberię: quas meleagrides appellant greci. Hę nouiſſimę in triclinium genauium introierunt e colina propter faſtidium hominum. Veneunt propter penuriam magno. De tribus generibus gallinę ſaginantur maxime uillaticę. Eas includunt in locum tepidum et anguſtum et tenebricoſum:q̄ motus earum et lux pinguitudini inimica. Ad hanc rem electis maximis gallinis:nec continuo his quas melicas appellant falſo: q̄ antiqui ut therin dicebant: ſic medicam melicam uocabant. Hę primo dicebantur quia ex medica ꝑpter magnitudinem erāt allatę:quęq; ex his generatę poſtea ꝑpter ſimilitudinem. Amplas omnes ex his euulſis ex alis pinis et cauda farciunt turundis ordeaceis. partim admixtis ex farina loliacea aut ſemine lini ex aqua dulci. Bis die cibum dant: obſeruantes ex quibuſdam ſignis ut prior ſit concoctus q̄ ſecundum dent. Dato cibo cum perputgant caput:ne quos habeat pedes: rurſus eas concludunt. Hoc faciunt uſque ad dies uigintiquinque. Tum denique pingues fiunt: Quidam ex triticeo pane intrito in aquam mixto uino bono odorato farciunt: ita ut diebus uiginti pingues reddant ac teneras: Si in farciendo nimio cibo faſtidiunt: remittendū in datione proportione: ſicut decem primis ꝓceſſit: in poſterioribus ut diminuant:eadem ratione ut uiceſimus dies et primus ſit par. Eodem modo palūbes farciunt:ac reddunt pingues.

De Anſeribus. Cap. ix.

Ranſi ſquit Axius nūc in illud genus: quod nō eſt uilla ulla ac terra cōtentum:ſed requirit piſcinas:quod uos philogræci uocatis amphibium. In quibꝰ ubi anſeres alūtur:nomine chenoboſcion appellatis. Horum greges Scipio Metellus et. M. Seius habent magnos aliquot. Merula Seius inquit:ita greges comparauit anſerum: ut hos quinque gradus obſeruaret:quos in gallinis dixi. Hi ſunt de genere:de fœtura:de ouis:de pullis:de ſagina. Primum iubebat ſeruum in legendo obſeruare:ut eſſent ampli et albi: q̄ plerū〈que〉 pullos ſimiles ſui faciūt. Eſt enim alteꝝ genus uarium: quod ferꝝ

uocatur:nec cum his libenter congregatur:nec non æque fit incóſuetus. An/
ſeribus admittendum his tempus eſt idoneum a bruma:ad pariendum et in/
cubandum uſq; ad ſolſtitium.Saliunt fete in aqua:merguntur in flumen aut
piſcinam.Singulę non plus quater in anno pariunt. Singulis ubi pariunt:fa/
ciundum haras quadratas circum binos pedes et ſemipedem. Eis palea ſub/
ſternendum. Notandũ earũ oua aliquo ſigno:ꝙ aliena nõ excudunt. Ad incu
bandum ſupponunt pleriq;.ix.aut.xi. Qui hoc minus quinq;: qui hoc plus
uigintiquinq;.Incubat tempeſtatibus dies triginta:tepidioribus uigintiq̃nq;:
Cum excudit:quinq; diebus primis patiuntur eſſe cum matre. Deinde quoti
die ſerenum cum eſt:producunt in prata in piſcinas uel paludes. Eiſq; faciunt
haras ſupra terrã aut ſubtus:in quæ non includant plus uicenos pullos. Eaſq;
cellas prouident ne habeant in ſolo humorem:et habeant molle ſubſtramen e
palea aliaue qua re:neue qua eo accedere poſſit muſtela:aliæue quæ beſtiæ no
ceant. Anſeres paſcunt in humidis locis:et pabulũ ſerunt:quod aliquem fruc/
tum ferat: feruntq; his herbam quæ uocatur heris ꝙ ea aqua tacta etiam cum
eſt arida fit uiridis.Folia eius decerpentes dant:ne ſi eo inieccrint:ubi naſcitur
aut obterendo perdant: aut ipſi cruditate pereant. Voraces enim ſunt natura.
Quo temperandum his qui propter cupiditatem ſæpe in paſcendo ſi radicem
prenderint:quam educere uelint e terra: abrumpunt collum. Perimbecillum
enim id:ut caput molle.Si hæc herba non eſt:dandum hordeum:aut frumẽ/
tum aliud.Cum eſt tempus farraginis dandum:ut ĩ ſupraſcriptis dixi. Cum
incubant:hordeum his intritum in aqua apponẽdum. Pullis primum biduo
polenta aut hordeum apponitur:tribus proximis naſturtium uiride confectũ
minutatim ex aqua in uas aliquod.Cum autem ſunt incluſi in haras aut ſpe/
luncas ut dixi: in cibum obiiciunt his polentam ordeaceam aut farraginem
herbamue teneram aliquam conciſam.Ad ſaginandum eligũt pullos circiter
ſexquimenſes qui ſunt nati:eos icludunt in ſaginario:ibiq; polentam et polli/
nem aqua madefactam dant cibum:ita ut per dies ſaturent:Secũdum cibum
large ut bibant faciunt poteſtatem. Sic curati circiter duobus menſibus fiunt
pingues quotienſcũq; ſumpſerunt. Locus ſolet purgari ꝙ ipſæ amant locum
putum:neq; ipſæ ubi fuerunt ullum relinquunt putum.

De Anatibus. Cap.x.

q Vi autem uolũt gregem anatũ habere:et conſtituere neſſotrophion.
Primũ locum quis eſt facultas:eligere oportet paluſtrem:ꝙ eo maxi/
me delectantur. Si id non:potiſſimũ ibi:ubi ſit naturalis aut lacus aut
ſtagnũ aut manufacta piſcina:quo gradatim deſcendere poſſint. Septũ altum
eſſe oportet:ubi uerſentur ad pedes quĩdecim:ut uidiſtis ad uillam. Sit quod
uno oſtio claudatur circum totum parietem intrĩſecus crepido lata:in qua ſe/
cundum parietem ſunt tecta cubilia: ante eas ueſtibulum earum exæquatum
tectorio opere teſtaceo. In eo perpetua canalis in quam et cibus ponitur in his

et immittitur aqua:ſic.n.cibum capiunt. Omnes parietes tectorio leuigantur: ne feles aliaue quę beſtia introire ad nocendũ poſſit. Atq; ſeptũ totũ grãdibus maculis integitur:ne eo inuolare aqla poſſit:neue ex ea euolare anas. Pabulum his dat̃ triticũ ordeũ uiſacei uuę nõ nũq̃ etiã ex aqua gamari:et quędã huiuſ- modi aquatilia quę ĩ eodẽ ſepto erũt. Piſcinę ĩ eas aquã large influere oportet: ut ſemp recẽs ſit. Sũt itẽ nõ diſſimilia alia genera:ut querquedulę phalerides: ſic pdices quę ut Archelaus ſcribit:uoce maris audita cõcipiũt. Quę ut ſupio- res neq; ꝑpter fœcũditatẽ neq; ꝑpter ſuauitatẽ ſaginãtut: et ſic paſcendo fiunt pingues. Quod ad uillaticaꝝ paſtionũ primũ actũ ptinere ſum ratus dixi.

De Leporibus. Cap.xi.

I Nterea redit Apius:et percũctati nos ab illo:et ille a nobis: quid eſſet dictũ ac factum: Apius ſequit̃ inqt:actus ſecũdi generis afficititius ad uillã q ſolet eẽ:ac nomine antiquo a parte quadã leporariũ appellatũ. Nã neq; ſolũ lepores eo includunt̃: Silua:ut olim ĩ iugero agelli aut duobus: ſed etiã cerui aut capreę ĩ iugeribꝫ multis. Q. Fuluius Lupinus dicit̃ habere ĩ tarqniẽſi ſepta iugera. xl. in quo ſunt ĩcluſę nõ ſolũ ea quę dixi:ſed etiã oues fe rę: etiã hoc maius hic ĩ ſtatoniẽſi:et qdã in aliis locis. In gallia uero trãſalpina Cn. Pompeius tantũ ſeptũ uenatiõis:ut circiter. xl. milia paſſuũ locũ ĩcluſum habeat. Pręterea in eodẽ cõſepto ferę hẽ ſolet:de animalibus cocleania atq; al- uearia atq; etiã dolia ubi habeãt cõcluſos glires. Sed hoꝝ oĩum cuſtodia incre mẽtũ et paſtio apta:pręter q̃ de apibus. Quis.n.ignorat ſepta e maceriis ita eſſe oportere in leporario:ut tectorio tecta ſint:et ſint alta. Alteꝝ ne feles aut meles aliaue quę beſtia ĩtroire poſſint:alteꝝ ne lupus trãſilire. Ibiq; eẽ latebras: ubi le pores ĩterdiu deliteſcãt ĩ uirgultis atq; herbis:et arbores ramis patulis quę aq- lę impediãt conatus. Quis.n.neſcit:paucos ſi lepores mares aut fœminas ĩtro- miſerit:breui tẽpore fore ut repleat̃:tãta fœcũditas huius quadrupedis. Quat- tuor.n.mõ ĩtromiſſis ĩ leporariũ:breui ſolet repleri. Vt.n.ſępe cũ habent catu- los recẽtes:alios in uentre habere reperiunt̃. Itaq; de his Archelaus ſcribit: An- noꝝ quot ſint:qs uelit ſcire:ĩſpicere oportet̃ foramĩa naturę:ꝗ ſine dubio alius habet alio plura. Hos quoq; nup inſtitutũ ut ſaginarent̃ pleraq;:cũ exceptos e leporario cõdant in caueis:et loco clauſo faciãt pingues. Eoꝝ ergo tria genera fere ſunt. Vnũ italicũ: hoc noſtrũ primis pedibꝫ humilibꝫ poſterioribus altis: ſuperiore parte pulla:uẽtre albo:auribus lõgis:qui lepus dicit̃ cũ pręgnans ſit: tamen cõcipere. In gallia trãſalphina et macedonia fiunt pmagni. In hiſpania et in italia mediocres. Alterius eſt generis quod in gallia naſcit̃ adadapis q hęc fere mutant:ꝗ toti cãdidi ſunt. Hi raro perferunt̃ romã. Tertii generis eſt:ꝗ ĩ hiſpania naſcit̃:ſimilis noſtro lepori ex quadã parte:ſed humile:quem cunicu lum appellãt. Lelius putabat ab eo dictũ leporẽ a celeritudine: ꝗ leuipes eſſet. Ego arbitror a gręco uocabulo antiquo ꝗ eo ęoles boetii leporẽ appellabant. Cuniculi dicti ab eo:ꝗ ſub terra cuniculos ipſi facere ſolent:ubi latent in agris.

Hoꝝ tria genera ſi poſſis in leporario babere oportet: duo utiq; te habere puto:
et ꝙ in hiſpania ānis tu fuiſti multis: ut inde te cuniculos ꝑſecutos credam.

De Apris. Cap.xii.

Pros quidem habere poſſe in leporario nec magno negocio: ibi et cap
a tiuos et cicures q ibi nati ſunt: pigues ſolere fieri ſcis īquā Agri Axi.
Nam quem fundum ī tuſculano emit hic Varro a. M. Pupio Piſone
uidiſti ad buccinam inflatam certo tempore apros et capros cōuenire ad pabu
lum: cum e ſuperiore loco e paleſtra effunderet apris glans capris uicia aut qd
aliud. Ego uero inquit ille apud. Q. Hortenſium cum in agro laurēti eſſem ibi
magis tragicos fieri uidi. Nā ſilua erat ut dicebat ſupra qnquagīta iugeꝝ ma-
ceria ſepta: quod nō leporarium: ſed theriotrophium appellabāt. Ibi erat locus
excelſus: ubi triclinio poſito cœnabamus: apud quod Orphea uocari iuſſit: qui
cum eo ueniſſet: ſtola et cithara cantare eſſet iuſſus: buccinam inflauit: ubi tan-
tum circūfluxerit mox ceruorum aprorum et cęteraꝝ quadrupedum multitu-
do: ut non minus formoſum mihi ſit uiſum ſpectaculum: q̄ in circo maximo
ędilium ſine africanis beſtiis cum fiunt uenationes.

De Cochleis. Cap.xiii.

Xius tuas ꝑtes inquit: ſubleuauit Apius o Merula noſter. Quod ad
a uenationem ptinet: breuiter ſecundus tranſactus eſt actus. Nec de co-
chleis ac gliribus quęro quod reliquum eſt: neq; enim magnū emolu
mentum eſſe poteſt. Nō iſtuc tam ſimplex eſt inquit Apius: q̄ tu putas o Axi
noſter. Nam et idoneus ſubdio ſumendus eſt locus cochleariis: quem totum
circum aqua claudas: ne quas ibi poſueris ad ptum: nō liberos earum ſed ipſas
quęras. Aquam inquā fundendę ne fugitiuarius ſit parādus locus: Is mollior
quem non coquit ſol et tangit ros. Qui ſi naturalis nō eſt: ut fere nō ſunt ī apri
co loco: neq; habeas ī opaco ubi facias: ut ſunt ſub rupibus ac mōtibus: quorū
abluant radices lacus ac fluuii: manufacere oportet roſidū: qui fit ſi adduxeris
fiſtulam: et in eam papillas impoſueris tenues: quę eructēt aquam: ita ut in ali-
quem lapidem ſcidat ac late diſſipetur. Paruus his cibus opus eſt: et is ſine ad-
miniſtratore: Et hunc dum ſerpit: nō ſolum in area repit: ſed etiam ſi riuus nō
ꝓhibet parietes ſtantes inuenit. Deniq; ipſę exgruminantes ad ꝓpalam uitam
diu ꝓducunt: cum ad eam rem pauca laurea folia interiiciant: et aſpgunt furfu
res non multos. Itaque cocus has uiuas an mortuas coquat: pleꝛq; neſcit. Ge
nera cochlearum ſunt multa uel plura: ut minutę albulę quę afferuntur a reati-
no: et maximę quę de illyrico apportātur: et mediocres quę ex africa afferunt̄.
Non ꝙ in his regionibus quibuſdam locis ac magnitudinibus ſint diſpariles:
nam et ualde amplę ſunt. Quāq̄ ex africa: quę uocantur ſolitanę ita ut earum
calices quadrantes octoginta cape poſſint: et ſic in aliis regionibus eiſdem in-
ter ſe collata et minores ac maiores. Hę in fœtura pariunt innumerabilia. Earū
ſemen minutum ac teſta molli diuturnitate obdureſcit. Magnis īſulis in areis

factis magnum bolum deferunt. Has quoq; ſaginare ſolent ita: ut ollam eam foraminibus incruſtent ſapa et farre: ubi paſcantur. quæ foramina habeat ut i'trare aer poſſit. Viuax enim hæc natura.

De Gliribus. Cap. xiiii.

Litarium diſſimili ratione habetur: ꝙ non aqua ſed maceria locus ſe
g pitur. Tota leui lapide aut tectorio intrinſecus incruſtatᷓ: ne ex ea ere
pere poſſit. In eo arbuſculas eſſe oportet: quæ ferunt glandē. quæ cū fructum nō ferunt: intra maceriem iacere oportet glandem et caſtaneam: unde ſaturi fiant. Facere his cauos oportet laxiores: ubi pullos parere poſſint. Aquā oportet eſſe tenuem: ꝙ ea nō utuntur multum: et aridum locum quærunt. Hi ſaginantᷓ in doliis quæ etiam in uillis habent multi: quæ figuli faciunt. Multa aliter atq; alia: ꝙ in lateribus eorum ſemitas faciūt: et cauū ubi cibum cōſtituāt. In hoc dolium addunt glandē aut nuces iuglādes aut caſtaneā. Quibus intenebris: cum cumulatim poſitum eſt in doliis: fiunt pinguiores.

De apibus. Cap. xv.

Grius igitur relinquitur inquit: de paſtione uillatica tertius actus de
a piſcinis. Quid tertius inquit Axius? An quia tu ſolitus es in adole/
ſcentia tua domi mulſum non bibere propter parſimoniam: nos mel negligimus? Apius nobis uetum dicit īquit. Nam cum pauper cum duobus fratribus et duabus ſororibus eſſem relictus: quarum alteram ſine dote dedi Lucullo aquo hereditate me ceſſa primum et primus mulſum domi meæ bibere cœpi: ipſe cum interea nihilominus pene quotidie in conuiuio omnibus darem mulſum. Preterea meū erat non tuū: eas nouiſſe uolucres: quibus natura plurimū ingenii atq; artis tribuit: itaq; eas melius me noſce q̄ te. ut ſcias de ſcredibili earū auiū natura: audi Merula quę cętera fecit hyliſcus: quę ſeq meliturgi ſoleāt. i. q exercēt mellaria demōſtrabit. Primū apes naſcūtur prim ex apibꝰ: partī ex bubulo corpore putrefacto. Itaq; Archelaꝰ ī epigrāmate ait: eas eē.
βοὸσ φθιμομένησ πεποιήμενα τέκνα. Idem.
ἵππων μὲν σφῆκεσ γενεά: μόσχων δὲ μέλισσαι.
Hę apes non ſunt ſolitaria natura ut aquilę: ſed ut homines. Quod ſi in hoc faciunt etiā gracculi: at non idem: quod hic ſocietas operis et edificiorū: quod illic non eſt. Hic ratio atq; ars ab his facere opus diſcūt: ab his ędificare: ab his cibaria cōdere. Tria. n. harū cibus domus opus: neq; idem qđ cibus cęra: neq; quod ea mel: nec quod domus non in fauo ſex angulis cellam totidem quot habet pedes: q đ geometrę hexagonō fieri ī orbi rotūdo oſtendūt. Vt plurimū loci includatur: foris paſcūtur: intus opus faciūt: quod dulciſſimū qdem eſt: et deis et hominibus eſt acceptū: ꝙ fauus uenit in altaria: et mel ad principia cōuiuii et in ſecūdā menſam adminiſtratᷓ. Hęc ut hominū ciuitates: ꝙ hic eſt et rex et impiū et ſocietas: ꝙ ſequūtur oīa pura. Itaq; nulla harū aſſidit ī loco ingnato aut eo q male olear: neq; ēt ī eo q bona olet unguēta: itaq; his unctus

qui acceſſerit:pungunt. Non ut muſcę liguriũt:ꝙ nemo has uidet ut illas ĩ car/
ne aut ſanguine et adipe. Ideo modo eo conſidunt:in quo eſt ſapor dulcis mi/
nime malefica:ꝙ nullius opus uellicãs facit deterius. Neq; ignaua ut non ei q
conetur diſturbare reſiſtat. Neq; tamen neſcia ſuę imbecillitatis: quę cũ cauſa
muſaꝝ eſſe dicant᷑ uolucres:ꝙ et ſiquãdo diſplicatę ſũt cymbalis et plauſibus:
numero reducũt in locũ unũ. Et ut his diis elicona atq; olympon attribuerũt
homines:ſic his floridos et incultos natura attribuit mõtes. Regẽ ſuũ ſequũt᷑
quocũq; it:et feſſum ſubleuãt:et ſi nequit uolare ſuccollãt:ꝙ eũ ſeruare uolũt.
Neq; ipſę ſunt inficientes. Nec nõ oderunt inertes. Itaq; impetẽtes a ſe eiiciũt
fucos:ꝙ hi neq; adiuuant et conſumunt mel. Quos uocificantes plures perſe/
quuntur: Etiam paucę extra oſtium aluei obturant omnia qua uenit inter fa/
uos ſpiritus:quam rhithacem appellãt gręci. Omnes ut in exercitu uiuũt:atq;
alternis dormiunt:et opus faciunt pariter:et ut colonias mittũt. Hiq; duces cõ
ficiunt quędam ad uocẽ ut imitatione tubę. Tũ id faciunt:cũ inter ſe ſigna pa
cis ac belli habeãt. Sed o Merula Axius noſter ne dum hoc audit:phyſicã ad/
diſcat:ꝙ de fructu nihil dixi:nõ curſu lãpada tibe trado. Merula de fructu inq̃t
hoc dico:ꝙ fortaſſe an tibi ſatis ſit Axi:in quo auctorem habeo nõ ſolum qui
aluearia ſua locata habet quot annis quinis milibus pondo mellis:ſed etiã hũc
Varronẽ noſtrum quem audiui dicẽtem:duo milites ſe habuiſſe ĩ hiſpania fra
tres ueianios ex agro faliſco locupletes:quibus cũ a patre relicta eſſet parua uil
la et agellus non ſane maior iugero uno: hos circum uillam totam aluearium
feciſſe et hortum habuiſſe: ac reliquũ thymo et cythiſo oppleuiſſe et apiaſtro:
quod alii meliphilon:alii meliſophilon:quidã mellinom appellant. Hos nũq̃
minus ut perę q; ducerẽt dena milia ſeſtertia ex melle recipere eẽ ſolitos: tũ eos
et uelle expectare:ut ſuo potius tpe mercatorem admitterent q̃ celerius alieno.
Dic igit᷑ inquit:ubi et cuiuſmodi facere me oporteat alueatium ut magnos ca
piã fructus? Ille. Melittonas ita facere oportet:quos alii melittophia appellãt:
eandem rem quidam mellaria. Primum ſecũdum uillam potiſſimum ubi nõ
reſonent imagines. Hic.n.ſonus harum fugę exiſtimat᷑ eſſe. Pręterea ꝓcerum
eſſe oportet aere tempato:neq; ęſtate feruido neq; hyeme nõ aprico: ut ſpectet
potiſſimum ad hibernos ortus:quę ꝓpe ſe loca habeat ea ubi pabulum ſit fre/
quens et aqua pura. Si pabulũ naturale nõ eſt:ea oportet dominum ſerere quę
maxime ſequuntur apes:ea ſunt roſa ſerpillum apiaſtrum papauer faba lens pi
ſum ocymũ medicę maxime cythiſum:quod ualentibus utiliſſimũ eſt. Etenĩ
ab ęquinoctio uerno florere incipit:et ꝑmanet ad alterum ęquinoctium autũ/
ni. Sed ut hoc aptiſſimũ ad ſanitatem apium:ſic ad mellificium thymũ. Prop/
ter hoc ſiculum mel fert palmam:ꝙ ibi thymum bonum et frequens eſt. Itaq;
quidam thymum contundunt in pila:et diluunt in aqua tepida:eo conſpgunt
omnia ſeminaria conſita apium cauſa. Quod ad locum ptinet:hoc genus po/
tiſſimum eligendum iuxta uillam:non quo non in uillę porticu quidam quo

totius eſſent alueatia collocarint. Aluos ubi ſint:alii faciunt ex uiminibus ro- tundas:alii e ligno ac corticibus:alii ex arbore caua:alii fictiles:alii etiam ex fe rulis quadratas longas pedes circiter tres latas pedem. Sed ita uti paꝝ ſint quę cópleant:ne eas coanguſtent. Ne in uaſto loco et inani deſpódeant animum. Hęc oía uocát a mellis alimonio aluos:quas ideo medias uident́ facere angu ſtiſſimas:ut figurá imitent́ eaꝝ. Fictiles fumo bubulo obliniút intus et extra: ne aſperitate abſterreant́: eaſcꝗ aluos ita collocát in mutilis parietis :ut ne agi- tentur neue inter ſe cótingant : cũ in ordinem ſint poſitæ. Sic íteruallo poſitoꝫ alteꝝ et tertiũ ordinem infra faciũt:et aiunt:potius híc demi oportere ꝙ addi. Quartũ media aluo in qua ítroeant apes:faciunt foramina parua dextra ac ſi- niſtra. Ad extrema qua melliarii fauũ eximere poſſint:opcula imponũt aluis. Optimæ fiunt cortice. Deterrimæ fictiles:ꝗ ex frigore hyeme et æſtate calore uehemẽtiſſime hic cómouentur. Verno tẽpore et ęſtiuo ferer et in menſe mel- larius inſpicere debet fumigans leuiter:et a ſpurcitiis purgare aluũ:et uermicu los eiicere. Præterea ut aíaduertat:ne reguli plures exiſtant:inutiles enim fiunt propter ſeditiones. Vt quidá dicũt tria genera cũ ſint ducũ in apibus:niger ru uer uarius:ut Menecrates ſcribit:duo niger et uarius:q ita melior ut expediat melliario cũ duo ſunt eadẽ aluo íterficere nigrũ:quẽ ſcit cũ altero rege eſſe ſe- ditioſum:et corrũpere aluũ:ꝗ fuget aut cũ multitudine fugetur. De reliquis apibus optima eſt parua uaria rotũda. Fut q uocat́ ab aliis fucus eſt alter:eſt la to uẽtre. Veſpa quæ ſimilitudinẽ habet apis neꝗ ſocia eſt opis:et nocere ſolet morſu quaſ apes a ſe ſecernũt. Hęc differũt inter ſe quę fere et cicures ſunt. Nũc feras dico quę in ſilueſtribꝰ locis paſcitát cicures quę cultis. Silueſtres mino- res ſunt magnitudine et piloſę:ſed opifices magis. In emẽdo emptoré uidere oportet ualeát:an ſint ęgrę. Sanitatis ſigna:ſi ſunt frequẽtes in examine : et ſi nitidę et ſi opus qđ faciũt eſt ęquabile ac leue. Minus ualentiũ ſigna:ſi ſunt pi loſę et horridę aut puluerulẽtę:niſi opficii eas urget tẽpus. Tũ.n.ꝑpter laboré aſperátur:et maceſcũt. Si tráſferendę ſunt alui in aliũ locũ:id facere diligenter oportet:et tẽpora qbus id potiſſimũ facias animaduertendũ:et loca quo tráſ- feras idóea ꝓuidẽdũ. Tẽpora:ut uerno potiuſꝙ hyberno:ꝗ hyeme difficulter cõſueſcũt ꝗ tráſlatę manere. Itaꝗ fugiũt plerũꝗ ſi e bono loco tráſtuleris eo: ubi idonea bona pabulatio nó eſt:fugitiuę fiũt. Nec ſi ex aluo in aluũ in eodẽ loco traiicias negligenter faciendũ. Sed ſi tranſiturę ſunt apes:apiaſtro perfri- candũ:ꝗ illiciũ hoc illis:et faui melliti intus ponendi a faucibus nó longe:ne cum animaduerterint:aut inopiá eſcę habuiſſe dicátur:aut cũ ſunt apes mor- bidę propter prioris uernos paſtus : qui ex floribus nucis gręcę et comu fiũt cęliacas fieri:atꝗ urina pota refici. De his propolim uocát:e quo faciũt ad fo- ramen introitus protectum in aluũ maxime ęſtate. Quam rem etiam nomine eodem medici utuntur in emplaſtris. Propter quam rem etiam carius in ſacra uia qua mel uenit ehithacẽ uocant qbus fauos extremos ſimul cóglutinát: ꝗ

eſt aliud mel e propoli:itaq; in hoc uim eſſe illiciendi. Quo circa examen ubi
uolunt conſidere:eum ramum aliáue quam rem obliniunt:hoc admixto apia
ſtro. Fauus eſt:quem fingunt multi cauatum e cęra:cum ſingula caua ſena la/
tera habeant:quot ſingulis pedes dedit natura. Neque quę afferuntur ad quat/
tuor res faciẽdas propolim rhithacem fauum mel. Ex iiſdem omnibus rebus
capere dicunt ſimplex:ꝙ malo punico et aſparago cibũ carpant:ſolum ex olea
arbore cęram:e fico mel ſed non bonum. Duplex miniſterium pręberi ut e fa/
ba apiaſtro cucurbita braſſica cęram et cibum. Nec non aliter duplex quod fit
e malo et piro ſilueſtri : cęram et mel. Itẽ aliter duplex ꝙ papauere cęra et mel.
Triplex miniſterium cum fieri ut ex nuce gręca et ex lapſana cibum mel cęrã.
Item ex aliis floribus ita capere:ut alia ad ſingulas res ſumant : alia ad plures.
Nec non etiam aliud diſcrimen ſequant̃ in carptura aut eas ſequatur ut in mel
le:quod ex alia re faciunt liquidum mel:ut ex ſiſerę flore:et alia cõtra ſpiſſum:
ut e rore marino. Sic ex alia re ut e fico mel inſuaue:cytiſo bonum : et thymo
optimum. Cibi pars ꝙ potio et ea his aqua liquida unde bibant eſſe oportet.
Eamque propinquam quę ꝑterfluat:aut in aliquem locum influat:ita ne alti/
tudine aſcendat duos aut tres digitos : in qua aqua iaceant teſtę aut lapilli ita
ut extent paulum:ubi aſſidere et bibere poſſint. In qua diligenter habenda cu/
ra:ut aqua ſit pura:ꝙ ad mellificium bonum uehementer prodeſt. Quod non
omnis tempeſtas ad paſtum ꝓdire longius patitur: pręparandus his cibus ne
tum melle ſolo cogantur uiuere:aut relinquere exinanitas aluos. Igitur ficorũ
pinguium circiter decem pondo decoquunt in aquę congiis ſex quas coctas i
offas prope apponunt. Alii aquam mulſam in uaſculis prope ut ſit curant. In
quam addunt lanam purpuream:per quam ſugunt ueno tempore:ne potu ni
mium impleantur : aut ne incidant in aquam ſingula uaſa ponunt ad aluos.
Hęc ſupplentur. Alii ficum et uuam paſſam cum piſierunt :affundunt ſapam:
atque ex eo factas offas apponunt ibi:quo horas hyeme in pabulum procede/
re tamen poſſint. Cum examen excitatum eſt:ꝙ fieri ſolet:cum adnatę proſpe
rę ſint multę:ac progeniem emittere uolunt in coloniam:ut olim crebro ſabini
factitauerunt propter multitudinem liberorum. Huius quę duo ſolent pręire
ſigna ſunt. Vnum ꝙ ſuperioribus diebus maxime ueſpertinis multę ante fo/
ramen ut uuę alię ex aliis pendent cõglobatę. Alterum ꝙ cum iam euolaturę
ſunt:aut etiam inceperunt conſonant uehementer : perinde ut milites faciunt
cum caſtra mouent : quę primo cũ exierunt in cõſpectu uolitant reliquas quę
nondum congregatę ſunt reſpectantes : dum conueniant. Cum a mellario id
feciſſe ſunt animaduerſę:iaciundo in eas puluerem:et circum tĩniendo ęre per
territas quo uoluerit perducet. Non longe inde obliniũt rhithace atq; apiaſtro
ceteriſq; rebus quibus delectantur. Vbi conſederunt:afferunt aluũ ꝓpe eaſdem
illiciis illitã intus:et ꝓpe appoſita fumo leui circũdato cogũt eas intrare. Vtq;
in nouam coloniam cum introierunt ꝑmanent adeo libenter:ut etiam ſi proxi

mam poſueris illam aluum unde exierūt:tamen nouo domicilio potius ſunt
contentæ. Quod ad paſtiones pertinere ſum ratus quoniā dixi:nūc iā quotus
adhibetur ea cura de fructu dicam. Eximendorum fauorū ſignū ſumunt ex
ipſis:uti aluos habeant:et uti cōgerminauerint:coniecturam capiunt ſi intus
faciunt bombum:et cum introeunt:ac foras trepidant et ſi opercula alui cum
remota ſint:fauorum foramina obducta uidentur mellis mēbranis. Cum ſint
repleti melle:ī eximendo quidam dicūt oportere:ita ut.ix.partes tollere:deci
mam relīquere. Quod ſi omnes eximas:fore ut diſcedāt. Alii hoc plus relin/
qnūt q̄ dixi:ut ī aratis qui faciūt reſtibiles ſegetes plus tollūt frumēti ex inter
uallis:ſic ī aluis:ſi nō quot annis eximas:aut nō quoq; multum: et magis his
aſſiduas habeas apes et magis fructuoſas. Eximēdorum fauorum primū pu/
tāt eſſe tempus uergiliarū exortū. Secundum æſtate exacta:anteq̄ totus exori
tur arcturus. Tertiū poſt uergiliarū ocaſum:et ita ſi ſecūda ſit aluus:ut ne plus
tertia pars eximatur mellis:reliquū et hyemationi relinquatur ſiue aluis. Nō
ſit fertilis:niſi q; eximatur. Exemptio cū eſt maior neq; numeroſam neq; palā
facere oportet:ne deficiniant animū faui qui eximūtur. Si qua pars nihil ha/
bet:aut habet inquinatū:e cultello præſecatur. Prouidendū ne infirmiores a
ualentioribus opprimantur. Eo enim minuitur fructus. Itaq; imbecilliores ſe/
cretas ſubiiciūt ſub alterū regē. Quæ crebrius inter ſe pugnabūt:aſparagi eas
oportet aqua mulſa. Quo facto non modo non deſiſtūt pugna:ſed etiam con
fertiūt ſe lingentes:eo magis ſi mulſo ſunt aſperſæ:q; propter odorem auidius
applicant ſe:atq; obſtupeſcunt potantes. Si ex aluo minus frequentes euadūt:
ac ſubſidit aliqua pars:ſuffumigandū et prope apponendū bene olentiū her/
barū maxime apiaſtrū et thymū. Prouidendū uehementer nē propter æſtum
aut propter frigus diſpereant. Si quādo ſubito imbri ī paſtu ſunt opreſſæ:aut
frigore ſubito anteq̄ ipſe prouiderint:id fere quod accidit raro ut decipiantur:
et imbris guttis uberibus offenſe iacent proſtratæ et afflictæ:colligendū eas in
uas aliquod:et reponēdū ī tecto loco ac tepido pronoad meridiem q̄maxime
tempeſtate bona cinere facto e ficulneis lignis infriando paulo plus caldo q̄ te
pidiore. Deinde concutiendū leuiter ipſo uaſe:ut manu non tangas: et ponen
dæ in ſole. Quæ enim ſic conciliatæ concaluerunt:ſe reſtituūt ac reuiuiſcūt:ut
ſolet ſimiliter fieri in muſcis aqua necatis. Hoc faciūdū ſecūdū aluos:ut recon
ciliatæ ad ſuū quæq; opus et domiciliū redeant.

De Piſcinis. Cap.xvi.

Nterea redit ad nos pauo: Et ſi uultis inquit anchoras tollere:latis ta
i bulis ſortitio fit tribuū:ac cœpti ſunt a precone renuntiari quē quæq;
tribus fecerunt ædilem. Apius confeſtim ſurgit:ut ibidem cādidato
ſuo gratularetur:ac deſcenderet in hortulos merula: Tertium actum de paſti/
onibus uillaticis poſtea inquit:tibi reddam axi. Conſurgentibus illis axius
mihi reſpectantibus nobis q; candidatū noſtrū uenturū ſciebamus. Non la/

bores inqnit hoc loco diſceſſiſſe Merulam. Reliqua enim fere mihi ſunt nota: Quod enim piſcinarũ genera ſunt duo: dulcium et ſalſarum. Alterq; apud plebem et ſine fructu: ubi lymphæ aquam piſcinis uillaticis noſtris miniſtrant. Illæ aũt maritimæ piſcinæ nobilium quibus neptũnus: ut aquam et piſcibus miniſtrat: magis ad oculos pertinent q̃ ad ueſicam: et potius marſupiũ exinaniunt: q̃ replent. Primum enim ædificant̃ magno: ſecũdo implentur magno: tertio aluntur magno. Hirius circum piſcinas ſuas ex ædificiis duodena milia ſeſtertia capiebat. Eã omnẽ mercedem æſcis quas dabat piſcibus: cõſumebat. Non mirũ. Vno tẽpore enim memini hunc Cæſari ſex milia murenarũ mutua dediſſe ĩ pondus: et propter piſciũ multitudinem quadragies ſeſtertio uillam ueniſſe. Quæ noſtra piſcina ac mediterranea plebeia recte dicitur dulcis: et illa amata. Quis.n. noſtrũ non una cõtentus eſt hac piſcina? Quis cõtra maritimas non ex piſcinis ſingulis plures cõiunctas habet pluris? Nã ut Pauſias et cæteri pictores eiuſdẽ generis loculatas magnas habẽt areolas: ubi diſcolores ſint certas ſic hi loculatas habent piſcinas: ubi diſpares diſcluſos habẽt piſces: quos pinde ut ſacri ſint: ac ſanctiores q̃ illi in lydia quos ſacrificant. Ibi Varro ad tubicinã græcũ. Gregarim ueniſſe dicebas ad extremũ littus atq; aram: q̃ eos capere auderet nemo: cũ eodem tempore inſulas ludinorũ ibi cortuſas uidiſſes. Sic hos piſcis nemo coquus in ius uocare audet. Hortẽſius Quintus familiaris noſter: cũ piſcinas haberet magna pecunia ædificaras ac loculos: ita ſæpe cũ eo ad uillã fui: ut illũ ſciam ſemper in cœnam piſces puteolos mittere emptũ ſolitũ. Neq; ſatis erat eũ non paſci piſcinis: niſi eos ipſe paſceret ultro. Ac maiorem ſibi curã haberet: prius eſurirent aſini: q̃ ego habeo: ne mei in roſia eſuriãt aſini. Ecquid utraq; et cibo et porione ſcũ nõ paulo ſumptuoſius q̃ ego miniſtret uictum. Ego cum honore uno ſeruulo hordeo nõ multo aqua domeſtica meos multinummos alo aſinos. Hortẽſius primũ qui miſtrarẽt piſcatores habebat cõplures: et piſciculos minutos aggerebat frequenter: qui a maioribus abſumerent̃. Preterea ſalſamentorũ ĩ eas piſcinas emptũ cõiiciebat cũ mare turbaret̃. Ac per tempeſtatem macellũ piſcinã ut mare obſoniũ præberet: neq; euerriculo in littus educere poſſent: uinam ſabinam plebeiæ cœnæ piſces. Celerius uolũtate Hortẽſii ex equili educeres redarios (ut tibi haberes) mulos: q̃ e piſcina barbatũ mulũ. At inqr ille. Nõ minor cura eius de ægrotis piſcibus: q̃ de minus ualentibus ſeruis. Itaq; minus laborabat: ne ſeruus æger q̃ aquam frigidam biberẽt ſui piſces. Etenim hac incuria laborare aiebat. M. Lucullũ. Et piſcinas eius deſpiciebat: q̃ eſtiuaria idonea nõ haberet: ac reſidẽ aquam in locis peſtilentibus habitarent piſces eius. Cõtra ad neapolim. L. Luculus: poſteaq̃ perfodiſſet montem: ac maritimũ flumen ĩmiſiſſet in piſcinas: quæ reciprocæ fuere: ipſe neptuno nõ cederet de piſcatu: eẽ cauſam: ut ãtiquos piſces ſuos uideat̃ propter æſtus duxiſſe in loca frigidiora: ut apuli ſolerent pecuarii facere: q̃ propter calores in montes ſabinos pecus ducunt. In baiano aut

ardeę tanta ardebat cura:ut architecto pmiſerit:ut ſuam pecuniam cõſumeret: dũmodo perduceret ſpecus e piſcinis in mare:obiectaculo quo ęſtus bis quoti die ab ortu lunę ad nonam pximam introire ac redire rurſus in mare poſſet: ac refrigerare piſcinas. Nos hęc. At ſtrepitus a dextra: et cum lata candidatus noſter deſignatus ędilis in uillam. Cui nos occurrimus:et gratulati in capito- lium proſequimur:ille inde eundo ſuam domum:nos noſtram. Opinionis noſtrę ſermonem de paſtione uillatica ſummatim hunc quem expoſui habeto.

MARCI TERENTII VARRONIS QVI REM RVSTICAM EXPOLIVIT LIBRI TRES. HOS DILIGENTER ATQVE VENVSTE IMPRESSIT BENEDICTVS HECTORIS BONONIENSIS.

## Philipi Beroaldi Epiſtola.

d E agricolatione precipere apud priſcos regiũ ac pricipale munus fuit: Siquidem Hiero Attalus et Archelaus reges: Xenopõ ac Pœnus mago Duces de ea re non parum multa prodiderunt. Sed apud Romanos clariſſimi rei ruſticę conditores ſunt Portius Cato. M. Varro: Columella: atque Palladius: quibus ueluti ſolidiſſimis fulturis omnis ruſticatio inixa fulcitur: Plinium enim ut Achillem ſemper excipi par eſt. Hoſce uno uolumine cõnexos nuperrime impreſſit Benedictus bibliopola Bononienſis caſtigatius limatiusq; q̃ priores impreſſores factitauerint: Additis non paucis appendiculis: quod ueluti illicium emptori ſit: eũque faciat empturientem magis. Quicquid ideſt lector candide queſo boni conſulito.

## Tituli libri primi Palladii Rutilii


d E preceptis rei ruſticę. Titulus primus
De quattuor rebus qbus agricultura conſiſtit. ti.ii.
De aeris probatione. ti.iii.
De aqua probanda. ti.iiii.
De qualitate terrarum. ti.v.
De induſtria et neceſſariis ad rura ſententiis. ti.vi.
De agri electiõe et ſitu. ti.vii.
De ędificio. ti.viii.
De hibernis et ęſtiuis manſionibus et pauimentis. ti.ix.
De calce et arena. ti.x.
De latericiis parietibus. ti.xi.
De lumine et altitudine. ti.xii.
De cameris canniciis. ti.xiii.
De ope albario. ti.xiiii.
De tectoriis. ti.xv.
De uitãda ualle quę ꝓpter aquas diligi ſolet. ti.xvi.
De ciſternis et maltha frigidaria. ti.xvii.
De cella uinaria. ti.xviii.
De horreo. ti.xix.
De olei factorio. ti.xx.
De ſtabulis equoꝝ et boũ. ti.xxi.
De corte. ti.xxii.
De auiariis. ti.xxiii.
De columbariis. ti.xxiiii.
De turturario. ti.xxv.
De turdis. ti.xxvi.
De gallinis. ti.xxvii.
De pauonibus. ti.xxviii.
De phaſianis. ti.xxix.
De anſeribus. ti.xxx.
De piſcinis. ti.xxxi.
De fœnili paleario et lignario. ti.xxxii.
De ſterquilinio. ti.xxxiii.
De locis horti et pomarii et ſepibꝰ et ſerendi tempore. ti.xxxiiii.
De remediis orti uel agri. ti.xxxv.
De area. ti.xxxvi.
De apium caſtris. ti.xxxvii.
De apibus emendis. ti.xxxviii
De balneis. ti.xxxix.
De malthis calidaria et f[?]aria. ti.xl.
De piſtrino. ti.xli.
De inſtrũis agreſtium. ti.xlii.


Q

# PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI VIRI ILLV/ STRIS DE RE RVSTICA LIBER PRIMVS.

## De pręceptis rei ruſticę. Titulus primus.

p ARS EST PRIMA PRVDENTIAE IPSAM: cui p̃cepturuſ ſiſ:eſtimare pſoná. Neq;.n.formator agri/ colę debet artibuſ et eloquẽtia rethoreſ emulari: qđ a ple riſq; factũ eſt:q dũ diſerte loquũtur ruſticiſ:aſſecuti ſunt: ut eoꝝ doctría nec a diſſertiſſimiſ poſſit intelligi. Sed noſ recidamuſ p̃fatiõiſ morá:ne quoſ rep̃hẽdim⁹ imitemur. Dicendũ autẽ nobiſ eſt (ſi diuina fauerít) de oĩ agricultu ra et paſcuiſ et ędificiiſ ruſticiſ:ſecũdũ fabricãdi magiſtroſ:eoꝝq; ĩuẽtionibꝫ et oĩ genere eoꝝ quę uel facere: uel nutrire oportet agricolá rõne uoluptatiſ et uſufructuſ:ſuiſ tamen tẽporibuſ p uniuerſa diſtinctiſ. Sane in pomiſ hoc ſerua re cõſtitui:ut eo mẽſe quo ponẽda ſunt:ſingula cum ſua oĩ exeq̃r diſciplina.

## De quattuor rebuſ quibuſ agricultura conſiſtit. Ti. ii.

p Rimo igitur eligendi et bene colẽdi agri ratio quattuor rebꝫ cõſtat: aere aqua:terra:induſtria. Ex hiſ tria naturalia:unũ facultatiſ et uolun tatiſ eſt. Naturę eſt quod in primiſ ſpectare oportet:ut eiſ lociſ quę co lere deſtinabiſ:aer ſit ſalutariſ et clemenſ:aqua ſolubriſ et facilis uel ibi naſcenſ uel adducta uel imbre collecta:terra uero fœcunda et ſitu commoda.

## De aeriſ probatione. T. iii.

a Eriſ igitur ſalubritatẽ declarãt loca ab infimiſ ualibuſ libera:et nebu laꝝ noctibuſ abſoluta:et habitatorum conſiderata corpuſcula:ſi ei co lor ſanuſ:capitiſ firma ſinceritaſ:ĩoffenſum lumẽ oculoꝝ:puruſ audi/ tuſ:fauceſ cõmeatum liquidę uociſ exercẽt. Hoc genere benignitaſ aeriſ appro batur. Hiſ autem contraria noxium cęli illius ſpiritum confitentur.

## De aqua probanda. T. iiii.

a Quę uero ſalubritas ſic agnoſcit᷑. Primũ ne a lacunis aut palude du catur:ne de metallis originẽ ſumat:ſed ſit pſpicui coloris:neque ullo aut ſapore aut odore uitiet᷑:nullus ibi limus ĩſidat:frigus tpe ſuo mul ceat:ęſtatis ĩcẽdia moderetuſ. Sed quia ſolet his oĩbus ad ſpẽm cuſtoditis oc cultiorem noxá tectior ſeruare natura:ipſam quoq; ex ĩcolaꝝ ſalubritate noſca mus:ſi fauces bibentiũ purę ſunt:ſi ſaluo capite in pulmonibus ac thorace aut nulla eſt:aut rara cauſatio. Nam plerũq; has noxas corporis ad inferiorẽ partẽ quę ſupra ſunt corrupta demittunt. Sed ut uitiato capite ad pulmonẽ uel ſto/ macum morbi cauſa decurrat:tunc culpandus aer potius inuenitur. Deinde ſi uenter aut uiſcera uel latera uel renes nullo dolore aut inflatione uexẽtur: ſi ui tia nulla ueſicę ſunt. Hęc atq; his ſimilia ſi apud incolas pro maiori parte con ſtare uideris nec de aere aliquid nec de fontibus ſuſpiceris,

De qualitate terrarum. T. v.

i N terris uero quęrēda fœcūditas. Ne alba et nuda ſit gleba:ne macer ſabulo ſine admixtione terreni:ne creta ſola:ne arenę ſqualentes:ne ieiuna glarea:ne auroſi pulueris lapidoſa macies:ne ſalſa uel amara : ne uliginoſa terra:ne tofus arenoſus atq; ieiunus:ne uallis nimis opaca et ſolida. Sed gleba putris et fere nigra:et ad tegendā ſe graminis ſui crate ſufficiens aut mixti coloris:quę et ſi rara ſit:tamen pinguis ſoli adiunctione glutinet. Quę protulerit nec ſcabra ſint nec retorta:nec ſucci naturalis egēria ferat. Quod fru mentis dādis utile ſignū eſt:ebulum:iuncum:calamū:gramen:trifolium non macrum:rubos pingues:pruna ſiluestria. Color tamen non magnopere quęrē dum eſt:ſed pinguedo atq; dulcedo. Pinguē ſic agnoſcis. Glebā paruulā dulci aqua cō ſpargis et ſubigis:ſi glutinoſa ē et adhęret:cōſtat illi ineſſe pinguedinē. Item ſcrobe effoſſa et repleta ſi ſupauerit terra:pinguis eſt:ſi defuerit exilis:ſi cō uenerit ęquata mediocris. Dulcedo aūt cognoſcitur:ſi ex ea pte agri:quę ma gis diſplicet:glebā fictili uaſe dulci aqua madefactā iudicio ſaporis explores. Vineis quoq; utilē p hęc ſigna cognoſces. Si coloris et corporis rari aliquatenus atq; reſoluti eſt. Si uirgulta quę ꝓtulit :leuia nitida procera fœcunda ſunt: ut piros ſiluestres:prunos:rubos:cęteraq; huiuſmodi neq; intorta neq; ſterilia: neq; macra exilitate languentia. Situs uero terrarū neq; planus ut ſtagnet :neq; ꝑruptus ut defluat:neq; obrutus ut ī imū deiecta ualle ſubſidat:neq; arduus ut tēpeſtates immodice ſentiat et calores. Sed ex his oībus utilis ſemp eſt ęquata mediocritas:et uel campus aptior et humorē pluuiū cliuo fallēte ſubducēs:uel collis molliter per latera īclinata deductus:uel uallis cū quadā moderatiōe et aeris laxitate ſubmiſſa uel mons alterius culminis defenſus obiectu et a moleſtionibꝫ uētis liber auxilio aliquo:uel ſublimis aſper ſed nemoroſus et herdus. Sed cū ſint genera terrarū plurima:ut pinguis aut macra ſpiſſa uel rara ſicca uel humida:et ex his pleraq; uitioſa:tamē ꝓpter ſeminū differētiā ſępe neceſſariā: maxime ſicut ſupra dixi:eligendus eſt pinguis ac reſolutus ager:qui minimū laborē perit:et fructū maximū reddit. Secūdi meriti eſt ſpiſſus:q labore qdem maximo tamen ad uota reſpōdet. Illud uero deterrimū genus eſt:qd erit ſiccū ſimul et ſpiſſum:et macrū uel frigidū:qui ager peſtiferi more fugiendus eſt.

De induſtria et neceſſariis ad rura ſententiis. T. vi.

ſ Ed ubi hęc quę naturalia ſūt neq; humana ope curari poſſunt:diligē tiuſ eſtimauerīſ:exeq te cōuenit partem quę reſtat īduſtrię. Cuiuſ hec erit cura uel maxima:ut haſ quaſ ſubieci ex oī ope ruſtico ī primiſ de beaſ tenere ſentētiaſ. Pręſentia domini prouectuſ ē agri. Color terrę nō magno pere deſyderetur:qa bonitatiſ incertuſ ē auctor. Genera oīum ſurculorū uel fru gum pręclara:ſed terriſ tuiſ ex pra cōmitte. In nouo enī genere ſeminū ante ex perimentū nō ē ſpeſ tota ponenda. Lociſ humidiſ ſemina citiuſ q̄ ſicciſ degenerant:quare ſubīnde ſuccurat electio. Ferrarii lignarii:doliorum cuparumq;

factores neceſſario habendi ſunt:ne a labore ſoléni ruſticos cauſa deſiderandę
urbis auertat. Locis frigidis a meridie uinea ponantur:calidis a ſeptentrione:
téperatis ab oriente:uel (ſi neceſſe ſit) occidente. Operarum ratio unũ modũ tene
re non poteſt in tanta diuerſitate terrarum:et ideo ſoli et prouincię conſuetudo fa
cile oſtendet:quis modus unãquãq; rem faciat ſiue in ſurculis ſiue ĩ omni ge-
nere ſatorum. Quę florent cõſtat non eſſe tangenda. Bene eligi ſerenda non poſ-
ſunt:niſi hoc officium prius eligens aſſumat. In rebus agreſtibus maxime offi
cia iuuenũ cõgruunt:imperia ſeniorum. In uitibus putãdis tria cõſiderãda ſunt:
fructuũ ſpes ſucceſſura materies:locus q ſeruet ac reuocet. Vitẽ ſi maturius pu-
tes plura ſarmẽta:ſi ſerius:fructus plurimos cõſequeriſ. De locis deterrimis ſi
cut arbores ita homines cõuenit ad meliora trãſferre. Poſt bonã uĩdemiã ſtric
tiuſ:poſt exiguã latiuſ puta. In omni ope inſerendi putandi ac recidendi duriſ
et acutis utere ferramentis. In uite uel arbore quę faciẽda ſunt:p age ante aptio
nem floris et gemmę. In uineis aratro pretermiſſa:foſſor emendet. Locis cali-
dis ſiccis apricis pampinãdum non eſt:cum magis uites oportet opiri. Et ubi
uineas uulturnus exurit aut flatus aliquis regionis inimicus: uitem tegamuſ
ſtraminibuſ uel aliunde quęſitiſ. Ramuſ lętuſ uiridiſ et ſterilſ ĩ media olea ab
ſcindenduſ eſt:uelut totiuſ arboriſ inimicuſ. Sterilitaſ et peſtilẽtia ęquo modo
fugienda ſunt. In paſtinato ſolo inter nouellaſ uiteſ omnino nihil ẽ cõſerẽdũ:
Gręci iubent exceptiſ caulibuſ:tertio anno quę libebit iniungere. Omnia legu
mina gręciſ auctoribuſ ſeri iubentur in ſicca terra:faba tantũmodo in humida
debet ſpargi. Domino uel colono confinia poſſidenti qui fundum uel agrum
ſuum locat:damniſ ſuiſ ac litibuſ ſtudet. In agro periclitantur interiora:niſi co
lãtur extrema. Omne triticũ ſolo uliginoſo poſt tertiam ſationem in genuſ ſa
liginiſ cõmutatur. Tria mala ęque nocẽt:ſterilitaſ:morbuſ:uicinuſ. Qui terrã
ſterilẽ uineiſ occupat:et laboribuſ ſuiſ et ſumptibuſ eſt inimicuſ. Cãpi largiuſ
uinũ colleſ nobiliuſ ferũt. Aquilo uiteſ ſibi obiectaſ fœcũdat:auſter nobilitat.
Ita ĩ arbitrio noſtro ẽ:pluſ habeamuſ an meliuſ. Neceſſitaſ feriſ caret. Quãuiſ
temperatiſ agriſ ſerendum ſit:tamen ſi ſiccitaſ longa eſt:ſemina occata tutiuſ
in agriſ q̃ in horreiſ ſeruabunť. Vię malitia ęque et uoluptatiſ et utilitatiſ ad-
uerſa eſt. Qui colit:grauem tributiſ creditorem patitur:cui ſine ſpe abſolutiõis
aſtrictuſ eſt. Qui arando crudũ ſolũ inter ſulcoſ relinquit:ſuiſ fructibuſ dero-
gat:terrę ubertatẽ infamat. Fœcũdior eſt culta exiguitaſ:q̃ magnitudo neglec
ta. Nigraſ uiteſ omnino repudieſ:niſi ĩ prouinciiſ et eiuſ generiſ quo aciaticiũ
fieri cõſueuit. Lõgiuſ ãminiculũ uitiſ ĩcrementa ꝓducit. Tenerã et uiridẽ uitẽ
ferri acie ne recidaſ. Oĩs inciſura ſarmẽti auertatur a gẽma:ne eã ſtilla quę flue
re cõſueuit extĩguat. Pro macie uel ſoliditate uitiũ nutriẽda ſarmenta putator
iniũgat. Terra ꝓfũda(qđ gręci aſſerũt)oleę grãdeſ arboreſ efficit:fructuſ mino
reſ et aq̃toſ ac ſeroſ magiſq; amurcę ꝓxioſ. Aer oleaſ tepiduſ iuuat et uẽtiſ me
diocribꝰ ſine ui et horrore pflabiliſ. Vitiſ.quę ad iugũ colit̃ p ętateſ ad hoc ꝓ-

ducēda eſt:ut lociſ moleſtioribuſ quattuor pedibuſ a terra :placidioribuſ uero
ſeptē ſūmitaſ eı9 īſurgat. Hortuſ q cęlo clęmēti ſubiacet:et fontāo hūore pcur
ritur:ppe eſt liber ſit:et nullā ſerēdi diſciplinā reqrat. Subligatio acerbiſ uuiſ fa
ciēda ē:quādo excutiendi aut rūpendi acini nulla formido eſt. Ligatura in ui
tibuſ locū debet mutare:ne unū ſemp aſſiduitaſ cōterat uinculoꝝ. Foſſorem ſi
aptuſ uitiſ oculuſ uiderit:cęcabit̄ ſpeſ magna uindemię:ideo dū eſt clauſa fo/
dietur. Terrę altitudinem:cū fœcūditate ſi ad frumenta duobꝰ pedibꝰ explora:
quattuor uero ſi ad arbuſta uel uiteſ. Vitiſ nouella ut facile īcremētū dilecta cō
ſequit̄:ita īteritū celerē ſi negligat̄ īcurrit. Modū tene ęſtimatiſ facultatibꝰ tuiſ
ī aſſūptiōe culturę:ne ſupatiſ uiribuſ excedēte mēſura turpiter deſeraſ qd arro/
gāter aſſumiſ. Semina pluſq̄ annicula eſſe non debent:ne uetuſtate corrupta nō
pdeant. Frumētum colliſ grano robuſtiuſ ſed mēſurę minuſ refundet. Omnia
quę ſerunt̄:creſcēte luna et diebuſ tepidiſ ſunt ſerenda:nam tepor uocat:friguſ
īcludit. Si tibi ager eſt ſiluiſ īutilibuſ tectuſ:ita eū diuide.ut loca pinguia puraſ
reddaſ noualeſ. Loca ſterilia ſiluiſ tecta eē patiariſ:qa illa naturali ubertate reſpō
dent:hęc beneficio lętantur incendii. Sed ſic urēda diſtingues:ut ad incenſum
agrum poſt quinquēniū reuertaris:ita efficies ut ęqualiter uel ſterilis gleba cū
fœcūditate contendat. Gręci iubent oliuam:cū plantatur et legitur :a mundis
pueris atq; uirginibus operandum. Credo recordari arbori huic eſſe pręſulem
caſtitatem. Nomina frumentorum ſuperfluum eſt pręcipere:quę aut loco ſub/
inde aut ętate mutantur. Hoc ſatis eſt:ut eligamus pręcipua in ea regione:quā
colimus:uel exploremus aduecta. Lupinus et uicia pabularis ſi uirides ſucci/
dātur:et ſtatī ſupra ſectas eorum radices aretur:ſtercuris ſimilitudine agros fœ
cundant:quę ſi ex ſe aruerint anteq̄ pſcindas:in his terrę ſuccus aufertur. Ager
aquoſus plus ſtercoris quęrit : ſiccus minus. Calidis maritimis ſiccis apricis
campeſtribus locis omne opus uinearum maturius īchoet̄: frigidis mediter/
raneis humidis opacis montanis locis tardius:quod non ſolū de mēſibus aut
diebus dixerim:ſed horis opandi. Omne opus ruſticū cum fieri pręcipit̄: neq;
cito eſt:ſi ante quindecim dies:neq; tarde ſi poſt quindecim fiat. Frumēta oīa
maxime lętātur patenti campo et ſoluto et ad ſolem recliui. Spiſſa et cretoſa et
humida terra bene far et triticum nutrit:hordeum ſoluto delectat̄ et ſicco. Nā
ſi in lutoſo agro ſpargat̄ morietur. Trimeſtris ſatio lociſ frigidiſ niuoſiſ cōue/
nit:ubi qualitaſ ęſtatiſ humecta eſt:cęteriſ raro reſpondet euentu. Semen trime
ſtre lociſ tepidiſ meliuſ reſpondebit:ſi ſerat̄ autūno. Si neceſſitaſ coget de ſalſa
terra ſperari aliquid:poſt autūnum plantanda eſt uel cōſerenda:ut malitia eiuſ
hyberniſ ībribuſ eluatur. Aliquid etiam terrę dulciſ uel arenę fluuialiſ ſubiiciē
dū ē:ſi illi uirgulta cōmittimuſ. Seminariū mediocri terra īſtituere debemuſ:
ut ad meliorem quę ſata fuerint transferantur. Lapideſ qui ſuperſunt hyeme ri
gēt:ęſtate ferueſcūt:iccirco ſatiſ arbuſtiſ et uitibuſ nocent:quid enim latēti p/
ſunt in terriſ calidiſ et ſiccaſ : dūmodo eiſ terra ſubſit? Terra quę circa arbores

mouetur ita eſt uicibus ꝑmutanda:ut ei quę in ſūmo fuerat:ima ſuccedat. In
lętandis arboribus crates faciemus terram prius trūco admouētes et mox lę/
tamen:ut ſic opus natura beneficii alternante cumuletur. Agri pręſulem non
ex dilectis et tenere educatis ſeruulis ponas:quia fiduciam pręteriti amoris ad
impūitatem culpę pręſentis expectat.

De agri electione uel ſitu. T. vii.

N eligendo agro uel emendo conſiderare debebis:ne bonū naturalis
i fœcunditatis colentium deprauauerit inertia:et indegeneres ſurculos
uber ſoli feracis expēderit:qđ quāuis emēdari poſſit īſitione melioꝝ:
tamen haꝝ reꝝ ſine culpa melior uſus eſt:q̄ cū ſpe corrigendi ſerus euentus. In
ſeminibus ergo frumētoꝝ pręſens emēdatio poterit eſſe. In uineis maxime cō
ſiderandū atq; uitandū eſt:qđ pleriq; fecerūt ſtudendo famę tantum:et latitu
dini paſtinoꝝ ſemina uitiū ſtatuentes uel ſterilia uel ſaporis indigni qđ grandi
tibi labore cōſtabit ut corrigas:ſi agrū cōpareſ uitiis talibus occupatū. Poſitio
macras uineas reddit. In rubrica difficilius cõprehẽdũt:ꝗuis poſtea nutriãtur.
Sed hoc genus terrę opibus inimicũ eſt:quia paruo uel humore uel ſole nimis
madeſcit:aut dura eſt. Maxĩe utile ſolũ eſt:qđ ĩter oẽs nimietates tẽperamẽtũ
tenebit:et raro ꝓximũ ꝗ denſo fuerit. Plagá cęli uinea ſpectare debet locis frigi
diſ meridianã:calidiſ ſeptẽtrionalẽ:tepidiſ oriẽtẽ:ſi tamen auſtroſ uel euroſ re/
gio nõ habeat inimicoſ. Quod ſi hoc eſt uitiũ:meliuſ in aquilonem uel fauo/
niũ uineta dirigimuſ: Sed locuſ qui paſtinãduſ eſt:priuſ impedimẽtiſ:et oĩbuſ
eliſiſ libereť arboribꝰ:ne poſt calcatũ aſſiduo terra effoſſa ſolideť. ſi campuſ eſt:
duobuſ ſemiſ pedibuſ paſtinetur: ſi cliuuſ tribuſ: colliſ pręruptuſ. iiii. ne ci/

tiuſ terra decurrat:ualliſ uero duobuſ pedibuſ. Sed ager uliginoſuſ:qui hũoreſ
altiuſ foſſuſ eructat ſicut rauenatiſ ſoli:nõ in ampliuſ q̃ in pedem ſemiſ effodia
tur. Illud experimentiſ aſſiduiſ comprehendi:uiteſ meliuſ prouenire:ſi uel ſta⁄
tim foſſę terrę uel non longe ante pangantur:cum tumor paſtini nõdum repe
tita ſoliditate ſubſedit. Hęc quoq; in faciendiſ ſulciſ et ſcrobib9 approbaui:ma
xime ubi mediocriſ eſt terra.

De hortiſ:ĩ eo de lactuca:naſturcio eruca:caulib9:alio et ulpico. T. xiiii.

Enſe ianuario lactuca ſerẽda ẽ uel decẽbri:ut plãta eius februario trãſ
m ferat᷑. Itẽ ꝑ februario ſerit᷑:ut poſſit aprili menſe tranſferri. Sed certum
eſt eã toto ãno bene ſeri:ſi locus ſit lętus ſtercoratus irriguus. Anteq̃
pãgãtur:radices eius reſecemus ęqualiter:et liquido fimo liniamus:uel quę iã
panctę ſunt:nudatę lętamen accipiãt. Amant ſolũ ſubactum pingue humidũ
ſtercoratũ. Inter has herbas manu euelẽda eſt nõ ſarculo. Latior fit:ſi rara po⁄
natur:uel cum ꝓducere incipiet caulẽ:eo leuiter inciſo gleba premat᷑ aut teſta.
Candidę fieri putãtur:ſi fluminis arena uel littoris frequenter ſpargatur in me
dias:et collectis ipſę foliis aligentur. Si uitio loci uel tp̃is uel ſeminis cito lactu
ca dureſcit:plãta eius auulſa et denuo poſita teneritudinẽ cõſequet᷑. Itẽ multis
ſeminib9 cõdita naſcet᷑:ſi caprini ſtercoris baccã ſubula ſubtiliter excauaueris:
et ĩ ea ſemẽ lactucę naſturcii ocimi erucę radicis ĩmiſeris. Tũc ĩuolutam fimo
baccã terra optime culta breui ſcrobe demerſeris. Raphanus nititur ĩ radicem:
cętera ſemina ĩ ſummo:lactuca pariter mergente ꝓſiliunt ſingulorꝫ ſapore ſer⁄
uato. Alii hoc ita aſſequũtur. Auulſę lactucę folia carpunt:quę radicibus iunc
ta ſunt:et in eiſdẽ gradib9 ſurculo pãctis pręter raphanũ ſeĩa ſupradicta depo⁄
nunt:ac fimo adlinunt: Sic obruta iterꝫ lactuca prędictorꝫ ſeminũ caulibus am
bietur. Lactuca dicta eſt:ꝙ abũdantia lactis exuberet. Hoc mẽſe naſturciũ cõ
ſtat et ex omni tp̃e eſſe ponẽdũ. loco quali placebit et cęlo:fimũ non deſiderat:
humorẽ q̃uis diligat:tamen deeſſe non curat. Si cũ lactuca ſeratur:naſci fertur
egregie. Et nunc et menſibus quib9 uolueris et locis : erucã ſerere nil moreris.
Hoc ẽt mẽſe caules et toto ãno ſeri poſſunt:ſed melius aliis quib9 aſcriptũ eſt.
Hoc etiã mẽſe alliũ et ulpicũ bene ſerit᷑:ſed alio alba terra ꝓficiet.

De pomis:ĩ eo de ſorbo amygdalo nuce iuglãde et cęteris pomis. T. xv.

Enſe ianuario februbrio et martio locis frigidis : calidis uero octobri
m et nouẽbri ſorba ſerũtur egregie ita:ut matura in ſeminario ĩpã poma
pangant᷑. Ego expertus ſum multas arbores ex pomis ſponte ꝓgeni
tas:et in creſcendo et in ferẽdo extitiſſe fœlices. Plãtas etiam ſi quis ponere uo
luerit:habebit arbitrium:dũmodo calidis locis menſe nouẽbri:temperatis ia⁄
nuario uel februario:frigidis martio ĩclinãte diſpõat. Amat loca humida mon
tana et frigidis ꝓxima:ſolum pinguiſſimum:cuius indicium certiſſimum fa⁄
cit:ſi frequẽs ubicũque naſcatur. Planta eſt transferenda robuſtior : ſcrobẽ deſi
derat altiorem et ſpatia largiora:ut (quod illi ꝓdeſt, a uentis frequẽtibus agi⁄

tata grandeſcat. Si uermes patietur infeſtos:qui in ea ruffi ac piloſi ſolẽt medu
lę in terna ſectari : aliquos ex his ſine arboris iniuria detractos uicino creme-
mus īcendio. Credũtur hoc genere uel fugere uel pire. Si minus ferre cœperit:
thedę cuneus eius radicibus inſerat᷑. Vel circa partẽ ultimam foſſa facta cumu
lo ingeſti cineris adęquat᷑. Menſe aprili ſorba inſerunt᷑ in ſe in cydoneo in ſpi-
na alba uel trunco uel cortice. Sorba ſeruant᷑ hoc genere. Lecta duriora ac poſi-
ta:ubi miteſcere cœperint : fictilibus uſq; ad plenum claudãtur urceolis gypſo
deſuper tectis:et bipedanea ſcrobe loco ſicco ſub ſole merguntur ore peruerſo :
et deſuper ſpiſſius terra calcatur. Itẽ ſecta ꝑ partes ſiccãtur in ſole :et ſeruantur ĩ
uaſculis in hibernũ. Cũ uoluerimus uti:aqua feruenti macerata reuireſcunt ſa-
pore iucundo. Aliqui cum pediculis ſuis uiridia lecta ſuſpendunt locis opacis
et ſiccis. Item ex ſorbis maturis ſicut ex piris uinum fieri traditur et acetum.
Alii ſorba in ſapa aſſerunt diu poſſe ſeruari.

De amygdalo. T. xvi.

Mygdalus ſeritur ianuario et februario:itẽ locis calidis octobri et no-
a uẽbri ſemine et plãtis quę de maiori radice tollunt᷑. Sed ĩ hoc genere
arboris nihil utilius eſt:q̄ ſeminariũ facere. Faciemus ergo altam pede
uno ſemis aream:in qua obruemus amygdala nõ amplius.iiii.digitis alta:ita
ut cacumina figamus in terra ſpatio inter ſe binoꝝ pedũ ſeparata. Amãt agrũ
duꝝ ſiccũ calculoſum cęlum calidiſſimũ:quia maturę florere cõſueuerunt. Ita
ſtatuendę ſunt arbores:ut ad meridiẽ ſpectent. Cum in ſeminario adoleuerint:
relictis ibi quę ſpatio ſufficiant plantis:alias trãſferemus menſe februario. Sed
ipa amygdala ad ponendum et noua legamus et grandia:quę antequã poni-
mus : pridie aquata nimis mulſa maceremus:ne germen extinguat ex multo
melle mordacitas. Alii prius fimo liquido ꝑ triduũ nuces eas macerãt. Deĩde
die et nocte eſſe patiuntur in mulſa:ſed quę ſuſpitionẽ tantũ poſſit habere dul-
cedinis. Cũ in ſeminario amygdala diſponimus:ſi ſiccitas ĩterceſſit :ter ĩ mẽſe
rigemus:et herbis naſcentibus circũfodiendo ſępe purgemus. Terra ſeminarii
lętamen debet habere admixtũ. Spatia ĩter arbores.xx.aut.xv.pedibꝰ dediſſe
ſufficiat. Putãda eſt nouẽbri menſe:ut ſupflua et arida et denſa tollamus. Ser-
uandę ſunt a pecore:quia ſi rodant᷑:amareſcũt. Circũfodi non debent quotiẽs
florẽt:quia inde flos eius excurit᷑. In uetuſtate plus affert. Si ferax nõ eſt:thedę
cuneũ terebrata radice mergamus. Vel ſilicem ſic inſeramus : ut libro tegente
claudatur. Locis frigidis:ubi metus eſt de pruina. Martialiſ dicit hoc remedio
ſubueniri anteq̄ floreãt. Radiceſ nudant᷑:et albi lapideſ minutiſſimi mixti are-
niſ cõgerunt᷑.et ubi iam tumm uidebit᷑ ut debeant germinare:effoſſi iterum la
pideſ ſubmouent᷑. Teneraſ nuceſ amygdaluſ creabit (ut dicit) ſi ante florem
radicibuſ ablaqueatiſ per dieſ aliquot calida aqua ingeratur. Ex amariſ dulceſ
fiunt:ſi circũfoſſo ſtipite tribꝰ digitiſ a radice fiat cauerna:ꝑ quam noxium de
ſudet humorem. Vel medius truncuſ terebretur : et cuneuſ ligni melle oblituſ

imprimatur.uel ſi circa radices ſuillũ ſtercus affundas.amygdala ad legẽdum maturitatẽ fatent̃:cũ fuerint ſpoliata corticibꝰ.hec ſine cura hominis ſeruãtur in longũ. Si difficulter coriũ dimittent:paleis obruta continuo relaxabũt. Itẽ decoriata:ſi aqua marina lauemus aut ſalſa:et cãdida fiunt et plurimũ durant. Mẽſe decẽbri uel ianuario circa idus amygdalus inſerit̃: locis uero frigidis et februario. Si tamen ſurculos cõdias anteq̃ germinẽt:utiles ſunt:q de ſũmitate ſumũtur. Inſerunt̃ et ſub cortice et in trunco. Inſerũtur in ſe et in pſico. Greci aſſerũt naſci amygdala ſcripta:ſi apta teſta nucleũ ſanum tollas: et in eo quod libet ſcribas:et iteꝝ luto et porcino ſtercore inuolutũ reponas.

De nuce iuglande.

Nucem ſeremus extremo ianuario uel februario. Amat loca montana humida et frigida pleꝛ꜄ lapidoſa. Poteſt tamen et locis tẽpatis iu/ uante humore nutriri. Serẽda eſt nucibꝰ ſuis eo more quo et amygda la ſerũtur et iiſdẽ menſibꝰ. Si quas nouẽbri menſe diſponis:aliquatenus in ſole ſiccabis: ut exiccetur noxiũ uirus humoris. Quas uero menſe ianuario uel fe/ bruario poſiturus es:aqua ſimplici pridie macerabis. Ponemus aũt trãſuerſas: ut latus id eſt carina ipſa figat̃ in terra:Cacumen ipſum:cũ ponimus nucem:ĩ aquilonis ptem dirigemus. Lapis ſubter uel teſta ponẽda eſt:ut radicẽ nõ ſim plicet:ſed repcuſſa reſpgat letior fiet:ſi ſepius transferat̃. In frigidis locis bima: in calidis trima trãſferri debet. Radices plantaꝝ (ſicut ĩ aliis arboribꝰ ſolem9) in hoc genere reſecare nõ debeſ. Fimo bubulo ima planta tingẽda eſt. Sed me lius cinis aſpgatur in ſcrobibuſ:ne calore ſtercoriſ aduratur. Et cinis credit̃ uel corticiſ teneritudinẽ ꝓcurare uel fructuũ denſitatem. Altiſ ſcrobibuſ delectatur ꝓ arboriſ magnitudine:et deſiderat interualla maiora:quia ſtillicidiiſ foliorum ſuoꝝ ꝓximiſ uel ſui generiſ nocebit arboribꝰ. Debet aliquãdo circũfodi:ne ca ua fiat uitio ſenectutiſ. Canaliſ longuſ a ſummo trunco ad imũ debet excludi: ſic beneficio ſoliſ et uenti dureſcunt:quę in putredinem trãſibant. Si dura nux erit uel nodoſa:cortex circũcidenduſ erit: ut uitiũ mali deducat humoriſ. Alii radicum ſũma pręcidunt. Alii terebratę radici palũ de buxo imprimũt uel cu/ prinum clauum uel ferreum. Si tarẽtinam facere uolueriſ:ſolam nuciſ camem lana ꝓpter formicaſ obuolutam in ſeminario debebiſ obruere. Si ferentem iam in hoc genuſ uelis mutare:lexiuo per annum continuum ter rigabiſ in menſe. Cortex in nuce dimiſſuſ maturitatiſ indiciũ eſt:qualiſ debet et poni. Nuceſ ſer uantur uel paleiſ obrutę uel arena:uel foliiſ ſuiſ aridiſ:uel arca ex ligno ſuo fac ta incluſę:uel cępiſ mixtę quibꝰ hanc uiciſſitudinem reddunt:ut eiſ acredinem tollãt. Martialiſ expertum ſe ait:uiridesſ nuceſ tamen liberataſ putaminibꝰ ſuiſ melle demergi:et poſt annum uirideſ eſſe.et ipm mel ita medicabile fieri:ut ex eo facta potio arteriaſ curet et fauceſ. Inſeritur ut plerique menſe februario in ar buto:ſed meliuſ in trunco ut aliqui et in ſe.

De aliiſ pomiſ quę maxime p alioſ menſeſ ſeruntur.

Oc menſe tuberes inſeruntur cydoneo. Nunc locis tempatis perſicoꝝ
h oſſa ponunt̃. Et inſeritur eadẽ pſicus in ſe in amygdalo in pruno: ſed
pruno armenia inſerimus et prȩcoqua. Nũc etiã prunus inſerenda eſt
antequã germinet: in ſe et perſico. Et ceraſus opportune inſeretur agreſtis.

De ſignandis animalibus: et lardi et pernarum confectione: et
echini: et rapis. T. xvi.

Oc menſe (ſicut Columella dicit) maturi agni et animalia omnia mi
h nora atque maiora caractere ſignentur. Hoc tempore lardi echini ſalſi
raporum condiendorum et pernarum iuſta confectio eſt.

De oleo myrtino. T. xvii.

Oc menſe ex baccis myrti oleum cõficies hoc modo. Vnciam folioꝝ
h per olei libram unam mittes et per uncias. x. uini ueteris ſtiptici emi-
nã et cum oleo bullire facies. Iccirco autem uino reſpergentur folia: ne
frigantur anteq̃ decoquantur.

De uino myrtite. T xviii.

Tem eiſdem baccis uinum myrtite ſic facies. In uini ueteris ſeſtariis
i urbicis. x. mittis grana myrti confracta ſeſtarios urbicos. iii. quȩ ſint.
xix. diebus infuſa. Poſtea expreſſis myrti granis colabis: et in eo uino
medium croci ſcrupulum et folii unum ſcrupulum mittis: et ex mellis optimi
decem libris omnia temperabis.

De oleo laurino. T. xix.

Tem ex lauri baccis oleum conficiet̃ hoc modo. Lauri baccas q̃plu-
i rimas et maturitate turgentes in aqua calida bullire facies: et ubi diu
ferbuerint: olei ꝙ ex ſe dimiſerint: ſupernatantis undam pennis leui-
ter cogentibus in uaſa tranſfundes.

De oleo lentiſcino. T. xx.

Entiſcini etiam olei matura confectio eſt: quȩ fit taliter. Grana matu
l ra lentiſci q̃plurima colligis: et in una die ac nocte ſupra ſe aceruata eẽ
patieris. Deinde ſportam granis eiſdem plenã cuicũq; uaſculo ſuppo
nis. Tũc ex eo humore qui defluxerit: ſupnatans oleũ lentiſcinũ ſicut laurinũ
colliget̃. Memento aũt (ne rigore poſſit aſtringi) aquã calidã ſȩpe ſuffundere.

De gallinarum partu. T. xxi.

Allinaꝝ partus fœcunditatem repetit hoc menſe poſt brumalem quie
g tem: et incipiunt ad educandos pullos oua ſupponi.

De cadenda materie. T. xxii.

Oc etiam menſe cȩdenda materies eſt ad fabricã: cũ luna decreſcit: et
b ridicȩ uel pali faciendi.

De horis. T. xxiii.

Ic menſis in horarum ſpatio cum decembri menſe conuenit: quarum
h ſic menſura colligitur.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Hora | .i. | pedeſ | xxix. |
| Hora | .ii. | pedes | xviii. |
| Hora | .iii. | pedes | xv. |
| Hora | .iiii. | pedes | xii. |
| Hora | .v. | pedes | x. |
| Hora | .vi. | pedes | ix. |
| Hora | .vii. | pedes | x. |
| Hora | .viii. | pedes | xii. |
| Hora | .ix. | pedes | xv. |
| Hora | .x. | pedes | xviii. |
| Hora | .xi. | pedes | xxix. |

## PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI VIRI ILLVSTRIS DE RE RVSTICA LI.III. Tituli mēſis Februarii.


De pratis ſeruandis et lętamine ſaturandis. T. i.
De proſcindendis collibus. T. ii.
De ſatione trimeſtri. T. iii.
De ſerenda lenticula cum diſciplina ſua:item cicercula. T. iiii.
De ſerendo cannabo. T. v.
De agris medicę parandis. T. vi.
De herbo ſerendo. T. vii.
De curandis uitibus et arboribus et hordeo gallatico ſerēdo. T. viii.
De ponēdis uineis paſtino uel ſcrobibus aut ſulcis:et omni quę illuc pertinet diſciplina. T. ix.
De arbuſtiuis uitibus et plantis arborum uitiferarum. T. x.
De uineis prouincialibus. T. xi.
De putandis uineis communibus altis uel humilibus. T. xii.
De putatione arbuſti. T. xiii.
De prouincialibus uineis putandiſ T. xiiii.
De nouella putanda. T. xv.
De propaginibus. T. xvi.
De inſitionibus. T. xvii.
De inſtituendis oliuetis. T. xviii.
De pomiferis et ſpatiis earum generale pręceptum. T. xix.
De fodiendis palandis et ligandis uineis uel lętandis arboribꝰ et plantis circũ fodiendis. T. xx.
De roſis liliis croco uioliſ conſerendiſ. T. xxi.
De lini ſemine ſerendo. T. xxii.
De cannetis et aſparagis et plantis ſalicum et geneſtę et ſeminaris myrti et lauri. T. xxiii.

Dehortis in eo de ſepibus:de lactuca carduo naſturcio coriãdro papauere allio ulpico: đ ſatureia cũ diſciplia:itẽ cepullis ſimiliter đ aneto ſinapi: de caulibus cũ diſciplĩa ſua:de aſparagis:de malua mẽta fœniculo paſtinaca cunela cȩrofolio beta porro cũ diſciplĩa ſua:ĩula et colocaſiis ſimiliter. T. xxiiii.
De pomis:et primo de piro:de malo cydoneo ſiliqua moro auellana mixa cũ diſciplinis ſuis. T. xxv.
De educatione porcoꝝ. T. xxvi.
De uino myrtite aliter. T. xxvii.
De uite thyriaca. T. xxviii.
De uua ſine granis. T. xxix.
De uite nimis lachrymoſa. T. xxx.
De myrtinis alia confectio ſecundum grȩcos. T. xxxi.
Vt propomata ſponte naſcantur. T. xxxii.
Vt uitis botriones uarios ferat. T. xxxiii.
De hortis. T. xxxiiii.

MENSIS FEBRVARIVS. De pratis ſeruãdis et lȩtamine ſaturãdis. T. I.

h OC MENSE LOCIS TEMPERATIS PRAta incipiẽt cuſtodiri:quȩ prius (ſi macra ſunt) ſparſo lȩtamine ſaturentur:quod eiiciendũ eſt luna creſcẽte. Quãto recentius fuerit:tanto plus nutriendis herbis ualebit:qđ a ſupiori pte fũdat̃:ut ſuccus eius p totũ poſſit elabi.

De ꝑſcindendis collibus. T. ii.

l Ocis tepidis aut ſi clȩmens tẽpus et ſiccũ fuerit: colles pingues:uel hoc mẽſe ꝑſcinde.

De ſatione trimeſtri. T. iii.

h Oc menſe ſerendum omne trimeſtrium genus.

De ſerenda lenticula:item cicercula. T. iiii.

h Oc etiã mẽſȩ lẽticulam ſeres ſolo tenui et reſoluto uel etiã pingui:ſed ſicco maxĩe qa luxuria et humore corrũpitur. Vſq; ad duodecimã lunã bene ſeminat̃:quȩ ut cito exeat atq; grãdeſcat:prius cũ fimi ariditate miſcẽda ẽ:atq; ubi ita reqeuerit.iiii.diebꝫ aut.v.tũc ſpargit̃. Iugeꝝ modii ũnius ſemen ĩplebit. Hoc ẽt mẽſe cicercula ſerit̃:loco et mõ quo ãte deſcripſi.

De ſerendo cannabo. T. v.

h Oc mẽſe ultĩo cãnabũ ſeris terra pĩgui ſtercorata rigua uel plana atq; humida et altiꝰ ſubacta. In uno pede q̃drato ſex eiuſdẽ ſeminis grana ponũt̃.

De agris medicȩ parandi T. vi.

n Vnc ager qui accepturus eſt medicam:de cuius natura cũ erit ſerẽda: dicemus:iterãdus ẽ:et purgatis lapidibus diligẽter curãdus. Et circa

martias kal.ſubacto ſicut in hortis ſolo formandę ſunt areę larę pedibus.x.lõ
gę pedibus quinquaginta ita:ut eis aqua miniſtretur:et facile poſſint runcari.
Tunc iniecto antiquo ſtercore in aprilem menſem reſeruentur paratę.

De herbo ſerendo. T. vii.

Oc menſe toto herbum adhuc ſeri poteſt:quia martio ſerendum non
h eſt:ne paſtu ſuo pecoribus noceat:et boues reddat inſanos.

De ꝓcurãdis uitibꝯ et arboribꝯ:et hordeo gallarico ſerẽdo. T. viii.

Vnc pomis et uitibꝯ uetus urina ſi affundatᷣ:et numero fructuũ prę
n ſtat et formę:cui ꝓderit : ut amurcã miſceamus inſulſam maxime in
oleis: Sed hoc frigidioribꝯ diebꝯ anteq̃ feruor incipiet. Etiã nũc hor
deũ gallaricũ qđ graue et candidũ eſt:ſeretur locis frigidis circa martias kal.

De ponendis uineis paſtino uel ſcrobibus aut ſulcis:et omni quę illuc ꝑ
tinet diſciplina. T. ix.

Oc menſe omnia genera paſtinati ſoli ſeu ſulci ſeu ſcrobes uitibus cõ
h pleantᷣ. Natura autem uitis cęlum omne ſolũq; ſuſtentat:ſi genera cõ
ueniẽter aptentᷣ Plano igitᷣ ſolo ſtatues uitẽ:cuius genus nebulas ſu
ſtinet et pruinas:collibꝯ qđ ſiccitatẽ durat et uẽtos. Pĩgui agro graciles atq; fœ
cũdas:macro feraces et ſolidas:denſo ualidas atq; frondoſas:frigido et nebulo
ſo quę hyemẽ celeri maturitate pręueniũt:aut quę duris acinis inter caligines
ſecurius florent:uentoſo ſtatui tenaces:calido grani tenerioris et humidi:ſicco
eas quę pluuias ferre non poſſunt. Et ne multa dicamus : eligẽda ſunt genera:
quę ꝓfeſſione uitioꝝ ſuoꝝ cõtraria loca diligunt his:in quibus durarẽ non po
terant. Placida ſane regio et ſerena tuto genus omne ſuſcipiet. Vitiũ genera nu
merare nõ attinet. Sed notũ eſt maiores uuas pulchre ſpeciei grãi calloſi et ſic
ciores ad mẽſam:feraciſſimas uero et cutis tenerioris et ſapore nobiles:et maxi
me quę citius defloreſcũt:uindemiis eſſe ſeruãdas. Loca naturã pleriſq; uitibꝯ
mutant. Solę amineę ubicũq; ſint:uinũ pulcherrimũ reddũt. Calidũ ſtatũ po
tiuſq̃ frigidũ ſuſtinebũt. De pingui ad macrum trãſire nõ poſſunt:niſi ſtercus
adiuuerit. Haꝝ duo genera ſunt:maior et minor. Sed minor melius defloreſcit
et citius ĩternodiis minoribꝯ et grano breuiore. Si arbori applicetᷣ:pĩguẽ terrã.
ſi colatᷣ in ordines:mediocrem deſiderat. Imbres contẽnit et uentos:nã maior
ſępe uitiatᷣ ĩ flore. Sũt et apianę pręcipuę. Satis ẽ genera ita dixiſſe. Induſtrius
uir ꝑ barbara deligat:et terris talibꝯ mãdet:quę imitari eas poſſint:unde ſumuntᷣ.
Sic merita ſua quęq; ſeruabit. Sed uitẽ uel arborẽ melius erit de exili ad pĩguẽ
tranſferre. Nã ſi a pingui terra ad ſolum exile trãſierint:utiles eſſe nõ poſſunt.
Eligenda ſunt ſarmẽta quę pangimus de uite media : neq; de ſumma neq; de
ĩfima. v. uel. vi. gẽmaꝝ ſpatio a ueteri ꝓcedẽtia:qa nõ facile degenerant quę de
locis talibꝯ trãſferrũtur. Sumantᷣ aũt đ uite fœcũda. Neq; putemus brachia eẽ
fertilia:quę uuas ſingulas aut bĩas ꝓducũt:ſed quę multa ubertate curuãtᷣ. nã
põt ferax uitis:feraciores ĩ ſe habere materias. Erit et hoc ſignũ fertilitatiſ:ſi do

duro aliquo loco fructũ citabit: ſi fœtu ĩpleuerit ramuloſ ex ima pte ſurgenteſ. Sed hoc ſigniſ poſitiſ p uĩdemiaſ ẽ notãdũ. Ad pãgẽdũ nouellaſ palmeſ debet eligi duri ĩ ſe nihil habẽſ: et ueteriſ ſarmẽti: qa hoc putreſcẽte ſępe corrũpiť. Sũ ma flagella repudiemuſ ac ſurculoſ: q licet bono loco nati ſũt: tamen feracitate caruerũt. Pãpinari9 q de duro naſciť: ẽt ſi attulerit fructuſ: ꝓ frugifero nõ ẽ po nẽduſ. In ſuo. n. loco fœcũdať a matre: tranſlatuſ uero tenet ſterilitatiſ uitiũ qđ naſcẽdi cõditione ſuſcepit. Caput ſarmẽti: cũ deponiť: torquẽdũ nõ eſt: nec ali quo more uexandũ. Nec demerſa penituſ fœcũdiore pte qđ ſterili ꝓximũ eſt: ſupra terraſ relinquať. Deĩde ipã tortura uexatio eſt: et ps ea đ qua radix pręſu miť: iniurię nulli ſubiiciẽda eſt: cũ qua cõtẽdere cogať: anteq̃ teneat. Ponendę ſũt uiteſ placidiſ diebꝫ ac tepidiſ. Curãdũq; ne ſarmẽta ſole urant̃ aut uẽto: ſed uel ſtatĩ ponãtur: uel obruta reſeruẽtur. Hoc mẽſe ac deĩcepſ toto uere uinea po nẽda ẽ regionibꝫ frigidiſ pluuioſiſ pinguibꝫ cãpiſ et humidiſ ꝓuĩciiſ. Sit autẽ mẽſura ſarmẽti cubituſ unuſ. Vbi pĩguiſ eſt natura terraꝝ: maiora ĩter uiteſ ſpa tia reliquemuſ: ubi exiliſ ãguſta. Nulli itaq; ĩ hiſ uitibꝫ q̃ſ toto ſolo paſtiato di ſponũt: ternoſ pedeſ ĩter ſingulaſ uiteſ quoquouerſuſ dimittũt. Sed hoc genere diuiſioniſ in iugerali tabula pangenť triamilia ſexcẽta ſarmẽta. Quod ſi duoſ ſemiſ pedeſ inter uiteſ reliqui placuerit: ĩ eadẽ tabula ponenť uiteſ quĩquemilia q̃drigentę ſeptuagĩta ſex. Sed ad ponẽdũ utimur hoc ordine. Lineã ſeruatiſ hiſ ſpatiiſ quę placuerit cuſtodire: cãdidis ſignis uel qbuſcũq; notabim9. Tũc tẽſa p tabulã linea ĩ eis locis ſurculos uel calamos figemus: ubi uitis unaquęq; uẽ tura ẽ. Ita ſpatiũ totius tabulę ſurculis cõplebiť ad numeꝝ uitiũ futuraꝝ. Atq; is q pacturus ẽ: ꝓiecta circa ſurculos ſarmenta ſine ullo errore deponet. Prętere a nõ eſt uno genere uitiũ oẽ paſtinũ cõſerẽdũ: ne annus iniquus generi ſpẽ uin demię totius extĩguat. Et ideo q̃ttuor aut qnq; eximii generis ſarmẽta pãge mus. Sed maxĩe expediet genera tabulatĩ diſpõi: et decumãis diuidi niſi deter reat opis difficultas. Qđ ſi ẽ: ueteres uĩeas ſinguloꝝ geneꝝ ſurculis tabulatĩ po terimus ĩſerere. Et facile hoc gẽus colẽdi: qđ ẽ pulchrũ atq; utile cõſequemur. Ita et maturitatis et floris tpa quę ĩ uite diuerſa ſunt: ſuis poterim9 opportũita tibus optĩere. Nec paruo cõſtabit: ſi legať maturitas cũ acerbitate diſpẽdiũ: cũ unius tẽpeſtiuã uĩdemiã ſeq ſit pmixta cruditate uitioſũ: alterius ſeras maturi tates expectare dãnificum. Huic cõmodo adiiciť: q ꝓ geneꝝ diuerſitate p gra dus accedẽte uĩdemia mĩor opaꝝ nũerus eã poterit expedire: et generatĩ cõdere: ac melius puros ſapores ſine luctamine alterius generis unaquęq; uĩa ſeruare. Hoc ſi difficile uidebiť: nõ alias ſimul cõſeras: q̃ quę et ſapore et flore et matu ritate cõuẽiũt. Sed hęc ĩ paſtinis uel ſulcis tõ erit: ĩ ſcrobibꝫ uero p ãgulos. iiii. ſarmẽta đpõis. Sed (ut aſſerit Columella) uĩaceã ſtercori mixtã ſimul ſpargeſ: et ſi exile ſolũ fuerit: pĩguẽ terrã ſcrobi ĩferes uel aliũde portatã. Cũ uero plãtã uel maleolũ diſponimus: modice humido ſolo ſed potius arido q̃ lutoſo dua bus gẽmis ſupra terrã relictis ſarmẽta ponemus obliq̃: ſic facilius cõprehẽdẽt.

De arbuſtiuis uitibus et plantis arboꝝ uitiferaꝝ. T. x.

q Vod ſi arbuſtũ te habere delectat:plantã generoſę uitis prius in ſeminario nutrire debebis:ut inde radicata traſferatᷣ ad ſcrobem:cui arbor iniũcta eſt. Seminarium uero dicimus ꝗue foſſam tabulam pedum duoꝝ ſemis altitudie. In hac:quã ꝓ numero ponẽdaꝝ uitiũ uel qualiũcũq; plãtaꝝ ꝓtendis aut cõtrahis:breuiſſimo ſpatio diſtãtia inter ſe ſarmenta depones. Si uallis aut humectus eſt cãpus:triũ gẽmaꝝ exceptis minutis quas habebit ĩferius. Et ubi cõualuerit:hĩc poſt biẽniũ radicatas uites uel arbuſculas transferas. Quas cũ depones ĩ ſcrobe:ad ſingulas materias redigis:putatis omnibus quę ſcabra ſunt:curtatis etiam radicibus:ſiquas potueris inuenire uexatas. In ſcrobe autẽ ad arbuſtũ faciẽdum duas radicatas uites deponis : hoc ſcrutãs ne ſe in radicẽ cõtingãt. Sed lapides qnũ ꝑpe libraꝝ medios ĩter utrãq; cõſtitues: et ĩpas uites ad ſcrobis latera diſcreta cõiunges. Mago aſſerit:ſcrobẽ nõ primo anno eſſe cõplendã:ſed ſubĩde coęquãdam. Quę res uitẽ faciet altius fundere radices. Sed hoc aridis ꝓuinciis forte cõueniat:humidis autẽ ſata putrefiẽt recepto humore:niſi ſtati terra cumuletᷣ. Sed arbuſta qui faciet:plantas arboꝝ de his generibꝰ ponat. Vel ſi agro ſupperit abũdantia:his utatᷣ: populo:ulmo:fraxino in montanis et aſperis:in quibꝰ ulmus minus lęta eſt. Has etiã Columella dicit:ſeminario debere nutriri. Mihi uidetᷣ:q nulla ꝓuĩcia eſt:quę nõ ex his quãcũq; ſponte ꝓducat. Plantas etiã maiores de locis quibuſcũq; trãſlatas uel eoꝝ geneꝝ trũcos radicatos hoc tempore circa ſcrobẽ uitis oportere conſtitui. Sed ſi ager frumentarius fuerit:ubi arbuſta diſponis:quadragenos pedes inter arbores relinque:ut ſeri poſſit:in exili autem uicenos. In ſcrobe uero uitis ab arbore ſua ſeſquipedis ſpatio diſtare debebit. Nam uitis multũ ſubiecta arbori ĩ cremento arboris opprimetᷣ. Cauenda etiam muniẽda eſt aduerſum pecoris appetẽtis iniurias:et arbori ſuę ꝓrinus alliganda eſt. Eſt et aliud de trãſferẽda ex arbuſto uite cõpendiũ. Fit ex uimine parua corbicula : quę menſura pedis uel aliquãto minus circini ſpatio poſſit amplecti. Hęc ad arborẽ:cui uitis adhęret fertᷣ:et in ꝓfundi media parte ꝑtunditᷣ:quo ſarmenti uirgam poſſit admittere. Inducto itaq; ſarmẽto uitis eius de qua trãſferre diſponis:corbicula ĩpa ex aliq̃ arboris pte ſuſpenditᷣ:et uiua terra repleatᷣ:ut ſarmentũ terra poſſit includi:qđ ſarmentũ prius intorquetᷣ. Ita exacto annui tẽporis ſpatio : ſarmẽtũ qđ clauſum eſt:radices creabit intra prędictã corbiculã. Tũc ſub fundo corbis ĩciſum radicatũ ſarmentum cũ ĩpa corbe portabitᷣ ad locum:quem uitibus arbuſtiuis deſtinabis implere:ibiq; obruitur circa arboris maritandę radices. Hoc genere quãtũ uolueris numeꝝ uitiũ trãſferes ſine ambiguitate prẽdendi.

De uineis ꝓuincialibus. T. xi.

u Ineę ĩ ꝓuinciis multis generibus fiũt. Sed optimũ genus ẽ: ubi uitis uelut arbuſcula ſtat breui crure fundata. Hęc primo calamo iuuatur: donec ſolidetᷣ. Sed altior ſeſquipede eẽ nõ debet. Vbi robuſta fuerit

ſola conſiſtet. Aliud genus eſt:in quo cannis pluribus circa diſpoſitis ipſa uitiſ p cānas ſarmētis ligans ī orbiculos flectit̄ ſe ſequētes. Vltimę poſitionis uitis eſt:quę p terrā pīecta diſcūbit. Hę omnes et ſcrobibus ponunt̄ et ſulcis.

De putandis uineis in conuallibus altis uel humilibus. T. xii.

h Oc menſe locis frigidis aliquatenus et temperatis uitium iuſta putatio. Sed ubi multę ſunt uineę:diuidant̄ et pars earum quę ſeptētrionem reſpiciet uerno putet̄:alia pars aduerſa clęmentioribꝫ plagis reſcindatur autūno. Sed in putatione ſemper nitamur: ut uitis fiat in crure robuſtior:ne debili uiticulę duo duramēta ſeruemus. Auferēda ſunt lata ītorta debilia malis locis nata ſarmēnta. Focaneus etiam qui inter duo brachia medius naſcit̄:debet abradi. Qui ſi pinguitudine ſua brachium quodcūqꝫ pximum debilitauerit:illi deciſo ipſe ſuccedat. Erit tamen optimi putatoris inferius ſarmentum quod bono loco natum fuerit:reparandę uitis cauſa ſemp tueri et ad unam uel duas gemmas relinquere. In locis clęmentioribꝫ altius uitem licebit expandere:in exilibus aut̄ ęſtuoſis aut decliuis aut pcelloſis humilior eſt habēda. Locis pinguibꝫ ſingulis brachiis uitium bina flagella dimitte. Sed erit ſapientis eſtimare uim uitis. Nam quę altius colit̄:et fœcūda eſt:plus q̄ octo palmites habere non debet:ita ut conſeruemus ſemp in inferiore parte cuſtodem. Circa crus quicquid naſcit̄:amputandum eſt:ſi non deſideret uinea reuocari. Quod ſi trūcus uitis ſole aut pluuiis aut noxiis animalibꝫ eſt cauatus purgamus quicquid eſt mortuum plagaſqꝫ eas amurca linimus et terra:quod pderit aduerſum prędicta. Cortex etiam reciſus et pēdenſ a uite tollat̄:quę reſ minorem fęcem reddit in uino. Muſcuſ radat̄ ubicūqꝫ repertuſ. Sed plagę:quaſ ī duro uitiſ accipiet:obliquę et rotundę eſſe debebūt. Deciſiſ ſicut ſupra dixi male natiſ omnibꝫ et ueteribꝫ nouellos et fructuarioſ ſeruaſ. Vngueſ etiam cuſtodum ſiccoſ et annotinoſ recide:et oīa quę uetera uel ſcabra reperieſ. Hę quę altiuſ coluntur ut ī iugo uel pergula:ubi quattuor pedibꝫ ſupra terrā leuatę ſteterunt:quaterna brachia habeant. Si macra uitiſ erit ī ſinguliſ brachiiſ ſingula flagella dimittimuſ:ſi pinguiſ bina. Sed puidendū:ne in una parte ſint ſarmēta quę ſeruaſ. Quod cum fit:uitiſ tanq̄ ſi fulgure tangat̄:areſcit. Relinquenda ſunt ſarmenta neque circa durum neque in ſummo:quia hęc uelut pampinaria minuſ afferunt:illa uitem nimietate fœtuſ onerant:et lōgius ducūt. Quare in medio loco ſeruanda ſunt:quę tuemur. Plaga non iuxta gemmam:ſed aliquanto ſuperiuſ fiat:et auertatur a gemma propter lachrymā defluentem.

De putatione arbuſti. T. xiii.

u Itiſ quę in arbore collocat̄: prima eiuſ materia ad ſecūdam uel tertiā gemmam pcidatur. Deinde omnibuſ anniſ aliquid p ramoſ creſcere ſubinde patiamur:unā materiā ſemp ad cacumen arboriſ dirigentes. Sed qui fructū uolūt maximū:materiaſ pluraſ p ramoſ dimittāt:qui uinū meliuſ:ſarmenta in cacumen extēdūt. Fortioribꝫ ramiſ arboꝝ pluraſ materię:de/

bilioribus imponēdę ſunt pauciores. Putandi autem ratio talis eſt: ut et uetera
ſarmenta quibus primi anni fructus pependit: omnia recidanť: et noua circũci
ſis capreolis et ramulis inutilibus dimittanť. Sed ꝓuidendũ eſt: omnibus ãnis
uitem reſolui ac religari: quia refrigerať. Ita formandi ſunt rami arboꝝ uitife/
rarum ne alter ſub alterius linea dirigať: ſed loco pĩgui ulmus a terra octo pe/
dibus: gracili uero ſeptem ſine ramo relinquēda eſt. In ſolo rōſido et nebuloſo
rami arboris uitiferę in orientem et occidentē putatione diriganť: ut latera ua/
cua ſolis radiis membra totius uitis oſtendant. agēdum eſt autem: ut uitis ſpiſ
ſa non ſit in arbore: et deficientibus primis arboribus ſubſtituendę ſunt alię. in
loco cliuoſo humilius rami arboꝝ ſeruãdi ſunt: ĩ plano et uliginoſo altius pal/
mites ad arborem non duro uimine ligenť: ne eos uinculũ recidat aut atterat.
Hoc autem noueris: quia palmes qđ extra ligaturam pendens habuerit: fructu
induet: quod infra ligaturam materię ſequentis anni deputabit.

De ꝓuincialibꝰ uineis putandis. T. xiiii.

Ites quas ꝓuinciali more uelut arbuſculas ſtare dixi: ſi inſtituere uelis
u ramos a quattuor partibus his relinques: et in eis brachiis ſarmenta ꝓ
uitis poſſibilitate ſeruabis. Vites autem quę cannis in orbem cogũtur
ſic putenť: quemadmodum hę quę nituntur ridicis aut palis. Illę uero quę ſi/
ne ãminiculis iacent: quod ꝓ ſola indigentia faciendum eſt uel neceſſitate pro
uincię: primo anno duas gemmas deinde plures habebunt. Sed huius generis
uinea ſtrictius eſt putanda.

De nouella putanda. T. xv.

Ouellam uitem Columella dicit a primo anno ad unam materiã eſſe
n formandam: nec recidendam totam: ſicut italię cõſuetudo eſt. Anno
ſecundo expleto quia uel intereant uites in totũ reciſę: uel infœcunda
ſarmenta ꝓducãt: quę amputato capite uelut pãpinaria de duro coguntť exire:
quare iuxta ipſam cõmiſſuram ueteris ſermenti unã uel duas gēmas relinquē
das: qđ eſt merito in uiticula fortiore ſeruandum: et ſane excipiendam calamis
nouellam uel exiguis palis: ut tertio anno robuſtiores poſſit accipe. Nam qua/
drima nouella ubi lętũ ſolũ eſt: tres materias merito nutrire cogeť. Statĩ poſt
putationē ſarmēta deciſa uineis et rubi et ĩpedimētũ foſſoris omne tollať.

De propaginibus. T. xvi.

Oc etiam menſe ꝓpagãdę ſunt uites. Sed uetus et exeſa uinea: cuius
h duramenta longe ꝓceſſerũt (ut Columella dicit) mergis melius repa
rabiť: q̃ ſi infoſſione totius corporis obruať: quod agricolis certũ eſt
diſplicere. Mergum dicimus quotiens uelut arcus ſupra terram relinquiť alia
parte uitis infoſſa. Nam (ut ait Columella) cũ totę ſtratę ſunt: plurimiſ radici/
bus totiuſ corporiſ fatiganť. Mergi uero poſt biēnium reciduntť ĩ ea parte: quę
ſupra eſt: et ĩ loco iuſtaſ uiteſ relinquunt. Sed (ut agricolę aſſerũt) poſt biēniũ
ſi recidaſ: pleꝝq; infirmaſ habent radices et repente ſimul peunt.

De inſitionibuſ. T. xvii.

h Oc mēſe calidiſ et apriciſ lociſ optime celebratur inſitio:quę fit tribuſ generibꝰ. Sed ex hiſ duo nūc fieri poſſunt:tertiū reſeruatur ęſtati. Sūt autem genera inſerendi hęc aut ſub cortice:aut ī trūco aut emplaſtro. Inſeremuſ ergo ſic arborē uel ramū in loco qui nitiduſ eſt:et ſine cicatrice:ſerra recidemuſ non lęſo cortice. Poſt ſerraturam plagā ferramētiſ acutiſ incidamuſ. Inde quaſi cuneum tenuem fereum uel oſſeum maxime leoninū inter corticē et lignū tribuſ ꝓpe digitiſ cōſideranter deponimuſ:ne corticiſ faſcia diſſipetur: et ī eū modū ſubducto cuneo:ſtatim ſurculū mergimuſ una pte deciſum ſalua medulla et cortice partiſ alteriuſ:qui ſupra arborē ſex uel octo digitiſ emineat. Duoſ uel treſ uel plureſ ſurculoſ ꝓ trūci q̄litate cōſtituimuſ: quaterniſ digitiſ uel amplius inter eos ſpatiū relinquemus. Tūc iunco aut ulmo aut uimine ſtrī gimus:et ſup lutū muſco tectū ponemus:ac ligabimus:ut quattuor digitis ſuper lutū poſſit ſurculus eminere. pleroſq; delectat ſtrictum primo ſectę arboris truncū uinculis altioribus ī medio findere:et ibi ſurculos ex utraq; parte raſos in modum cunei:ut ītegra ſit medulla demergere pręmiſſo ante cuneolo:quo ſubducto depoſitus ſurculus redeūte in plagā materia poſſit aſtringi. Sed hoc utrūq; genus uernū eſt:et fit creſcente luna:ubi incipit gēma arboꝝ turgeſcere. Surculi autē qui in ſerendi ſūt:ſint nouelli fertiles nodoſi de nouo nati ab oriē tali arboris parte deciſi craſſitudine digiti minoris bifurci uel trifurci gemmis pluribus uberati. Si arborem minorem deſiderabis inſerere : in qua ſine dubio meliora incrementa ꝓueniunt:circa terrā ſeccato:et quod melius eſt : ſurculos inter lignū corticēq; depone. tūc ſtringe. Quidā raſum ex utraq; parte ſurculū cōuenientem ſoliditati arboris inſerendę ſic in medio deponunt:ut cortex ſurculi undiq; cortici arboris reddatur ęqualis. Sed in nouella arbore terra mota uſq; ad ipſum inſitū colligatur:quę eam res a uento et calore defendat. Mihi aſſeruit diligens agricola:omne inſitum ſine dubio comprehendere:ſi depoſitis ſurculis uiſcū nō tēperatū in ipſa plaga pariter mergamus:quaſi glutio quodam ſuccos materię utriuſq; mixtuꝝ. De emplaſtratione ſuo menſe dicemus. Quartū genus Columella ſic retulit. Gallica terebra uſq; ad medullā arborē ꝑforandā:plaga interius leuiter īclinata. Ibi educto omni ſcobe : uitē uel ramū ad modū foraminis imp̄ſſi delibratū:ſuccidū tamen et humentē ſtricte īprimi una aut duabꝰ gēmis foris relictis. Tūc argilla et muſco locū diligenter opiri. Ita et uites ī ulmo inſeri poſſe cōmiſſas. Hiſpanus quidam mihi hoc genus in ſitiōis oſtēdit:qđ ex pſico ſe aſſerebat exptū. Salicis ramū brachii craſſitudine ſolidū longū cubitis duobꝰ aut amplius terebrari iuſſit ī medio:et plantā pſici in eodē loco ī quo cōſiſtit:ſpoliatā ramis oībꝰ ſolo capite relicto p ipſū ſaligni manubrii foramen induci. Tūc eūdē ſalicis ramū terrę capite utroq; demerſo: in arcus ſimilitudinē debere curuari:foramē luto muſco uinculis ſtrīgi. Anno deīde exēpto:ubi īfra medullā ſalicis caput plātę ſic cohęſerit : ut unitas ſit ex

duobus mixta corporibus:plantá ſubter incidi atq; transferri : et aggerari ter/
ram:quę arcũ ſalicis cũ perſici cacumine poſſit operire. Hinc perſici poma ſine
oſſibus naſci. Sed hoc locis humidis conuenire uel riguis:et ſalices aquationi/
bus adiuuádas:ut et natura ligni uigeat:quę delectat' humore:et ſupfluentem
copiam ſucci graminibus miniſtret alienis.

De inſtituendis oliuetis. T. xviii.

Oc menſe locis tẽperaris íſtituemus oliueta:quę uel paſtinis cõſerẽda
h ſũt:ut extremas circa decimanũ tabulas cingát:uel ſuũ locũ tenebũt.
Si ponunt' in paſtino:radicatę plátę deciſis capitibus et brachiis et in
trũcũ redactę uſq; ad menſurá cubitis unius et palmi í fermẽto terrę foſſę defi
gant':locũ palo antea deprimente hordei grana ſubteriaciátur:et amputet' his
quicquid putridi inuentũ fuerit aut arentis:et tunc capita earum luto uelẽt' et
muſco:ulmeis uinculis uel tenacibus quibuſcũq; cõſtricta:ſed maximũ bene/
ficium eſt:ut ꝓficiat incremẽto:ſi rubrica partes notent':quibꝰ obuerſę ſteterũt
et contra eas ſimili ratione ponant'. Sint a ſe diſcretę pedibus. xv. uel. xx. Oĩs
ſubinde circa eas herba uellat':et quotiens ſe imber infuderit:breuiſſimis ac fre
quentiſſimis foſſionibꝰ ſollicitent'. Et ſubinde ducta a trũco terra atq; ꝑmixta
in aliquanto altiores cumulos congerat'. Quod ſi oliuetũ ſuo loco facere uo/
lueris:hęc genera terraꝝ ſequeris. Terram cui mixta ſit glarea:aut cretam ſabu/
lonis cõiunctione reſolutam aut pinguẽ ſabulonẽ aut terrá naturę denſioris et
humidę. Creta figuli omnino repudianda eſt et uliginoſa:et in qua ſemp̃ hu/
mor aſſiſtit:et ſabulo macer et nuda glarea. Quáuis.n.cõprehẽdat : nõ cõua/
leſcit. Poteſt ſeri : et ubi arbutus aut ilex ſteterat. Nam cerrus et ęſculus exciſa
radices noxias reliquit:quaꝝ uirꝰ oleá necat. Locis ęſtuoſis ſeptẽtriõali colle:
frigidis meridiano gaudet. Mediis cliuis delectat'. Neq; imũ locũ neq; arduũ
patit':magis modicos cliuos:ſicut ẽ regio ſabía uel betica. Baccaꝝ genꝰ nume
roſũ ẽ : et pluriũ uocabuloꝝ:ſicut pauſia:orches:radiꝰ:ſergia:licinia cominia:
et cętetę quas nominare non attinet. Pauſia tamen oleum quod reddit : dum
uiride eſt optimũ. Sed cito uetuſtate corrũpit'. Optimũ licinia dat plurimum
ſergia. Sed de his hęc generaliter pręcepiſſe ſufficiet:maiores baccas cibo : mi/
nores oleo ꝓfuturas. Si frumentarius ager eſt:quem conſerimus oliueto:qua/
dragenis inter ſe pedibus diſtent:ſi macer quinis. Melius faciemus : ſi ordines
in fauoniũ dirigamus. Cũ deponent' in ſcrobes ſiccas conſtituant' quaternis
pedibus foſſas. Glarea etiá ubi lapides defuerint:miſceat' et ſtercus. Si clauſus
locus:eſt modice ſupra terram quę ponũtur:emineant. Si pecora formidátur:
altiores trunci eſſe debebũt. In ſicciſ uero prouinciiſ cum pluuię deſunt:rigare
conueniet. Et ſi ꝓuincia indiget oliuetiſ:et non eſt unde planta ſumatur: ſemi
narium faciendum eſt:id eſt tabula ęffoſſa:ſicut ſuperiuſ dixi:ut ibi (ſicut Colu
mella dicit) rami ſerra inciſi in modum ſeſquipedalem deponantur. Inde poſt
quíquẽnium poterit ualida planta tranſferri:et lociſ frigidiſ hoc mẽſe plantari.

Scio pleroſq; :quod facilius atq; utilius eſt : radices olearum : quę in ſiluis pleruq; ſunt:aut ĩ locis deſertis:in cubitalē menſuram reciſas aut ĩ ſeminario ſi placue/rit:aut in oliueto ſolere diſponere:et admixtione ſtercoris adiuuare. Quare ꝓ/ueniet:ut ex unius arboris radicibus numeroſa planta naſcatur.

De pomiferis et ſpatiis earum generale pręceptum. T. xix.

Tiam pomiferas arbores poſſumus in paſtinis a ſeptētrionali regiõe
e diſponere:de quibꝰ ſigillatim dicemus : quę ſpecialiter ſunt tenenda.
Nā pomis eadem conuenit terra:quę uitibus. Scrobes autē maiores facies:ut materię ꝓſis et fructui. Si pomariū facies:inter ordines tricenos pedes relinques. Plātas ſtatues radicatas.quod eſt melius ſeruabis : ne cacumina aut manu fracta aut eroſa nō creſcant. Vnūquēq; ordinem ſuo genere deputabis: ne infirmę a ualentioribus opprimātur. Plātas ſimiliter notabimus:ut ipſis q/bus ſteterāt cardinibus:opponamus. Decliuo ſicco et exili in planū pinguē et humidum transferemus. Si truncos ponere uolueris:ſupra terrā prope tribꝰ pe dibus erigant͛. Vbi duas in una ſcrobe plantas deponis:cauendū eſt:ne ſe con/tingant:nā uermibus interibunt. Sed (ut Columella dicit) feraciores ſunt:quę ſeminibus:hoc eſt nucibus ſuis:q̄ quę plantis ponuntur aut ramis. Vbi regio ſiccior eſt:aquationibus adiuuentur.

De fodiendis plantis et ligandis uitibus:uel lętandis arboribus. T. xx.

Vnc locis maritimis et calidis fodiēdę ſunt uites. Vel (ſi hęc ꝓuincię
n conſuetudo eſt) exarandę:et in eiſdem locis palandę:aut ligādę ſunt
uineę priuſq̄ gemma ꝓcedat:cuius concurſione uel attritu incurritur grande diſpendiū. Nūc oleę cęterę q; arbores lętamē accipiūt decreſcēte luna. Sufficiet autem maiori arbori ueges una:minori media:ita ut ſubducta a radi/cibus terra et fimo ꝓmixta reuocet͛. Tēpore hoc ſiquę ſunt in ſeminariis plan/tę:circūfodiendę ſunt et amputandi eis rami ſupflui:uel radiculę quas circa in ſuperiore parte miſerunt.

De Roſis: Liliis: Croco: Violis conſerendis. T. xxi.

Oc menſe roſaria cō ſeremus:quę ſulco breuiſſimo aut ſcrobibus po/
h nēda ſūt:uel uirgultis uel etiā ſemine. Semina aūt roſarum nō putemus
medios floſculos eē aurei coloris:quos roſę ferūt. Sed baccas nutri/unt:q̄s in breuiſſimi piri ſimilitudinē plenas ſeminibus poſt uindemiā reddūt maturas:quarum tamen maturitas ex colore fuſco et mollitie poterit ęſtimari. Si qua etiā ſūt ātiqua roſaria:hoc tpe circūfodiunt͛ ſarculis uel dolabris:et aridi/tas uniuerſa recidat͛. Nūc et quę rara ſunt:poſſunt ducta uirgarum ꝓpagine repa rari. Si roſā tēperius habere uolueris:duobus palmis ab ea in gyrum fodies : et aq̄ calidabis rigabis ĩ die. Nūc et liliorum bulbos ponemus:uel lilia ante hab ta ſar/riemus ſūma diligētia:ne oculos circa radicē naſcētes et minores bulbulos ſau ciemꝰ q a matre ſubtracti:atq; ĩ alios digeſti ordines noua liliera formabūt. Irē uiolarum plātę et croci bulbi ſerēdi ſunt:uel ſubtiliter (ſi fuerāt ante) fodiendi.

T

De lini ſemine ſerendo. T. xxii.

Oc menſe aliqui lini ſemen lęto ſolo in iugerum. x. modios ſpargũt:
b et lina conſequũtur exilia.

De cannetis et plantis ſalicum uel geneſtę. T. xxiii.

Empore hoc canneta ponẽda ſunt factis breuiſſimis ſcrobibus et ocu
c lis cannaꝝ p ſingulas ſcrobes obrutis: q ſemipedis ſpatio īter ſe diſtaꝛ
debebũt. Si calidę et ſiccę ꝓuincię ſtudemus: ualles humidas uel im
guas opus eſt deputare cannetis. Si frigida regio eſt: locis mediis īſtituãtur ſed
ſucco uillaꝝ ſubditis. Inter hęc aſpagoꝝ et ſemina ſpargere poſſumus: ut mix/
ta naſcãtur: qa et aſparagi colunt́ et incẽduntur hoc mõ quo cãnę. Sed ſi ſunt
antiqua canneta: hoc tpe ſarriẽtur: reciſis quę in radice purgãda ſunt: id eſt pu/
tribus male porrectis: et ſi qua gignẽdi oculos nõ habebũt. Nũc ſalicis plãtas
et omniũ geneꝝ: quę arbuſto applicãdę ſũt: uel geneſtę ubi deerit: obruemus.
Ex baccis etiã myrti et lauri ſeminaria faciemus: uel ſi fuerant: excolemus.

De hortis. T. xxiiii.

Irca idus februarias ſepes hortoꝝ ex cõgeſto ī funibꝯ ſpinaꝝ ſemine
c faciẽdę ſunt: ſicut dictũ eſt cũ de munimine loqueremur hortoꝝ. Itẽ
gręci dicũt de groſſa rubi uirga fieri debere particulas: et palmaribus
ſcrobibus obrui: et quon die (donec frondeãt) foſſione et rigatiõe nutriri. Hoc
menſe lactuca ſerit́: ut poſſit aprili menſe transferri. Item carduus ſeritur et na/
ſturciũ et coriandrũ et papauer ſicut menſe nouẽbri: et allium uel ulpicũ. Nũc
ſatureia ſerit́ pingui agro nõ ſtercorato ſed aprico: uel melius mari ꝓximo: et
cũ cepullis mixta ſeminat́. Hoc etiã mẽſe cepullas ſeris: ſed cõſtat et uere et au
tũno eẽ ſeminandas. Si ſemẽ eius ſeueris: in caput creſcit: et minus reddit in
ſemine. Si capitulũ ponas: ipſũ maceſcit: et multũ ſemẽ educit. Terrã cepę de/
ſiderãt pinguẽ uehemẽter ſubactã irriguã ſtercoratã. Ibi areas faciemus oĩbus
herbis et radice purgataſ. Seremus placido et ſereno die: maxĩe auſtro uel euro
flãtibus. Si minuẽte luna ſerãtur: tenues et acriores ꝓueniũt: ſi creſcẽte robuſtę
et ſaporis humecti. Rarius ſũt ponẽdę: runcãdę ac ſarculãdę ſunt ſępius. Si ca
pita uoluerimus his eẽ maiora: folia oĩa debemus auferre: et ſic ſuccus ad infe/
riora coget́. De qbus uero ſemina colligẽda ſũt: iuuẽtur ãminiculis: ubi caulẽ
cœpit excitare. Cũ niger color ſeminis fuerit: ꝑferũt maturitatis īdicia. Vellẽdi
ſunt talli adhuc ſemiſicci cũ ſemine et ſic in ſole ſiccãdi. Hoc mẽſe anetũ ſeres
locis frigidis. Omnẽ cœli ſtatũ patit́: ſed tepidiore lętat́. Riget́: ſi ſe imber ab/
ſtineat: ſerat́ rarius. Aliq ſemẽ eius nõ obruũt: opinãtes ꝙ a nulla aue tãgatur.
Nũc et ſinapi ſerere poſſumus. Hoc etiã mẽſe caules ſeremus: q et toto ãno ſeri
poſſunt. Solũ pĩgue et ſatis ſubactũ diligũt: arenã et glareã timẽt: ſabulone et
arenis nõ delectãtur: niſi pennis unda ſuccurrat. Omnẽ cęli ſtatũ caulis patit́:
frigidũ magis. Cõtra auſtrũ poſiti citius ferũt: cõtra ſeptẽtrionẽ ſerius. Sed hic
et ſapore caulis uincit et robore. Cliuis delectatur: et ideo ponendę ſunt plantę

per puluinos areaꝝ. Gaudet ſtercore et ſarculatione. Rarius poſitus cõualeſcit. Celerius coqtur uirore ſeruato: ſi dũ eſt triũ uel quattuor folioꝝ nitrũ tritũ cri/ bello deſup ſpargas: et ſpeciẽ pruinę canẽtis imitet᷑. Columella dicit plãtaꝝ ra/ dices alga marina ĩuoluẽdas ſeruãdę uiriditatis cã fimo ſimul adhęrẽte. Ponẽ dę ſũt plãtę maioris ĩcremẽti: qa licet ſerius cõphẽdãt: fortiores fiẽt. Si hyems eſt: tepido iã die. ſi ęſtas: cũ ſol in ueſperã declinat᷑: plãta pãgẽda ẽ. Vaſtior fiet ſi terra opiat᷑ aſſidue. Semẽ braſſicę uetuſtũ mutat᷑ in rapã. Hoc mẽſe poſt idus ſpongias aſpagoꝝ uel nouas formare incipiemus ex ſemine: uel antiquas po/ nemus. Mihi etiã illud utile uidet᷑ ac diligẽs: ut aſpagi agreſtis radices pluríꝰ in unũ locũ cõgeramus cultũ uel certe ſaxoſũ: quę ſtatim fructũ dẽt ex loco: q aliud nil alebat. et has annis oĩbus ĩcẽdamus ĩ ſcopis: ut fructus frequẽtior ſur gat et fortior. Hoc aũt genus ẽ ſapore iucũdius. Nũc ẽt malua ſeri põt. Mẽtã quoqꝫ ſere plantis uel radicibus loco humido uel circa aquas. Apricũ ſolũ nec pingue nec ſtercoratũ deſiderat. Hoc mẽſe fœniculũ ſeres loco aprico et maxíe ſaxoſo. ſerit᷑ primo uere. Paſtinaca et ſemine ponet᷑ et plãtis loco pĩgui: ſoluto altius paſtinato: rarã ſtatues: ut robur accipiat. Cunela ẽt nunc ſerit᷑: et colit᷑ eo more quo alliũ uel cepulla. Nunc cęrefoliũ locis frigidis poſt idus ſerat᷑. deſide rat agrũ lętũ humidũ ſtercoratũ. Hoc mẽſe betã ſeremus: quãuis poſſit et tota ęſtate ſeminari. Amat agrũ putrem humidũ locũ. Transſerẽda ẽ quattuor aut quĩqꝫ folioꝝ radicibus fimo recẽti oblitis. Amat frequẽter effodi: et multo ſter core ſaturari. Hoc mẽſe porrus ſerẽdus. quẽ ſi ſectilẽ uelis: poſt duos menſes q̃ ſatus eſt: poteris deſecare manẽtẽ in areis ſuis: q̃uis aſſerat Columella ẽt ſectiuũ diutius duratuꝝ melioreqꝫ ſi transferat᷑: et quotiens ſecabit᷑: aqua iuuet᷑ et ſter core. Si capitatũ facere uelis: quod uere ſeueris: octobri menſe trãſferre debebiſ. Serendus eſt loco lęto et maxíe cãpeſtri: area plana paſtinata alte et diu ſubac/ ta et ſtercorata. Si ſectiuũ uelis: ſpiſſius. ſi capitatũ rarius ſeris. Sarculo frequẽ/ tandus eſt et herbis liberãdus. Cum digiti craſſitudinẽ habuerit a media parte pręciſis foliis et truncatis radicibus transferat᷑. oblitus fimo liquido quaternis uel quinis digitis ſeparet᷑. Cum radices aget: modice comprehendendus et al/ leuandus eſt ſarculo: ut ſuſpenſus a terra quod ſpatii uacuum ſubter inuenerit: capitis uaſtitate cogat᷑ implere. Item plura ſemina in unum ligata ſi depoſue/ ris: grandis porrus naſcet᷑ ex omnibus. Item ſi capiti eius rapę ſemen immitas ſine ferro: et pangas: multum fertur increſcere. Melius ſi frequenter hoc facias. Hoc menſe inula ſerit᷑: quo canneta ponunt᷑. Serit᷑ oculis ſicut calami: quos abſcindere et terra leuiter debemus obruere terra foſſa et ſubacta excitatis ad li/ neam bulbinis: quibus eius oculos oportet infodere: trium pedum inter ſe ſpa tio ſeparantur. Hoc menſe colocaſię bulbos ponemus. Amant humidum locũ pinguem maxime irriguum. Circa fontes lętantur et riuos: nec de ſoli qualita te curant: ſi perpetuo foueantur humore. Frondere ꝑpe ſemꝑ poſſunt: ſi tãquã citreta tegumẽtis defendant᷑ a frigore. Hoc menſe ciminũ et aniſum ſerit᷑ loco

bene ſubacto:et cui letamē ad miſceas. Quod ſatū eſt:herbis purgeť aſſidue.

### De pomis et primo de piro. T. xxv.

P Lātas piroꝝ mēſe februario locis frigidis ponemus:calidis uero no
uembri. Sed mēſe nouembri pira locis tepidis conſerenda ſunt:ut ſo
lo iuueneť irriguo : ita et florem plurimū ꝓferēt : et magnitudinem
pomi turgentis acqrent. Naſci tamen tali ſolo maxime diligūt:quali uineas
diximus cōuenire. Sed lęto ſolo et ualidas arbores et fructus plurimos cōſe/
quemur. Lapidoſi generis pira uirium mutare credūtur:ſi terris mollibus cō
ſeranť. Sed pirum plātis ſerere ꝓpe tardus euētus eſt:tamē qbus hoc placuit:
ut ſemina generoſa nihil ſibi de agreſti aſpitate pmiſceāt: plantas bimas aut
trimas eo more quo oleę ponūť:radicatas magnis ſcrobibus ponāt ſupra ter
ram tribus altas uel quattuor pedibꝰ. Quaꝝ deciſa cacumina argilla mixta
muſcus debet opire. Nā ſiqs piroꝝ ſemē aſpgat:naſci quidem neceſſe eſt ori/
ginē ſuā teſouēre natura:cuius ęternitati nulla tarditas pōt cauſare faſtidiū.
Sed homini hoc ſpectare longinquū eſt.cū et ſero ueniāt:et de generis nobi/
litate decedant. Melius ergo hoc mēſe nouēbri fiet:ut piroꝝ plātas radicatas
ſeramus agreſtium ſubactis bene ſcrobibꝰ:ut comphēderit iſeranť. Hoc aūt
intereſt:ꝙ quę plātis ſuis ſeruntť:dulcedinē ac teneritudinē ſeruāt:diu tamen
ſeruata nō durāt:iſita uero morā tpis ſuſtinebūt. Spatia īter piros.xxx.pedū
mēſura diſcernat. Genus hoc arboris (ut ꝓficiat) frequēti humore et aſſiduis
foſſionibꝰ eſt colēdū uſqueadeo:ut tēpore quo florere cōſueuit :nihil pditura
credať de flore ꝓlato:ſi eam tūc foſſor adiuuerit. Multū ꝓficis :ſi īteriecto āno
quale libet letamē adiūgas. Sed bubulū ſpiſſa et grauia poma generat. Aliqui
cinerem miſcent:credētes hinc cōtrahi pomiș argutos ſapores. Geneꝝ uarieta/
tes exequi ſupuacuū puto.cum īponēdis uel excolendis nulla ſit diſtantia. Si
lāguida arbor eſt piri:uel ablaqueare radicem terebras:et ibi ligneū palum de/
primis. Vel in trūco ſimiliter terebrato ex theda cuneum figis. Vel ſi hoc deſit
ex quercu. Vermes eius arboris et nati necanť: et naſci ꝓhibenť: radicibꝰ felle
taurino frequēter infuſis. Item fęces uini ueteris recētes ſi radicibus affundanť
p triduum:diutius arbores in floribus laborare non faciūt. Si lapidoſa pirus ē:
ab extremis radicibꝰ terram priorem leuabis:et ſecernes omnes lapillos : qbus
diligenter remotis alteram terram cribro cretam ī loco eius infundis. ſed hoc
ꝓderit ſi rigare nō ceſſas. Menſe februario et martio pirus īſeriť more quo dic/
tum eſt:cum de inſitione loqueremur:ſub cortice et ī trūco. Inſeriť autem piro
agreſti malo:ut nōnulli amygdalo et ſpinæ:ut Virgilius orno et fraxio et cy/
doneo:ut aliqui et punico:ſed fiſſo ligno. Surculus piri qui īſeriť āte ſolſtiriū:
āniculus eſſe debet:et priuſq̄ figať: foliis et omni tenera parte priuari. Poſt ſol/
ſtitium uero eum figis:qui ſummū germen īcluſit. Pirus omni genere inſeriť.
Condienda ſunt pira ita:die placido decreſcente luna a uiceſima ſecūda uſque
ad octauam. Eadem poma ſicca et manu lecta hora a ſecunda in quītam uel a

ſeptima in decimam a caducis diligenter electa integra et ꝓpe dura et aliquáto
uiridia ĩ picato uaſe claudũtur.qđ opculo regiť:et deorſum os eius inclinatur:
atqꝫ obruiť in eo loco:circa quẽ perẽnis aqua decurrit.Itẽ quę dura ſũt ĩ carne
et cute:prius ĩ aceruo poſita:ubi ſe mollire cœperint:in uas fictile lene coctum
picatũqꝫ ponũtur:et opculo ſupueniẽte gypſanť. Vas breui ſcrobe regiť in eo
loco.qui quotidie ſole tãgať.Plurimi pira obruta ĩter paleas aut frumenta ſer/
uarunt.Alii ſtatim lecta cũ tenacibꝫ ſuis picatis urceis cõdiderũt:et oribus ua/
ſculoꝝ gypſo uel pice clauſis ipſa ſub diuo obruta ſabulone texerunt.Alii pira
quę ſe nõ cõtingerent:ĩ melle ſeruarũt.Itẽ pira diuiſa et purgata granis in ſole
ſiccanť.Aliq aquã ſalſam:cũ cœpit undare calefacta:diſpumant:et ei poſt iam
frigidę pira ſeruãda demergũt.Tũc exẽpta poſt tẽpus exiguũ cõdunt urceo:
et eius lito ore cõſeruãt.Vel nocte et die ĩ frigida ſalſa manere patiũtur.Poſt in
aq̃ pura biduo macerãt.Deĩde ĩ ſapa uel paſſo uel dulci uino merſa cuſtodiũt.

Vinum piri et acetum.

Inum de piris fit:ſi cõtuſa et ſacco rariſſimo condita ponderibus cõ/
u primanť aut prelo.Hyeme durat:ſed prima aceſcit ęſtate.Acetum ſic
fit đ piris.Pira ſilueſtria uel aſperi generis matura ĩ cumulo reſeruanť
ꝑ triduũ.Deinde mittunť in uaſculo:cui fontana aut pluuialis aqua miſceť:et
opertũ uas ꝑ.xxx.dies relinquiť: ac ſubinde quantũ ſublatum fuerit aceti ad
uſum:tantum redditur aquę ad reparationem.

Liquamen ex piris.

Iquamen de piris caſtimõiale ſic fiet.Pira maturiſſima cũ ſale calcanť
l ĩtegro.Vbi carnes eoꝝ fuerint reſolutę:uel ĩ cupellis uel ĩ uaſculis fic/
tilibus picatis cõdiũtur.Poſt mẽſem tertiũ ſuſpenſę eę carnes liquorẽ
dimittunt ſaporis iucũdi:ſed coloris albiduli.Circa hoc illud ꝓderit:ut tẽpore
quo ſaliunť:ꝓ aliqua parte uina nigella ꝑmiſceas.

De malo.

Enſe februario et martio mala ſeramus:ſi calida et ſicca regiõe octo/
m bri et nouembri.Eorum plura ſunt genera:quę numerare ſuperfluum
eſt.Amant pingue ac lętum ſolum:et cui humorem non tam rigatio
q̃ natura ſuppeditet.Et ſi in arena uel argilla ſit:rigationibus adiuueť.Monta/
nis locis debent ad meridiem uerſa conſtitui. Et frigido ſolo ꝓueniunt ſi cęli
tẽpor adiuuerit.nec in aſperis et humectis ſedem recuſant. Macrum et aridum
ſolũ poma uermiculoſa efficit et caduca. Serunť omni genere ſicut piri. Neqꝫ
exarari neqꝫ effodi deſiderant.Icciroo eis magis prata conueniunt.Stercus ouil
lum tantum non exigunt quidem:ſed libenter aſſumũt:uel ſi cineris pulueres
miſceantur. Amant modeſtas rigationes.Putatio illis apta eſt:ſed maxime ut
arida et male nata tollanť.Citius ſeneſcit hęc arbor:et in ſenectute degenerat.
Si caduca ſunt poma:fiſſę radici lapis iniectus poma retinebit. Lacertę uiridis
felle ſi tangantur cacumina : non putreſcit. Vermes eius ſuillo ſtercore mixto

humanę urinę aut felle bubulo extinguũtur. Qui ſi plures circa arborem ſunt:
ęreo ſcalpro ſemel raſi non ultra naſcẽtur. Quę rara ſunt: bubulum ſtercus ob/
ducat. Si ſpiſſa poma ramos onerabunt: interlegenda ſunt queq; uitioſa: ut ali/
mentum cęteris ſuccus ęquiparet: et generoſis abundantiam miniſtret: quam
numeroſa utilitate perdebat. Malus omni generi inſeri poteſt quo pirus. Men
ſe februario martio et aliis quibus pirus inſeritur: in malo: in piro: in ſpino: pru
no: ſorbo: perſico: platano: populo: ſalice. Diligenter legenda ſunt mala: quę
uolumus cuſtodire. Ea in locis obſcuris: ubi uentus non ſit: ſtramẽtis prius in
crate ſubiectis in cumulos ſecreta diſponimus: qui cumuli frequenti diuiſione
ſeparentᷣ. Aliqui diuerſa dixerunt. Vel ſingula in uaſculis fictilibus picatis atq;
oblitis claudi: uel argilla inuolui: uel ſolos pediculos creta adlini: uel in tabulis
ſub ſtrata palea diſponi: et ſtramentis de ſuperiori parte cooperiri. Mala rotunda
quę orbiculata dicuntur: ſine cura toto anno ſeruare ſe poſſunt. Alii in puteo
uel in ciſterna mergunt uaſa fictilia: quibus diligenter picatis et clauſis mala
committuntur. Alii ex arbore mala illęſa ſumpſerunt: et pediculis eorum pice
feruenti merſis ſupra tabularum per ordinem diſponunt: nucum foliis ſubter
expoſitis. pleriq; ſcobem populi uel abietis inter mala diffundunt. Conſtat ma
la ſic ponẽda: ut pediculorum partes deorſum facias: neq; antequam uſui neceſ
ſaria uideantur eſſe: cõtingas. Vinum et acetum fit ex malis: ſicut ex piris ante
pręcepi. Cydoneis ſerendis plerique tempora diuerſa dixerunt. Tamen mihi
uſu compertum eſt in italia circa urbem menſe februario uel incohante martio
plantas cydoneorum radicatas in paſtinato ſolo tenuiſſe adeo fœliciter: ut ſępe
ſequentis anni fruge gauderent: ſi poſita maioris ſtatus fuiſſent. Locis ſiccis et
calidis extremo octobri uel nouembri incohante ponantur. Amant cydonei lo
cum frigidum humectum. Si in tepido ſtatuuntur: opus eſt illis rigatione ſu/
curri. Ferũt tamen ſtatum mediocris ſitus inter naturam frigoris et caloris. Et
in planis et in decliuibus proueniunt: tamen magis inclinata et deuexa deſide
rant. Serunt aliqui cacuminibus et talea: ſed tardus eſt in utroq; prouentus. Ita
ponendę ſunt largę arbores cydonei: ne alteram quatiente uento ſtillicidium
tangat alterius. Dum minor eſt: uel quãdo ponitur: iuuetur ſtercore: maior ue/
ro cinere uel cretę puluere ſemel toto anno radicibus miſſo. Poma ĩ his et cito
matura et maioris incrementi aſſiduus humor efficiet. Rigãda ſunt: quotiens
cęleſtis negatur infuſio: et circumfodienda locis calidis octobri menſe et no/
uembri: frigidis uel martio: Niſi circumfodiatur aſſidue: aut ſterilis efficitur:
aut eius poma degenerant. Putanda eſt: ſicut probaui: et a uitioſis omnibus li/
beranda. Si arbor ęgra eſt: amurca aquę ęqualiter mixta radicibus debet affun
di. Aut calx uiuus temperatus cum creta: uel reſina locularis pici liquidę mix
ta trũco arboris adlini. Vel ablaqueatę arbori circa radices imparis numeri po
ma cydonea pro magnitudine eius ponenda et obruenda firmantur. Quod
annis ſingulis factum cuſtodiet a uitiis: ſed arboris longę derogabit ętati.

Menſe februario cydonea inſeruntur melius in trunco q̄ in cortice. Recipiunt
in ſe ſurculos prope omnis generis punici ſorbi omnium malorum'quę me/
liora producunt. Inſerũtur autem nouellę arbores: quibus ſuccus eſt in cortice.
Si maior eſt circa radicem melius inſeretur: ubi cortex et lignum beneficio ſoli
adhęrentis humeſcit. Legenda ſunt matura cydonea: quę hoc more ſeruanť.
Vel inter binas tegulas poſita: ſi ſunt matura: luto ex omni parte claudantur:
uel defruto incoquantur aut paſſo. Alii quę maiora ſunt: fici foliis inuoluta cu
ſtodiunt. Alii tantum locis ſiccis reponunt: a quibus uentus excluditur. Alii
canna uel ebore in quattuor partes diuiſa ſublatis omnibus: quę in medio ſũt:
in uaſe fictili melle obruunt. Alii in melle ſic integra dimittunt. In quo genere
condiendi ſatis matura deliguntur. Alii milio obruunt: uel paleis ſeparata de/
mergunt. Alii plenis uino optimo uaſculis mittunt. Vel uini et defruti ad ſer/
uanda cydonea ęquum corpus efficiunt. Alii doliis muſti mergunt: atque ita
claudunt: quod odoratum reddit et uinum. Alii in patina noua ſicco gypſo
obruunt ſeparata cydonea.

## Siliqua.

Iliqua februario menſe ſeritur et nouembri: et ſemine et plãtis. Amat
ſ loca maritima: calida: ſicca: campeſtria. Tamen (ut ego expertus ſum)
ĩ locis calidis fœcũdior fiet: ſi adiuueť humore. Poteſt et taleis poni.
Scrobẽ deſiderat largiorem. Inſeri eam poſſe menſe februario credunt aliqui in
pruno uel amygdalo. Siliquę ſeruanť diutiſſime: ſi expandanť in cratibus.

## Morus.

Mica eſt morus et uitis. Mora naſcuntur ex ſemine. Sed et poma et
a uirgulta degenerant. Serẽda eſt taleis uel cacuminibus: melius autem
taleis ſexquipedalibus ex utraque parte leuigatis ac fimo oblitis. Cũ
locum palo ante fecerimus: immergimus: ac tegemus cinere terris admixto:
non amplius q̄ quattuor digitis operimus: Seremus a medio februario et toto
martio: locis uero calidioribus octobri poſtremo uel nouembris initio: ſed uer
no maxime die nono calendas apriles. Amant loca calida ſabuloſa et plerũq;
maritima. In tofo uel argilla uix comprehendunt. Humor aſſiduus moris ꝓ/
deſſe non creditur. Foſſionibus lętatur et ſtercore. Putria in his et arida poſt
triennium ſunt putanda. Plantam ſi robuſtam transferes menſe octobri uel
nouembri: ſi teneram februario et martio. Scrobes deſiderãt altiores: interual/
la maiora: ne umbris prematur alterius. Feracem altioremque arborem mori
fieri aliqui tradiderunt: ſi perforato hinc inde trunco ſingulos cuneos inſera/
mus therebinthi hinc: inde lẽtiſci. Circa octobres calendas morus ablaquean/
da eſt: et radicibus eius uini ueteris recentiſſimę fęces infundendę. Inſeritur au
tem in fico et in ſe tantum ſub cortice. Vlmo inſita comprehendit: ſed parturit
magnę infœlicitatis augumenta.

Auellana.

Vellanę ponēdę ſunt nucibus ſuis. Nō amplius ſupra terra ducēda ē:
a q̄ craſſitudine digitoꝝ duoꝝ. Plāns tamen et ſobole exptus ſū melius
ꝑ uenire mēſe februario: ſeu planta ſeu ſemen exponit᷑. Gaudēt loco
macro humido frigido ēt ſabuloſo. Mēſe iulio circa nonas auellana matura ē.

Mixa.

Vnc ſeruntur mixa ex nucleis in aliquo uaſe poſitis: donec plantę in
n duant firmitatē: cęlo tepido terra ſolura humore moderato. Inſerunt᷑
menſe martio ſorbo uel ſpinis.

De pomis alioꝝ menſium.

Tiam nunc tuberes ſerunt᷑ et inſeruntur: et oſſa duracinoꝝ uel plantę
e eiuſdem generis ponunt᷑: ſi transferunt᷑ et inſeri poſſunt. et meſpilus
īſeret᷑: et oſſa prunoꝝ. Ficus etiā locis tēperatis nūc poni poteſt: et ſor/
bus hoc etiam menſe ſeri: et amygdali ſemina ī areis obrui: et locis temperatis
nunc inſeri menſe inchoante: frigidis uero exeūte: conditis tamen ſurculis an/
teq̄ germinent. Et piſtacę planta uel nunc ſtatui aut inſeri poteſt: et caſtaneaꝝ
ſemen aſpargi. Nuces quoq; iuglandes et nunc ſeminariis recondi et ipſam in/
ſeri: et frigidis et humectis locis nunc poterunt pineta ſeminari.

De educatione porcoꝝ. T. xxvi.

Vnc uerres maxime fœminas inire debebūt. Legēdi ſūt uaſti et āpli
n corporis: ſed rotundi potiuſq̄ longi: uētre et crucibus magnis: roſtro
breui: ceruice grādula et ſpiſſa: libidinoſi: āniculi: q uſq; ad quadrimoſ
inire fœminas poſſunt. Scrofas uero lōgi lateris debemus eligere: et quibus ad
ſuſtinēdū fœturę onus magnus ſe uenter effundat: cętera uerribus ſimiles. Sed
ī regionibꝰ frigidis dēſi et nigri pili: ī tepidis qualeſcūq; ꝓuenerit. Fœmina ad
creādū uſq; ī annos ſeptē partus onera geſtare ſufficiet: ad cōcipiendū ānicula
debet īcipe. Quarto exēpto mēſe pariūt: ubi qntus īcipiet. Incipiūt aūt (ſicut
dixi) mēſe feb. ut ſolidioribus herbis nati et ſtipula ſuccedēte paſcant᷑. Vbi fa/
cultas ē trāſeūdi: uēditis q ſubīde nati ſūt: celerior matribꝰ fœtura reparat᷑. Ge
nus hoc oībus locis haberi pōt: melius tamē agris paluſtribus q̄ ſiccis: ꝓcipue
ubi arboꝝ fructuoſaꝝ ſilua ſupperit: quę ſubīde maturis fructibꝰ alterna ꝑ ānū
mutatione ſuccurrat. Maxime locis graminoſis et cānaꝝ uel iunci radice nu/
triūnt᷑. Sed deficiētibus alimētis ꝑ hyemē nōnūq̄ prębēda ſūt pabula glandis
caſtaneę uel frugū uilia excremēta cęteraꝝ uerno magis cū lactēt nouella uirē/
tia: quę porcis ſolēt nocere. Neq; gregatim claudēdę ſunt porcę more aliaꝝ pe
cudū: ſed haras ſub porticibus faciemus: quibus mater unaquęque claudat᷑: et
alumnū gregē tutior ipſa defendat a frigore. Quę harę a ſupiori parte detectæ
ſint: ut libere numeꝝ paſtor exploret: et opp̄ſſis a matre fœtibus ſępe ſubueniat
ſubtrahendo. Curabit autem: ut fœtus proprios cum unaquaque producat.
Plus uero q̄ octo (ſicut Columella dicit) nutrire non debet. Mihi uero utilius

probatur expto:porca cui pabula ſuppetunt : ut plurimum ſex nutrire debere:
quia licet plures poſſit educare:tamen frequētiore numero ſucta deficiet. In por
cis etiam eſt cōmodum:ꝙ īmiſſi uineis necdum turgētibus uel exacta uinde-
mia gramine pſecuto diligentiam foſſoris imitātur.

De uino myrtite aliter. T. xxvii.

N huius mēſis initio aliter myrtite ſic facies. Mittis uini ueteris.x.ſe
i ſtarios ī lagena:et baccaꝶ myrti libras qnꝗ miſcebis. Cū.xx.et duoꝶ
dieꝶ ſpatiū cōfuſa trāſegerit:p quos uas quotidie cōuenit agitari:tūc
palmea ſporta colabis : et prędictis.x.ſeſtariis mellis optimi fortiter triti pōdo
quīꝗ miſcebis.

De uite thyriaca. T. xxviii.

Hyriacā uitem ſic facies:cuius iſte pfectus ē:ut uinū eius uel acetum
c uel uua uel ſarmētoꝶ cinis pficiat cōtra morſus omnium beſtiarum.
Fit aūt ſic.ſarmentū qđ pangendū eſt:triū digitoꝶ ſpatio ī una parte
findatᷣ: et ſublata medula ad eius uitem thyriacę medicamen addatᷣ. tūc terrę
mandetᷣ uinculo diligenter aſtrictum. Aliqui eadem ſarmēta iam medicamine
ſatiata intra ſquillę bulbum recondunt : et terris hac ratiōe cōmittunt. Aliqui
antidoti eius affuſione radices uitis infundunt. Sane ſarmētū ſi de hac uite ſu-
matur ad tranſferendum:potētiam materni medicaminis nō tenebit. Oporte-
bit autem thyriacę infuſione aſſidua uim ſucci ſeneſcētis iterare.

De uua ſine ſeminibus. T. xxviiii.

St pulchra ſpecies uuę:quę granis īterioribus caret: Hīc efficitᷣ:ut ſū-
e ma iucūditate ſine īpedimēto ſorberi poſſit:uelut unū omniū corpus
uuaꝶ. Fit aūt gręcis auctoribꝰ hac rōne p artē ſuccedēte natura. Sar-
mētū qđ obruēdū eſt:q̄tū latebit ī terra:tātū findere debebimus:et medulla oī
ſublata ac diligēter exculpta mēbra iteꝶ diuiſę ptis adunatᷣ et uīculo cōſtricto
deponere. Vinculū tamen papyro aſſerūt eſſe faciendū : et ſic ī humida terra eē
ponendū. Diligētius qdā ſarmētū reuinctū q̄tū exciſū eſt:ītra ſquillę bulbum
demergūt:cuius beneficio aſſerūt ſata oīa cōphēdere poſſe facilius. Alii tēpore
quo uites putāt:ſarmentū fructiferꝶ putatę uitis in ipſa uite : q̄ poſſunt de alto
ſublata medulla excauant nō diuiſū:et calamo affixo alligāt:ne poſſit inuerti.
Tunc οπου κυρηναικου:qđ gręci ſic appellant:in excauata parte ſuffundūt :ex
aqua prius ad ſapę pinguedinē reſolutū:et hoc tranſactis octonis diebus ſemp
renouant:donec uitis germina nouella pcedant. Et in granatis malis fieri hoc
poſſe firmatᷣ a gręcis:et in ceraſis opus eſt expiri.

De uite nimis lachrymoſa. T. xxx.

Ites quę lachrymaꝶ nimietate tabeſcunt:et deplorando uim roboris
u ſui auertuntᷣ a fructu:trunco eaꝶ lacerato gręci ſinū fieri iubēt. Si hoc
minus pderit:radicum robur pingue reſcindi : ut afferat medicinam
uulnus impreſſum. tunc inſulſa amurca ad medietatem decocta et refrigerata
plagę exciſio perlinetur:et ſub hac acetum acre fundatur.

Myrtitis alia confectio apud grecos. T. xxxi.

g Reci item myrtite ſic precipiunt temperari. Myrti baccas maturas in umbra ſiccatas et poſtea tuſas uncias octo mittis in linteo: et ſuſpendis in uino: et uas cooperies: ac linibis. Et cum plurimis diebꝰ ſic fuerit: auferes et uteris. Aliqui myrti baccas ſine pluuia collectas maturas ex locis ſiccioribus calcant: uel exprimunt: et uino miſcent. viii. cotulaſq; menſuram per amphoram uini. Quod uinum medicinę quoq; ꝓdent: ubi ſtipticis eſt utendum: ſtomachum ſolidare titubātem: reiectiones ſanguinis inhibere: fluorem uentris aſtringere: limū diſſinterice paſſionis medicabiliter aſpirare fertur.

Vt ꝓpomata ſponte naſcant̄. T. xxxii.

c Onditum uel abſynthium uel roſatum uel uiolatum ꝓcedere ſponte fertur ex uitibus (ut natura ſuſcipiat quod procurare ſueuit induſtria) ſi ſarmenta in uas aliquod ſemiplenū ſupradictis potionibus merſa ferueant̄: et uiuam terrā ſimul reſoluas ad lexiui modū: donec oculi ſarmētoꝝ nitantur exire. Tunc eadem ſarmenta germinātia in quo uolueris loco uitium ceterarum more deponas.

Vt botriones uarii naſcant̄. T. xxxiii.

u T uitis botriones et albos afferre poſſit et nigros: greci ſic fieri debere iuſſerūt. Si uicinę ſunt uites nigra et alba: cū putātur: ſarmēta utriuſq; inter ſe diuiſa ſic iunge: ut medios utriuſq; generis oculos equando reddere poſſis unitati. Tūc papyro ligabis ſtricto et molli: atque humida terra curabis adlinire: et īteriectis ternis diebꝰ adaquare: donec gramen nouę frodis erumpat. Hinc exempto tpe ſi libuerit: genus efficies p plura ſarmenta.

De horis. T. xxxiiii.

h Ic menſis in horarum mēſura cum nouembri menſe concordat: quas hac numeri ratione colligimus.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Hora | .i. | pedes | xxvii. | Hora | .vii. | pedes | viii. |
| Hora | .ii. | pedes | xvii. | Hora | .viii. | pedes | x. |
| Hora | .iii. | pedes | xiii. | Hora | .ix. | pedes | xiii. |
| Hora | .iiii. | pedes | x. | Hora | .x. | pedes | xvii. |
| Hora | .v. | pedes | viii. | Hora | .xi. | pedes | xxv. |
| Hora | .vi. | pedes | vii. | | | | |

## PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI VIRI ILLVSTRIS DE RE RVSTICA LIBER .IIII. TITVLI MENSIS MARTII.

De putandis uineis: et inſerendis et pangendis uitibus. T. i.
De pratis purgandis in locis frigidis: et ꝓſcindendis agris. T. ii.
De panico et milio ſerendo cum diſciplina. T. iii.
De cicere ſerendo cum ordine ſuo. T. iiii.

De cannabo. T. v.
De cicera. T. vi.
De nouellis puluerãdis et fodiẽdis:uitibus palãdis ac ligãdis:et ueteranis uineis reſtituendis et ęgris et lęſis. T. vii.
De oleis amurca ſaginãdis et cętera eaꝝ cura:itẽ de ſeminariis et roſariis faciẽdis uel colendis:et ſarriendis frumentis. T. viii.
De hortis:in eo de carduis cũ diſciplina:de ulpico allio et cepulla cunela aneto ſinapi caulibus maluis armoracea origano lactuca beta porro caparri colocaſeis ſatureia naſturcio ĩtybis raphanis:de melõibꝯ et cucumere cũ diſciplina ſua:itẽ de aſpagis et ſpõgiis eoꝝ:ſimiliter et ruta et coriandro cũ diſciplía ſua:et cucurbita ſimiliter et blito:itẽ de aniſo et cimino. T. ix.
De pomis:in eo ꝺ malo punico cũ diſciplina et uini ſui cõfectione:ꝺ citreo ſimiliter:ꝺ meſpilo et ꝺ fico cum diſciplinis ſuis et aliis pomis:quoꝝ diſciplína ſuis menſibus continetur. T. x.
De comparandis bobus et tauris ac uaccis. T. xi.
De domandis bobus. T. xii.
De equis equabus:et pullis et ętate eoꝝ. T. xiii.
De mulino genere et aſinis. T. xiiii.
De apibus. T. xv.
De horis. T. xvi.

## MENSIS MARTIVS.

De putandis uineis et inſerendis et pangendis uitibus. T. i.

h OC MENSE LOCIS FRIGIDIS PVTATIO uinearũ celebratur:de qua abunde februario menſe locuti ſumus uſq; quo incipit gẽma eſſe ſuſpecta. Nunc oportet uineas inſerere:cũ uites nõ aquato ſed ſpiſſo humore lachrymabunt. Seruabimuſ ergo:ut trũcuſ q inſerit̃ ſoliduſ ſit:et alimento humoris exuberet: neq; ulla uetuſtate aut iniuria laceratus areſcat. Tunc deciſę uiti ſurculi qui inſerendi ſunt:ſint ſolidi rotũdi:gẽmis ſpiſſis et pluribꝯ oculati. Tres tamen oculi in inſitione ſufficient. Redendũ eſt ergo ſarmẽtum ad menſurã digitoꝝ duoꝝ: ut ab una parte ſit cortex. Aliqui non patiuntur nudam medullam:ſed leuiter radunt. ut inciſura ſenſim poſſit in cacumẽ exire:et corticata pars cortici nouę matris aptetur. Infimus oculus ita infigendus eſt:ut trunco iunctus adhęreat: qui oculus exteriorem ꝑtem debet aſpicere uinculo ſalicis infuſo:et paleato luto deſup alligari:tegumento quoq; aliquo a uentis et a ſole defendi:ne hi quatiant:hic adurat. Vbi calor tꝑis cœperit: ligaturę ĩpi pinnicillo circa ueſperam tenuis debet frequenter humor affundi:ut hoc alimento contra uim cęli torrentis animeſ. Cum ergo germen ruperit:et aliquod cœperit incrementum:cala-

mi adiutorio debet annecti:ne motus aliqs fragilē ꝓcedentis ſarmenti quaſſet ętatem. Vbi ſolidius quantūcūq; ꝓceſſerit:uincula oportet abſcindi:ne adoleſcentia molliſſimi germinis nodo durę conſtrictionis angat̃. Aliqui infra terrā ſemipedis ſpatio effoſſę uiti ſurculos inſerunt: et beneficio congeſtionis accumulant:ut hoc quoq; nouis ſarmentis preter nutricis alimēta ſubueniat. Nōnulli circa terras melius aſſerunt inſerēdum:quia in altiori difficilius comphendunt. Vſq; ad idus uel ęquinoctium uites locis frigidis pangendę ſunt:ſeu paſtinato ſeu ſulco ſeu ſcrobibus:more quo dictum eſt.

De pratis purgandis in locis frigidis:et ꝓſcindendis agris. T. ii.

n Vnc locis frigidis prata purganda atq; ſeruāda ſunt. Locis gelidis colles pingues et agros ꝓſcindere uliginoſos atq; exarare cōuenit. Veruacta etiam:quę ianuario menſe ſunt facta:repetere.

De panico et milio ſerendo cum ordine ſuo. T. iii.

c Alidis et ſiccis regionibus panicum ſeremus et milium. Leuem et ſolutam terram deſiderāt. Nec in ſabulone ſolum:ſed in arena quoq; ꝓueniunt:dūmodo cęlo humido et ſolo ſerant̃ irriguo:quia ſiccum et argilloſum agrum reformidant. Herbis liberentur aſſidue. Quinq; ſeſtariis ſpatium iugeri complebitur.

De cicere ſerendo cum ordine ſuo. T. iiii.

n Vnc cicer utrūq; ſerere debemus loco lętiſſimo cęlo humido. Macerandum eſt pridie:ut poſſit citius naſci. Iugeꝝ tribus modiis cōſeret̃. Cicer grande naſci gręci dicūt:ſi infundat̃ aqua tepida pridie:amare etiam loca maritima:temperius prouenire ſi ſeratur autūno.

De cannabo. T. v.

h Oc etiam menſe cānabum ſerimus uſq; in ęquinoctium uernum hac ratione:qua in februario diſputatum eſt.

De cicera. T. vi.

n Vnc cicera ſeritur:quę diſtat a cicercula ſolo colore:quo ſordet et nigrior eſt primo ſulco uel ſecūdo ſolo lęto. Iugerū quattuor uel tribus uel etiam duobus modiis implebimus.

De nouellis puluerādis et fodiēdis:uitibus palādis ac ligādis. T. vii.

h Oc menſe nouella uinea incipiat puluerari. Quod nūc ac deinceps ꝑ oēs calendas uſq; ad octobres faciendum eſt: non ſolū ꝓpter herbas: ſed ne tenera adhuc ſemina ſolidata terra conſtringat. Graminū radices quę plurimū uitibus nocent:extirpandę ſunt. Nunc locis frigidis uineaꝝ foſſio celebranda eſt. Et palandę atq; ligandę ſunt uites. Sed nouellam mollibus uinculis alligemus: quia eam teneram uincula duriora pręcidunt. Palus maioribus uitibus ſolidus:minoribus ponatur exilis. Propter umbrę moleſtiā ſtatuatur ab aquilone et plaga frigida ſpatio quattuor digitorum uel ſemipedis remotus a uite:ut poſſit omni parte circūfodi.

Vt uetus uinea reparatur.

u Ineas ueteres nūc aliq a terra altius trūcāt ſtudētes reptiōi:ſed uitioſū eſt. Nā pleꝗꝫ uaſtior plaga ſole putreſcit et rorib᷒. Quare hoc genere reparet̃. Prius ablaqueabit̃ altius: donec eius nodus appareat. Deīde īfra terrā ſupra nodū recidat̃: ut opta de frigore nil timeat. Hoc faciēdū ē: ſi optimi generis uitis ſit et alte poſita: alioqn generoſis meli⁹ erit īſerēda ſarmētis. Oīa ſupradicta locis calidis primo mēſe: frigidis uero poſt idus iāi⁹ exeqmur.

Aegras uites refouere.

a Egras uites uel qbus fructus areſcit: circūfodies: et urinā ueterem ſuffundis. Itē cinerem ſarmēti uel querci aceto mixtū ſubiice: aut inciſas circa terrā lętamine refoueto: et quę germināt fortiora dimitte.

Lęſas bidente curare.

c Vm uitis bidente lędit̃ aut ferro: plagā ſi terrę iuncta eſt: adline ſtercore ouilo uel caprino. Tunc terra mixta circūfoſſa ligare curato. Si ī radice lęſa eſt: operiens liquidum lętamen admiſce.

De oleis amurca ſaginandis: et cętera earum cura. T. viii.

n Vnc oleis laborātibuſ circū radices inſulſa amurca fundet̃. Maximis arboribus (quod Columella dicit) ſex cōgii: mediocribus quattuor: cęteris ꝓ ęſtimatione ſufficiūt. Alii paleas fabę binos ꝑ maiorē arborē qualos. Alii ueteris urinę humanę trūco q̄tum ſatis uidet̃ affundunt: et arbori mortariū ſtatim faciunt: maxime locis ſiccis trūco ante coopto. Oleā ſterilem terebra gallica pforabis. Tunc duos frugiferę arboris ab auſtrali parte ramos eiuſdē magnitudinis tollis: et ſtricte in foramē utrūꝗ coniicies. Vel lapidē uel pini uel querci palos et abſciſſo eo: qd̕ ſupabit: luto paleato curabis occulere. Si ſine fruge luxuriant: oleaſtri palū radicibus eius infige. Nūc qbus moris ē: frumenta iteꝝ ſarrire cōueniet. Nūc locis frigidis ſeminaria: quę februario dicta ſunt: baccaꝝ et ſeminū fiunt: et roſaria in menſis initio percolantur.

De hortis. T. ix.

n Vnc horti optime ſumūt cultiōis initia. Mēſe martio carduus ſerit̃. Terrā ſtercoratā et ſolutā diligit: quis ī pingui poſſit melius ꝑuenire. Et hoc illi cōtra talpas ꝓdeſt: ſi pangat̃ in ſolido: ne terra ab inimicis animalibus facilius pforetur. Serendi ſūt cardui luna creſcente in area iā parata ſemina ſpatio ſemipedis diſcreta. Cauendum ne ſemina inuerſa ponant̃: nam debiles incuruos et duros creabunt. Non alte imprimenda ſunt: ſed tribus digitis cōphenſa mergant̃: donec ad primos articulos terra pueniat. Tunc leuiter opiant̃ et herbis liberent̃ aſſidue: donec plantaria ſolident̃: et rigentur ſi ęſtus interuenit. Si cacumina ſeminum confringas: ſpinis carebunt. Item ſi ſemina eoꝝ madefeceris ꝑ triduū laurío oleo uel nardo uel opobalſamo uel ſucco roſę uel maſticino: et poſtea ſiccata dep̄ſſeris: eiuſdem ſaporis oriētur: cuius unguētū ſemina cōbiberūt. Singulis ſane annis a codice auferēdę ſunt plantę:

ut nec matres fatigentur:et ſoboles ꝑ alia ſpatia digerat̃.cum aliqua tamen ra/
dicis parte uellendę ſunt. Quos reſeruabis ad ſemina colligenda:liberatos oĩ/
bus pullis teſta ſupertegere debebis aut cortice. Nam ſolẽt ſemina ſole uel im/
bribus itinere. Contra talpas prodeſt catos frequenter hr̃e in mediis carduetis.
Muſtelas habẽt quidã manſuetas. Aliq foramina earũ rubrica et ſucco agreſtis
cucumeris impleuerũt. Nõnulli iuxta cubilia talparũ plures cauernas apiũt:ut
ille territę fugiãt ſolis admiſſu. Pleriq; laqueos in aditu earũ ſetis pẽdẽtibꝰ po/
nũt. Hoc etiã mẽſe ulpicũ bene et alliũ ſeremus:et cepullas et cunellã locis fri/
gidis et anetũ. Nunc et ſinapes et caules optime ſeruntur uel plantant̃:et mal/
ua ſerit̃ et armoracea:et origani plãta trãſfert̃. Lactuca et beta et porrus et cap/
paris ſeri poſſunt:et colocaſia et ſatureia naſturtiũ. Intyba etiã et raphanũ nunc
aliqui ſerunt:quibus utantur ęſtate. Nunc melones ſerendi rarius. Diſtent ĩter
ſe ſemina pedibus duobus locis ſubactiſ uel paſtinatis maxime arenĩſ. Semina
eius mulſo et lacte per triduũ macerãda ſunt:et tunc iam ſiccata ponenda:hinc
ſuaues efficient̃:odorati aũt ſi eorũ ſemĩa multis diebꝰ ĩter roſę folia ſicca mer/
gant̃. Nunc et cucumeres ſeminantur rare ſulcis factis altitudine ſeſquipedali
latitudine pedum trium. Inter ſulcos. vii. pedum ſpatium crudum relinqs: ubi
poſſint uagari. Herbis iuuãtur:ideo ſarculo et runcatiõe nõ ĩdigent. Semina ſi
ouilo lacte et mulſa maceres:dulces naſcentur et candidi. Longi et teneri fiũt:
ſi aquã in patẽti uaſculo ſub eis ponas duobꝰ palmis inferiorẽ:ad quã feſtinã/
do tales efficient̃. Sine ſemine naſcent̃:ſi prius eoꝝ ſemĩa oleo ſabino pungãt̃:
et herba ea quę culex dicitur:trita conficientur. Aliqui florem cucumeris cum
uiticulę ſuę capite cannę inſerunt:cui prius oẽs nodos ꝑforauerit:ibi cucumis
naſcetur in nimiã longitudinẽ tenſus. Oleũ ſic metuit:ut ſi iuxta poſueris:ue/
lut hamus ꝯplicetur. Quotiens tonat:uelut timore ꝯuertitur. Si eius florẽ ſicut
in ſua uite ẽ:ĩ forma fictili clauſeris ac ligaueris:qualẽ uultũ forma uel homi/
nis uel aĩalis habuerit:talẽ cucumiſ figurã ꝑſtabit. Hęc oĩa Gargilius Martia/
lis aſſeruit. Columella dicit:loco aprico et ſtercoroſo ſi rubos habeamus aut fe/
rulas:poſt autũni ęqnoctiũ his iuxta terrã reciſis et excauatis ligneo ſtilo inter
medullas lętamen ĩmittamus:et cucumeris ſemen addamus. hĩc naſci fructus
q poſſũt et ĩter frigora nõ negari. Hoc mẽſe aſpagos ſeremus circa apriles calẽ/
das pĩgui loco humido ſubacto:ita ut minoribꝰ foſſulis ad lineã directis bina
aut terna grana ſemipedis ſpatio diſcreta ponant̃. Dehinc ſtercore ſolum tega/
tur:et herbę ſubĩde:uellant̃:uel per hyemen ſupra ſtramina iaciant̃ primo uere
tollenda. Hinc poſt trienniũ naſcent̃ aſparagi. Sed expeditior ratio eſt:ſi aſpa/
ragoꝝ ſpongeas ponas:quę cito fructum miniſtrent. Hę ſic fiẽt. Semina aſpa/
ragi quãta tribꝰ digitis cõprehẽdere poſſit:poſt idus februarias pingui et ſter/
corato ſolo ĩ ſingulis foſſis ponis:et leuiter obtues. His coeũtibuſ radix cõne/
xa naſcet̃:quę appellat̃ ſpongia. Sed et hęc moras habet. Nam per biennium
in ſeminario ſuo eſt ſtercore et aſſidua runcatiõe nutrienda. Deniq; poſt ęqui/

noctium aurũni tranſferet̃:et uere aſparagũ dabit. Has erit utilius comparare q̃ longa expectatione nutrire. Eas tamen ĩ ſulcis diſponemus:ſi loca ſicca ſũt inter medios ſulcos:ſi humida ĩ ſũmitate ſulcoꝝ. Humor ſpõgias aſparagoꝝ tranſitu ſuo debet tantũ rigare:non ſiſtere. Aſparagũ quem primo ꝓtulerint: confringere debemus nõ auellere:ne adhuc inualidam moueamus ſpongiã. Cęteris annis auellendus eſt:ut oculos ipſius germinatiõis apiat:qa ſi deinceps refringas:loca quę fœcũda eſſe cõſueuerũt:remanẽte aſpagi radice clau duntur. Miniſtrabũt autem uere. Et autumno reſeruabis eum:de quo ſumpturus es ſemina:poſtea ſcopas eius incẽdis. Tũc circa hyemẽ ſpõgiis adiicies ſtercus et cinerem. Hoc menſe ruta ſerit̃ locis apricis ſolius cineris inſperſiõe cõtẽta. Loca dſiderat altiora:unde humor elabit̃. Si ponas ſemina ei⁹ adhuc clauſa folliculis:ſingulatim manu debebis affigere. Si iam minuta ſunt ſparſa iactabis:et raſtro obducta coopies. Caules eius q̃ ĩcluſis ſeminibꝫ nati fuerĩt: fortiores erũt:ſed ſero naſcent̃. Ramuli eius cum aliqua corticis parte cõuulſi uerno tẽpore ꝓ plãtis tenebũt. Tota uero trãſlata moriet̃. Nõnulli ramulos eius ꝓtuſę fabę inſerũt:atq; ita obruũt alieno uigore ſeruãdos. Proſequuntur etiã maledictis:et maxime ĩ terra ſoluti lateris ponũt:qđ ꝓdeſſe certiſſimũ ẽ. Sed (ut aſſerũt) meli⁹ furtiua ꝓueniũt. Sed fici arboris umbra liberi⁹ acqeſcit. Nõ effodi herbã ſed optat auelli. Immũdę mulieris formidat attactũ. Ab hoc mẽſe uſq; in octobrem totũ coriãdrum ſerit̃. Amat terrã pinguem:ſed et macro ſolo naſcit̃. Semen melius putat̃:qđ uetuſtius fuerit:delectatur humore. Satũ bene cũ olere quocũq; naſcet̃. Hoc mẽſe cucurbita ſerẽda eſt. Amat ſolũ pingue humidũ ſtercoratũ ſolutũ. Hoc in cucurbitis inſigne eſt:q; lõgas pariunt et exiles ſemina quę in eaꝝ ceruice naſcũtur. quę in uentre fuerãt cucurbitas faciũt craſſiores: quę in fundo latas:ſi inuerſis cacuminibus obruantur. Vbi adoleſcere cœpint:amminiculis adiuuent̃. Quę ſeruant̃ ad ſemina:uſq; ad hyemem in ſua uite dependeãt. Deinde ſublatę in ſole ponant̃ aut fumo: aliter ſemina putrefacta depeũt. Hoc mẽſe blitus ſerit̃ ſolo q̃licũq; ſed culto. Olus hoc neq; runcandũ eſt:neq; ſarculãdum. Cum ſemel natũ fuerit:ipſum ſe ꝑ multa ſęcula ſeminis ſui deiectione reparabit:ut etiam ſi uelis: uix poſſit aboleri. Nunc etiam ſerpillum ſeritur plantis et ſemine ſed uetuſtate meliori. Lętius frondebit: ſi iuxta piſcinam uel lacum uel putei margines conſeratur. Aniſum quoq; et ciminum nunc bene ſeritur. locis lętioribus melius ꝓuenit: itemq; cęteris ſi humore iuuetur et ſtercore.

De pomis et malo punico. T. x.

Ocis temperatis mẽſe martio uel aprili mala punica ſeremus:calidis uero et ſiccis nouẽbri. Amat hęc arbor ſolũ cretoſum macilentũ: ſed ĩ pĩgui etiã ꝓuenit. Regio illi ẽ apta:quę calida ẽ. Serit̃ plãtis de matrũ radice deuulſis. Sed q̃uis multis generibꝫ ſerat̃: melius tamen ramus eius ubi talis ĩciſus mãubrii craſſitudĩe et capite utroq; acuta falce leuigatus ſcrobi

uelut obliquus ĩmergitur:prius tamen porcino ſtercore et ĩ capite et ĩ pte: quę ima eſt:oblinać. Vel ĩ crudo ſolo maleo cogać ad ĩferiora defigi. Melius ꝓue/nier:ſi ponẽdus ramus gẽmata iã matre ſumać. Sed q in ſcrobe deponit:ſi tres lapillos ĩ ipſa radice cõſtituat:ꝓuidebit ne poma findanć. Curandũ ne uirgul/ta ĩuerſa depõas. Credũtur acida fieri:ſi rigenć aſſidue. Nã ſiccitas ĩ his et ſua/uitatẽ ꝑſtat et copiã:cuius tamẽ nimietati aliquid debet humoris opponi. Cir/cũfodi autũno debet et uerno. Si acida naſcãtur:modicũ laſeris cũ uino tritũ ꝑ ſũma arboris cacumina oportet ĩfundi. Vel ablaqueatis radicibꝫ thędę clauus infigi. Alii algam marinã obruũt ad radices:cui nõnulli ſtercus miſcent aſini/num atq; porcinum. Si florem nõ cõtinet:urinã ueterẽ cum pari mẽſura aquę temperabis:et ter per annum in radicibus ĩfundes. Vni arbori amphora ĩgeſta ſufficiet. Vel amurcam mittis ĩſulſam. Vel algã radicibus ĩũges: et bis rigabis in menſe. Vel arboris florentis truncũ plumbeo circulo debebis includere. Vel corio anguis inuoluere. Si crepãt poma:lapidem ĩ media arboris radice ſuppo nis. Vel ſquillam circa arborem ſeris. Et ſi dum pẽdent poma: tenacibus ſicut in arbore habentur intorſeris:in totum annũ ſine corruptione ſeruabis. Si uer/mibus laborant:tangis radices felle bubulo:et continuo moriũtur. Aut clauo ęneo ſi uermes eoſdẽ purges:difficile naſcenć. Vel aſini urina ſtercori ãmixta porcino uermibus obuiabit. Cinis cũ lexiuo circa punici truncũ frequẽter infu ſus lęta et fructuoſa reddit arbuſta. Aſſerit Martialis candida ĩ his grana fieri: ſi argillę et cretę quartã ꝑtẽ gypſi miſceas:et toto triẽnio hoc genus terrę radi/cibus eius adiũgas. Idẽ dicit mirę magnitudinis fieri:ſi olla fictilis obruać cir/ca arborem punici:et ĩ ea ramus cũ flore claudać: ne reſiliat ligatus ad palum. Tũc cooperta olla contra aquę muniać incurſus. Autumno patefacta ſuę ma/gnitudinis poma redhibebit. Multa ĩ punico ipſe aſſerit poma ꝓcedere:ſi riti/mali et portulacę ſuccus ęqualiter mixtus anteq̃ germinet:trunco arboris adli natur. Inſeri poſſe affirmać: de ramoꝝ connexione:ut medula utriq; diuiſa ſe iungant. In ſe tantum inſeri poteſt circa apriles calẽdas menſe martio ultimo. Sed ſecto trunco ſurculus recentiſſimus ſtatim debet inſeri:ne mora exiguum q eſt ſiccet humorem. Punica mala ſeruanć:ſi picatis pediculis ordinata ſuſpen das. Aliter. Lecta integra ĩ aqua marina uel muria feruente mergãtur:ut cõbi/bãt. Poſt triduũ ſole ſiccẽtur:ut ſub diuo nocte nõ maneãt. Poſt ĩ loco frigido ſuſpẽdãtur. Cũ uolueris uti:aq̃ dulci pridie macerabis. Ferũtur hęc pomis re/cẽtibꝫ ęmulari. Itẽ a tactu ĩuicẽ ſepata paleis obruãtur. Itẽ foſſa fit lõga:et cor/tex eiuſdẽ magnitudinis parać:cui mala acutis ſurculis ſuis affigũć. Tũc ĩuer/ſus cortex ſupra foſſam ponić:ut mala ſine terrę tactu ſuppẽdentia ab humore defendat. Itẽ ſi ĩduanć argilla:et ea ſiccata loco frigido pẽdeãt. Itẽ ſi ſeriola ſub diuo obruać:quę habeat arenas uſq; ad mediũ.et mala cũ tenacibus lecta ĩpri/manć cãnis ſingulis:uel ſambuci uirgulis:et ita ſeparata ĩ arenis figãtur:ut ĩpa q̃tuor digitis emineãt ab arena. Hoc et ſub tecto in ſcrobe bipedanea fieri põt.

Et utiliuſ eſt ad ſeruandum : ſi cum ramo longiore tollantur. Aliter. In ſeriola
cui ad mediũ aqua mittatᷣ: ſuſpenduntur mala: ne humorem tangant: et ſeria
clauditur ne uentus irrumpat. Itẽ in dolio intra hordeum ſic ordinantur: ne ſe
inuicem tangant: et dolium deſuper operitur. Vinum de malis granatis confi-
cies hoc modo. Grana matura purgata diligenter in palmea fiſcella mittis : in
coclea exprimis: et leuiter coques uſq; ad medietatem. Cũ refrixerit : picatis et
gypſatis uaſculis claudis. Alii ſuccum non excoquũt: ſed ſingulis ſeſtariis li-
bras mellis ſingulas miſcent: et in prędicto uaſe cuſtodiũnt.

## De citreo.

Enſe martio citri arbor multis modis ſeritᷣ: ſemine ramo talea claua.
Amat terram rarioris naturę: cęlum calidum humorẽq; continuum.
Si granis uelis ſerere: ita facies. Terram in duos pedes fodies: cinerem
miſcebis: breues areas facies: ut utriq; ꝑ canales aqua diſcurrat. In his areis pal
marem ſcrobem manibus aperies: et tria grana deorſum uerſo acumine iuncta
conſtitues: et obruta quotidie rigabis. Citius ꝓcedent: ſi beneficio aquę tepen-
tis utaris. Natis germinibus ſemper ꝓxima herba rũcetur. Poteſt hinc trima
planta trãſferri. Si ramum uelis ponere: non amplius ſeſquipedẽ debebis ĩmer-
gere ne putreſcat. Claba ſeri cõmodius eſt: quę ſit manubrii craſſitudine: lõgi-
tudĩe cubitali ex utraq; parte leuigata: nodis et aculeis reciſis ſed ĩtegra ſũmi-
tate gẽmaꝝ ꝑ quas ſpes futuri germinis ĩtumeſcat. Diligẽtiores et fimo bubu
lo adlinunt utriq; qd̄ ſummũ eſt. Vel marina alga ueſtiunt: uel argilla ſubacta
ꝑtis utriuſq; extrema coopiunt: atq; ita ĩ paſtinato ſolo deponũt. Talea et gra-
cilior et breuior eſſe põt: quę ſimiliter ut claba mergetᷣ. Sed talea palmis duo-
bus ſupſit: claba oĩs obruitᷣ. In ſpatio nõ deſiderat ĩterualla maiora. Aliis arbo
ribus nõ debet annecti. Calidis locis : ſed irriguis et maritimis maxĩe gaudet:
ꝗbus humor exundat. Sed ſiqs hoc genus: ut ĩ regione frigida nutriatᷣ: extor-
quet: loco uel parietibꝰ munito uel ĩ meridianã partẽ uerſo diſponat hãc arbo-
rẽ. Sed hibernis mẽſibus tectũ ſtramine uelet agreſti. Vbi ęſtas refulſerit: aeri ar
bor nuda et ſecura reddatᷣ. Talea ſiue claba eius calidiſſimis regiõibus et ꝑ au-
tũnum ponitᷣ. Frigidiſſimis iulio et auguſto poſitas et quotidianis rigatiõibꝰ
aĩatas ipſe uſq; ad poma et magna ĩcremẽta ꝑduxi. Citreũ iuuari creditᷣ: ſi cu-
curbitę uicinis locis ſerantur: quaꝝ uites etiã combuſtę utilem citri arboribus
cinerem prębent. Gaudent aſſidua foſſione. hinc ꝓueniunt poma maiora. Niſi
quę arida ſunt: rariſſime debemus abſcidere. Inſeritur mẽſe aprili locis calidiſ:
maio frigidiſ: nõ ſub cortice: ſed fiſſo trunco circa ipſaſ radiceſ. Inſeritᷣ et piro:
ut quidam et moro. Sed inſiti ſurculi qualo deſuper omnino muniendi ſũt uel
fictili uaſculo. Aſſerit Martialiſ apud aſſyrioſ pomiſ hanc arborem non carere.
Quod ego in ſardinia et in territorio neapolitano in fundiſ meiſ cõperi. Qui-
buſ ſolum et cęlum tepidũ eſt: humor exundanſ ꝑ graduſ quoſdam ſibi ſemp
poma ſuccedere : cum maturis ſe acerba ſubſtituant : acerborum uero ętatem

florentia cõſequãtur:orbẽ quedã cõtinuę fœcũditatis ſibi miniſtrante natura. Ferũt acres medullas mutare dulcibꝫ:ſi p triduũ mulſa ſeſa ponẽda macerẽtᷣ: uel ouilo lacte qd pſtat. Aliq mẽſe februario trũcum obliquo foramine ab imo terebrãt:ita ut altera pte nõ exeat. Ex hoc humorẽ fluerᷣ pmittũt: donec poma formentᷣ. Tũc foramen luto replẽt:ſiqd ẽ mediũ fieri dulce cõfirmãt. Citreũ et ĩ arbore põt p totũ ãnũ ppemodũ cuſtodiri. Melius ſi uaſculis qbuſcũqꝫ clau datᷣ. Si uelis legerᷣ atqꝫ ſeruarᷣ: nocte luna latẽte debebis cũ ramis foliatis carpe: et ſecreta diſponere. Alii ſingula uaſis ſingulis claudũt:uel gypſo adlinunt: et opaco loco ordinata cuſtodiũt. Pleriqꝫ ĩ cędri ſcobe uel ſtraminibꝫ minutis uel in paleis tecta ſeruant.

Meſpilum.

m Eſpila locis calidis maxĩe gaudẽt:ſed irriguis tamen. frigidis quoqꝫ pueniũt:magis ſabulone pingui aut glareoſa terra:cui arena pmixta eſt:uel argilla cũ ſaxis: Serẽda ẽ taleis mẽſe martio uel nouembri:ſed ſolo ſtercorato et ſubacto:ita ut utrũqꝫ caput taleę ſtercus obducat. Sũt eius incremẽta tardiſſima. Amat putari atqꝫ circũfodi:et parco humore ĩter ſiccitates ſępe refoueri. Seritᷣ et ſeĩe ſed ĩ lõgiorẽ ſperatᷣ ętatẽ. Si uermibus occupatᷣ:ſtilo ęreo purgãdi ſũt:et amurca uel humana uetere urina uel uiua calce pfundẽdi: ſed parcius ppter arboris noxã. Vel aqua decocti lupini:ſed putatᷣ hĩc arbor ſterilis fieri. Fimus et cinis uitiũ ſimul ſi radicibus infundãtur:fertilẽ reddunt. Si formicę moleſtę ſunt:rubrica cũ aceto et cinere rẽperata necabũtur. Si poma labuntᷣ:fruſtũ de eius radice pciſum ĩ media trũci pte figatᷣ. Inſeritᷣ mẽſe februario ĩ ſe et in piro et ĩ malo. Surculus tamen eius ex arbore media debet aſſumi. nã de ſũmitatibus uitioſus eſt. In trũco fiſſo inſerenda ẽ. nã corticis macies ieiuna nil nutriet. Meſpila ad ſeruandũ legũtur necdũ mitia: quę et ĩ arbore diu durabũt:uel ĩ urceolis picatis uel ĩ ordinẽ ſuſpẽſa:uel ut qdã puſca cõdita. Die ſerena legãtur ac media:et paleis obruantᷣ diſcreta:ne ea uiciſſim tactus afficiat. Vel cũ pediculis lecta ſemimatura et ſalſa aqua p dies qnqꝫ macerata:poſtea ſępe ĩfundãtur:ut enatent. Seruantᷣ et melle:ſed ſi minus matura collegeris.

De ficu.

c Alidis locis fici planta radicata nouẽbri menſe:tẽparis februario:frigidis melius martio uel aprili ponẽda eſt. Si taleã uel cacumen ponas: ultimo aprili cum ei ſe uiridior ſuccus infuderit. Plantę ĩ ſcrobe depoſitę lapides ſubſtituendi ſunt:ad radicem fimo terra miſcenda eſt. Si loca frigida ſunt:plantarꝫ cacumina diuiſis cannę internodiis defendantᷣ a frigore. Si cacumen uelis ponere:triſulcum ramum bimum uel trimũ ab auſtrali parte decidas:et ſic obrues:ut diuiſa cacumina terra interiacente uelut tres ſurculos reddant. Taleam ſic ponemus ut cętera:cui leuiter ab infima parte diuiſę lapidem mergemus in fiſſo. Ego menſe februario ultimo uel martio in italia plantas grandes ficorꝫ per paſtinatum ſolum diſpoſui:et eo anno poma pepere ſupra comprehendendi facilitatem uelut tributa reddentes. Legendę ſunt plantę: in

quibus frequens nodus extuberat. Steriles creduntᷣ:quę niridę ſunt:et oculos ſuos p̱ longa internodia diſtulerunt. Si plantã fici prius nutrias in ſeminario: etmaturam tranſferas in ſcrobem:poma generoſiora ꝓducet. Aliqui multum ꝓdeſſe confirmant:ſi plantam fici diuiſo ſquillę bulbo interſitam ſtrictamque uinculis collocemus. Scrobes amat altas:ĩterualla maiora:terrę genus durum et gracile et ſiccum ꝓ utili ſapore pomoꝝ. ꝓuenit:et petroſis atq; aſperis : tamẽ poteſt locis ꝓpe omnibus ſeri. Quę in montanis et frigidis locis naſcũtur: qa minus lactis habent:ſiccitatem durare non poſſunt. Vſus illis in uiridi eſt:melioris magnitudinis et ſaporis arguti. Quę naſcuntᷣ in campis et locis calidis et pĩguiores ſunt:et in ſiccitate durabiles. Si genera numerare uelimus :ĩmenſum eſt: Sufficit: ꝙ omnibus ęqua cultura eſt. Illa diſtantia eſt : ꝙ in caricis me lius alba ſeruatᷣ. In locis nimie frigidis pręcoquas ficus ſeramus:quę cito ueniãt ut ante imbres genus hoc poſſit occurere:calidis uero et ęſtuoſis eam quę ſera maturat. Gaudet aſſidua foſſiõe. Per autũnũ ꝓderit:ſi ſtercus admoueas: pręcipue de auiariis. Recidẽda ſunt ĩ ea:quę aut putria aut male nata repereris. Ea ratione putanda eſt:ut inclinata p̱ latera poſſit expandi. In locis humectis ficus ſaporis obtuſi eſt:cui circũciſis cõtra hoc radicibus aliquãtus cinis debet affũdi. Aliqui inter ficarias caprifici arborem ſerunt : ut non ſit neceſſe p̱ ſingulas arbores ꝓ remedio eadẽ poma ſuſpendi. Menſe iunio circa ſolſtitiũ caprificandę ſunt arbores fici. i. ſuſpẽdẽdi groſſi ex caprifico lino uelut ſerta p̱tuſi. Si hoc deſit:ab rotani uirga ſuſpẽditᷣ. Aut callũ qđ in ulmeis foliis inuenitᷣ. Aut arietina cornua circa radices arboris obruũtur. Vel trũcus arboriſ quo loco turget: ſcarificandus eſt:ut poſſit humor effluere. Ne uermes patiatᷣ:ramum therebinti uel lẽtiſci taleã cũ plãtis fici cacumine ponemus inuerſo. Vncinis ęreis tollendi ſunt uermes ex fico. Alii amurcam : alii ueterem urinã ablaqueatis radicibus miſcẽt. Alii bitumen et oleũ aut ſolã calcẽ uiuã latebris uermiũ linũt. Si formicę moleſtę ſunt:rubrica butiro et pice liquida mixta circa trũcũ debet includi. Alii coracinã picem contra formicas in arbore ſuſpendendam eſſe confirmant. Si fructus ſuos uelut ęgra ꝓiiciet:alii rubrica aut amurca ĩſulſa mixta aqua arborem liniunt. Vel cancrũ fluuialẽ cũ ramo turę ſuſpendũt uel algam marinã uel faſcem lupinoꝝ. Vel radici terebratę cuneũ figũt. Vel ſecuri arboris corium ſępe ꝓſcindunt. Cum folia ꝓducere incipiũt fici : ut fructũ multum et pinguem ferant:in principio germinis cacumina ſumma decutimus : uel hoc tantũ cacumen : qđ ex arboris medietate ꝓcedit. Si maturam ficũ uis ſerotinã facere:incipientes groſſos decute:cũ illis fabę fuerit magnitudo. Vt ficus cito maturet:ſucco cepę longioris cũ oleo et pipe mixto unge poma:quãdo groſſi incipiũt ſubrubere. Aprili menſe ficum debemus inſerere inter corticem. Vel ſi nouellę arbores ſunt fiſſo ligno:qđ ſtatim opiendum eſt et ligandum:ne uentus introeat. Melius comprehendunt : ſi circa terram reciſa inſerantur arbuſta. Aliqui et iunio menſe inſerunt. Surculus legẽdus eſt anniculus:inutilis enim

creditur maioris uel minoris ętatis. Inoculari ficus locis ſiccis aprili. humidis
melius iulio mediante poterit: octobri mēſe locis tepidis. Propagari ficus ra-
mis poteſt. Inſerit̃ autem in caprifico: in moro: in platano et oculis et ſurculis.
Ficus uirides ſeruari poſſunt uel in melle ordinatę: ne ſe inuicem tangant: uel
ſingulę intra uiridem cucurbitā clauſę: locis unicuiq; cauatis: et itē teſſera quę
ſequat̃ incluſis ſuſpenſa cucurbita ubi non ſit fumus uel ignis. Alii miſſas fi-
cus recentes minus maturas in nouo uaſe fictili lectas cū pediculis et a ſe ſepa
ratis recludunt: et in dolio uini pleno uas natare ꝑmittūt. Martialis dicit: cari
cas ꝑ genera multa ſeruari: cū ratio una ſufficiat. Ergo hoc gener̃: quo cāpania
tota cuſtodit: ſeruare debemus. In cratibus ficus expandit̃ uſq; ad meridiem:
et adhuc mollis in qualum refundit̃. Tūc calefacto furno ad panis coquendi
modū ſuppoſitis tribus lapidibꝰ: ne ardeat qualus īcludit̃: et clauſo furno ubi
diſcocta ficus fuerit: ſicut eſt calida interpoſitis foliis ſuis in uas fictile condit̃.
bene picatū denſius ꝑſſa: et oꝑculo diligēter obducit̃. Si pluuiis abundātibus
crates non poſſis expandere: ſub tecto eas ita ponis: ut ſemipede erigātur a ter
ra: et eas ad uicem ſolis cinis ſubiectus uaporet: et ſubinde ficus ſicut eſt diuiſa
uertat̃: ut ficoꝝ coria ſiccent̃ et pulpę. Tunc duplicata in ciſtellis ſeruet̃ aut lo
culis. Alii maturas mediocriter ficus et diuiſas in cratibus expandunt toto ſo
le ſiccādas: et recipiūt nocte ſub tecta. Nūc ficulnea cacumina obruūt̃ utiliter:
cum tumeſcunt: ut plantas faciant: ſi earum copia non abundat. Vt etiam ua-
rios fructus una ficus exhibeat. ramos duos nigrę et albę arborum inter ſe ita
uinculo ſtringis: ac torques: ut germina miſcere cogātur. Sic obruti et ſterco-
rati et humoribus iuti ubi ꝓdire cœperint germinantes oculos aliqua ſibi an-
nexione conglutina. Tunc germen adunatum parturiet duos colores: quos
unitate diuidat: diuiſione contingat.

De pomis aliorum menſium.

Vnc et pirus uel malus inſeri ac ſeri poteſt: et cydonea et prunus in-
n ſerit̃: et ſorba ponuntur et morus: nono calen. april. die. et inſeruntur
piſtacea et locis frigidis pini ſemen aſpergitur.

De bobus tauris et uaccis. T. xi.

Oc menſe comparādi ſunt boues: qui tamen ſiue de noſtris capiant̃
h armentis: ſiue emant̃: iccirco nunc parabunt̃ utilius: quia necdum ſa
gina temporis pleni aut celare poſſunt fallaciā uenditoris et uitia ſua:
aut ad repugnandum domiturę contumacem pleni roboris exercere fiduciā.
Hęc tamen ſigna ſpectāda ſūt ī bobus: ſeu de noſtro ſeu de alieno grege fuerit
cōparādi: ut ſint boues nouelli quadratis et grādibus mēbris: et ſolidi corpo-
ris: muſculis ac toris ubiq; ſurgentibus: magnis auribus: latę frontis et criſpę:
labris oculiſq; nigrātibus: cornibus robuſtis ac ſine curuaturę prauitate luna-
tis: patulis naribus et reſimiſ: ceruice toroſa atq; compacta: palearibꝰ largis et
circa genua fluentibuſ: pectore grandi: armiſ uaſtiſ: uentre non paruo: por-

rectis lateribus:latis lũbis:dorſo recto et plano:cruribus ſolidis neruoſis et bre
uibus:ungulis magnis:caudis longis ac ſetoſis : pilo totius corporis denſo ac
breui:rubei maxime coloris aut fuſci. Melius autem boues de uicinis locis pa
rabimus:qui nulla ſoli aut aeris uarietate tentent̃. Aut ſi hoc deeſt: de locis ſi
milibus ad ſimilia tranſferamus. Illud ante uniuerſa curandũ eſt:ut uiribus ad
trahendũ cõparent̃ ęquales:ne ualẽtioris robur alteri ꝓcuret exitiũ. In moribꝰ
hęc cõſideranda ſunt. Sint arguti mãſueti timẽtes hortamen clamoris ac uer
beris:cibi appetẽtes. Sed ſi regiõis ratio patit̃:nullus melior cibus eſt:q̃ uiride
pabulũ. Vbi uero deeſt:eo ordine miniſtret̃: quo pabuli copia et laboꝝ coget
acceſſio. Nũc tauros quoq; quibus cordi ẽ armẽta cõſtruere:cõparabit aut his
ſignis a tenera ętate ſũmitet. Vt ſint alti atq; ingentibus mẽbris:ętatis medię:
et magis quę iuuentute minor eſt:q̃ quę declinet in ſeniũ. Torua facie : paruis
cornibus:toroſa uaſtaq; ceruice:uentre ſubſtricto. Vaccas etiã nũc maxime pa
rabimus. Sed eligemus forma altiſſima:corporis lõgi:uteri capacis et magni:
alta fronte:oculis nigris et grãdibus:pulchris cornibus et pręcipue nigris:aure
ſetoſa:palearibus et caudis maximis:ungulis breuibus et cruribus paruis:ęta
tis maxime trimę:quia uſq; ad decimũ fœtura ex his ꝓcedit utilior. Nec ante
ętatem trimã tauros his oportet admitti. Sed erit ſtudiũ diligẽtis abmotis ſe
nioribus nouellas ſubinde conducere et ſteriles aratro ac laboribus deputare.
Gręci aſſerũt:ſi mares creare uelis:ſiniſtrũ tauri in coitu ligandũ eſſe teſticulũ:
ſi fœminas dextrũ. Tamen tauros diu ante abſtinẽdos:ut cũ tẽpus eſt:acrius ĩ
cauſas dilati feruoris incũbant. Sed his armẽtis hyeme maritima et aprica loca
ęſtate opaca paremus ac frigida:montana maxime:quia melius fruteris et his
herba ĩternaſcẽte ſaturant̃:q̃uis circa fluuios recte ꝓpter amœna loca paſcant̃.
Fœtura tamen aquis tepidioribus adiuuat̃:unde magis utilius habentur:ubi
fluuialis aqua tepentes format lacunas. Tolerat tamen frigus hoc armenti ge
nus:et poteſt facile hibernare ſub diuo. Quibus tamen ſepta fieri ꝓpter iniuriã
grauidaꝝ cõuenit laxiora. Stabula uero utilia ſũt ſtrata ſaxo atque glareis aut
arenis:deuexa aliq̃tenus:ut humor poſſit elabi:parti meridianę obuerſa ꝓpter
flatus glaciales:quibus aliquis reſiſtere debet obiectus.

De domandis bobus. T. xii.

Oc menſe ultimo domandi ſunt trimi boues:quia poſt quinquenniũ
b bene domari non poſſunt ętatis repugnante duritia. Capti ergo ſtatĩ
domenť:qui quidem prius cũ teneri fuerint:frequenti manus attrec
tatione manſueſcant. Sed ſtabulum noui boues largioribus ſpatiis habere de
bebunt:ut et ante ſtabulum loca nullis concludãtur anguſtiis:et producti nul
la uitient̃ offenſa. In ip̃o uero ſtabulo aſſeres tranſuerſi a terra ſeptem pedibus
alti configant̃:ad quos boues ligantur indomiti. Tunc eligis abſolutam tẽpe
ſtatibus et impedimẽtis omnibus diem:qua capti pducant̃ ad ſtabulũ. Quoꝝ
ſi nimia fuerit aſperitas:uno die ac nocte inter uincula mitigentur atq; ieiunia.

Tūc appellationibus blādis illecebris oblatoꝝ ciboꝝ nō a latere neqꝫ a tergo: ſed a frōte accedēs bubulcꝰ admulceat. Nareſqꝫ et terga ꝑtractet: mero ſubīde conſpargens: hac tamen cautione: ne aliquē calce contingat aut cornu. Quod uitiū ſi ī primordiis effectiuū ſibi ceſſiſſe ſenſerit optinebit. Tūc mitigati os et palatū ſalibus fricabis: et ī gulā demitte p̄ſulſi adipis librales offas: et uini ſextarios ſingulos cornu infundente ꝑ fauces. quę res īttra triduū totius ſęuitię iram reſoluet. Aliqui eos īter ſe iūgunt: ac docēt onera tētare leuiora. Et qđ utile eſt: ſi aratiōi parātur ſubacto prius ſolo exercēdi ſūt: ut nouus labor tenera adhuc colla nō quaſſet. Expeditior aūt ratio eſt domādi: ut aſpeꝝ bouem māſueto et ualido boui cōiūgas: quo oſtēdēte facile ad oīa cogetᷣ officia. Si poſt domiturā decūbit in ſulco: pedes eius ita ligētur uīculis: ut nō poſſit ꝓgredi: aut ſtare uel paſci. Quo facto ſiti ac fame laſſatus carebit hoc uitio.

De equis equabus et pullis. T. xiii.

h

Oc menſe ſaginati ac paſti ante admiſſarii generoſis equabus admittēdi ſūt: et repletis fœminis itē ad ſtabula colligēdi. Neqꝫ tamē ęqualē numeꝝ omniū debemꝰ adhiberᷣ: ſed extimatis uiribꝫ uniuſcuiuſqꝫ admiſſarii: ſubmittēda ſunt pauca uel numeroſa cōiugia. Quę res efficiet admiſſarios nō parua ętate durare. Iuueni tamen equo et uiribus formaqꝫ cōſtāti non amplius q̄. xii. uel. xv. debemus admittere: cęteris ꝓ qualitate uirū ſuaꝝ. Sed in admiſſario quattuor ſpectanda ſunt: forma: color: meritū: pulchritudo: In forma hoc ſequemur: uaſtum corpus et ſolidū: robori conueniens altitudo: latus longiſſimū: maximi et rotūdi clunis: pectus late patens: et corpus omne muſculoꝝ dēſitate nodoſum: pes ſiccus et ſolidus: et cornu cōcauo altius calciatus. Pulchritudinis partes hę ſūt. Vt ſit egregiū caput et ſiccū: pelle ꝓpemodum ſolis oſſibꝫ adhęrēte. Aures breues et argutę: oculi magni: nares patulę: coma et cauda ꝓfuſior: ungulaꝝ ſolida et fixa rotūditas. Colores hi pręcipui. Badius aureus: abineus: ruſſeus: mureus ceruinus gilbꝫ: ſcutulatus: albus: guttatus: cādidiſſimus: niger preſſus. Sequentis meriti: uarius cum pulchritudine nigro uel abineo uel badio mixtus: canus cum quo uis colore: ſpumeus maculoſuſ murinus obſcurior. Sed ī admiſſariis pręcipue legamus clari et unius coloris: cęteri uero deſpiciendi: niſi magnitudo meritoꝝ culpam coloris excuſet. Eadem in equabus cōſideranda ſunt: maxime ut ſint lōgi et magni uentris et corporis. Sed hoc in generoſis ſeruetᷣ armentis. Cęterę paſſim toto anno inter paſcua admiſſis ſecū maribus impleantᷣ. Equaꝝ natura eſt: partū ſpatio duodecimi menſiſ abſoluere. Illud in admiſſariis ſeruandū eſt: ut mediis aliquibus ſpatiis ſeparentᷣ: ꝓpter noxam furoris alterni. Sed his armētis paſcua legamus pinguiſſima hyeme aprica: frigida et opaca ꝓuideamus ęſtate: nec adeo mollibus locis nata ut ungularum firmitas de aſperitate nil ſentiat. Si equa marem pati noluerit: trita ſquilla naturalia eius infecta libidinem cōcitabunt. Deinde grauidę non urgeantᷣ: nec famem friguſqꝫ tolerent: nec īter ſe loci comprimā

tur anguſtiis. Generoſas equas et quę maſculos nutriũt: alternis ãnis ſubmittere debebimus: ut pullis puri et copioſi lactis robur ĩfundãt: cęterę paſſim replendę. Aetas incipientis admiſſarii quinti anni in initio eſſe debebit. Fœmina recte et bima concipiet: quia poſt decẽnium iners ex ea ſoboles et tarda naſceẽ Pulli equaꝝ nati manu tangendi non ſunt: qa eos tactus lędit aſſiduus. Quãtum ratio patitur: defendantur a frigore. In pullis pro ętatis merito ea ſũt cõſiderãda: quę ſignũ bonę indolis monſtrãt quę in patribus uel matribus ſpectãda pręcepi. dabit et hilaritas alacritas agilitaſqꝫ documẽtũ. Nũc domandi ſunt pulli: ubi tempus bimę ętatis exceſſerint. Cõſideranda ſunt magna longa muſculoſa et argura corpora: teſticuli pares exigui: et cęteri q in patribus dicti ſũt mores: ut uel ex ſũma quiete facile cõcitenẽ: uel ex incitata feſtinatiõe nõ difficile teneanẽ. Aetatis cõſideratio talis ẽ. Bimo et ſex menſiũ dentes medii ſuperiores cadũt. Quadrimo canini mutantur. Infra ſextũ annũ molares ſupiores cadunt. Sexto anno quos primo mutauit exęquat. Septĩo anno oẽs dentes eius explentur. Latent ab hinc ętatis notę. Sed prouectioribus tempora cauari incipiunt: ſupercilia caneſcere: dentes plerumqꝫ prominere. Hoc menſe omnia quadrupedia maxime equos caſtrare debemus.

De mulis et aſinis. T. xiiii.

f I quẽ muloꝝ genus creare delectat: equã magni corporis: ſolidiſ oſſibus et forma egregia debet eligere. In qua non uelocitatem ſed robur exquirat. Aetas a quadrima uſqꝫ ĩ decẽnem huic admiſſurę iuſta cõueniet. Si aſinus equam faſtidit admiſſus: oſtẽſam priuſ aſinam (donec coeũdi uoluptas ſollicitetur) adhibemus: qua ſubducta equam libido ſcitata nõ ſpernet: et raptus illecebris generis ſui in permixtiõe cõſentiet alieni. Si morſu ſurẽs lędit obiectas: aliquatenꝰ labore miteſcat. Creãẽ ex equo et aſina: uel onagro et equa. Sed generoſius nullum eſt huiuſmodi animal: q̃ quod aſino creãte naſcetur. Vtiles tamen admiſſarii naſcenẽ ex onagro et aſina. Qui poſt ĩ ſobole ſecutura agilitatem fortitudineqꝫ reſtituant. Admiſſarius tamen aſinus ſit huiuſmodi: corpore amplo ſolido muſculo: ſtrictis et fortibꝫ mẽbris: nigri uel murini maxime coloris aut rubei. Qui tamen ſi diſcolores pilos in palpebris aut auribꝫ geret: colorẽ ſobolis plerũqꝫ uariabit. Minor trimo maior decẽni nõ debet admitti. Annicula mula debet a mr̃e depelli: et p mõtes aſpos paſci: ut itineris laborẽ in tenera ętate ſolidata cõtẽnat. Minor uero aſellus maxĩe agro neceſſarius eſt: et laborem tolerat: et negligẽtiam propemodũ nõ recuſat.

De apibus. T. xv.

h Oc menſe maxime apibꝫ ſolet morbus incumbere. Nã poſt hyberna ieiunia titimali et ulmi amaris floribus qui prius naſcũẽ: auidius appetitis ſolutionẽ uentris incurrũt: et peunt: niſi aſſueris uelocitate remedii. Prębebis ergo mali granati cũ uino amineo grana cõtrita. uel uuę paſſę cum rore ſyriaco et auſtero uino. Vel ſimul omnia leuigata et incocta uino

aſpo. Quę deinde in ligneis canalibus refrigerata ponantur. Item roſmarinus aqua mulſa decoctus congelať:et in imbrice poniť ſuccus huiuſmodi. Quod ſi horridę uidenť atq; contractę torpere ſilentio:et mortuaꝝ corpora frequẽter efferre:canalibus ex canna factis mel cum gallę puluere uel ſiccę roſę coctũ debebis infundere. Illud ante omnia expediet:ut putres partes,fauoꝝ:uel uacuas cęras quas aliquocaſu examen ad paucitatem redactum non ualebit implere: ſemper recidas acutiſſimis ferramẽtis ſubtiliter:ne mota alia pars fauoꝝ cogat apes domicilia concuſſa deſerere. Nocet apibus plerũq; fœlicitas ſua. Nã ſi nimiis floribus annus exuberat:dũ ſolam curam gerendi mellis exercẽnt:de ple nil cogitant. Cuius omiſſa reparatione populus idẽ labore cõfectus extinguiť totius gentis exitio. Itaq; cũ mellis nimietatẽ uideris ex floꝝ grandi et continua meſſe defluere:īteriectis ternis diebꝰ clauſo foramine nõ eas patiaris exire. Ita ad generandam ſobolem conferenť. Nũc circa cal.apri.curãdi ſunt aluei:ut oĩa purgamenta tollãtur et ſordes:quas tp̃s contraxit hibernũ:et uermiculi et tineę et araneę:qbus corrũpitur uſus fauoꝝ:et papiliones qui uermiculos ſtercore ſuo faciũt naſci. Tunc fumus incenſi ſicci bubuli ſtercoris adhibeatur:qui aptus eſt apiũ ſaluti. Quę purgatio frequenter uſq; in autumni tp̃a celebratur.. Hęc omnia cęteraq; efficies caſtus et ſobrius et alienus ab aliis uel a cibis acribus et odoris īmundi atq; omnibus ſalſamentis.

De horis. T. xvi.

h In menſis ad deprehendendas horas conſentit octobri.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Hora | i. | pedes | xxv. | Hora | vii. | pedes | vi. |
| Hora | ii. | pedes | xv. | Hora | viii. | pedes | viii. |
| Hora | iii. | pedes | xi. | Hora | ix. | pedes | xi. |
| Hora | iiii. | pedes | viii. | Hora | x. | pedes | xv. |
| Hora | v. | pedes | vi. | Hora | xi. | pedes | xxv. |
| Hora | vi. | pedes | v. | | | | |

## PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI VIRI ILLVSTRIS DE RE RVSTICA LIBER .V. TITVLI MENSIS APRILIS.

De medica ſerenda et diſciplina eius. T i.
De inſerenda olea uel oleaſtro:de uineis et ſeminariis fodiendis : et inſerendis uitibus et agris humidis et pinguibus proſcindendis. T ii.
De hortis:in eo de caulibus:item de apio;de atriplice:de ocimo cũ diſciplinis ſuis item de melone cucumere porro cappari ſerpilo colocaſia lactucis beta cepullis coriandro intybis cucurbitis ac menta. T iii.
De pomis:in eo de zizifa cum diſciplina ſua:et aliis pomis:quoꝝ ſuis menſibus diſciplina deſcripta eſt. T iiii.

De oleo uiolaceo et uino. T. v.
De armẽtis:ĩ eo de uitulis nutriẽdis:de tonſuris et ſignaturis. T. vi.
De apibus:in eo de ueſtigãdis apibus et purgãdis alueariis. T. vii.
De horis. T. viii.

## MENSIS APRILIS.

### De medica ſerenda et diſciplina eius. T. i.

OC MENSE IN AREIS QVAS ANTE SI-
cut diximus prẹparaſti:medica ſerẽda ẽ. Quẹ ſimul ſerit̃:
et.x.annis pmanet:ita ut quater uel ſexies poſſit p ãnum
b recidi. Agrũ ſtercorat. Macra aĩalia reficit. Curat ẹgrota.
Iugeꝝ eius toto anno tribus equis abunde ſufficit. Sĩguli
cyathi ſeminis occupãt locũ latũ pedibꝫ ſex:longũ decẽ.
Sed mox ligneis raſtellis obruant̃ iacta ſemina:qa ſole ci-
tius cõburunt̃. Poſt ſationẽ ferro locũ tãgi nõ licet:ſed raſtris ligneis frequẽter
herba mũdet̃:ne tenerã medicã pmat. Prima meſſis eiꝰ tardiꝰ fiet:ut aliquãtũ
ſemẽ excutiat. Cẹterẹ uero meſſes q̃ uolueris cito pagant̃:et iumẽtis prẹbeãt̃
Sed primo parcius prẹbẽda ẽ nouitas pabuli:inflat enim et multũ ſanguinem
creat. Vbi ſecueris:ſẹpius riga. Poſt paucos dies:cũ frutificare cœpit: oẽs alias
herbas trũcato. ita et ſexies p ãnũ metis:et ãnis decẽ poterit manere cõtinuis.

### De inſerenda olea. T. ii.

Vnc locis temperatis oliua inſerat̃:quẹ inſeritur inter corticem more
n pomoꝝ:ſicut ſupra dictum eſt. Sed ut oleaſtro inſeras contra illud: ꝙ
ex oliueto inſito et caſu incenſo renaſcit̃ oleaſter infœlix:ſic puiden-
dum eſt. Poſitis prius oleaſtri brachiis in ſcrobe in qua diſponemus inſerere:
ſcrobes ita replebimus:ut mediẹ uacuẹ ſint. Cũ cõprehenderit oleaſter:inſere-
mus in infimo uel inſitum ponemus:et inſitionem ppe infra terrã nutriemus.
Deinde ſicut adoleſcit terram ſubinde colligimus. Ita cõmiſſura in pfundo la
tente quiſqs urit aut cẹdit:oliuẹ locum non aufert pullulãdi. Quẹ et apertam
redeundi fœlicitatem de olea:et occultam ualẽdi feracitatem de oleaſtri cõne-
xione retinebit. Aliqui oleas in radicibus inſerunt: et ubi comphenderint: cũ
aliqua parte radicis auellunt:et transferunt more plantaꝝ. Grẹci oleas ab octa-
uo calendas apriles die uſqꝫ in tertio nonas iulias inſeri debere prẹcipiũt. Ita ut
in locis frigidis ſerius:calidis maturius inſerãtur. Locis frigidiſſimis nunc ui-
neaꝝ foſſio ante idus pagẽda eſt:et ſiqua de martio mẽſe reſtabãt. Vites quoqꝫ
inſerimus. Seminaria quẹ ſunt ante facta:herbis liberent̃: et leuiter circũfodi-
antur. Nũc locis mediocriter ſiccis multũ miliũ ſerimus et panicũ. Hoc mẽſe
pingues cãpi et agri:qui diu aquam tenent:pſcindunt̃ poſt idus: cũ et omnes
herbas ptulerunt:et eaꝝ ſemina nondum maturitate firmata ſunt.

X

De hortis. T. iii.

Oc etiam menſe ultimo et ꝓpe uere tranſacto braſſicam ſerere poſſu/
h mus. quę cauli ſeruiet: quia quimę tempus amiſit. Nunc apium bene
ſerit᷑ locis calidis et frigidis terra quali uolueris: dũmodo humor ubi
aſſiduus eſt: q̃uis naſci ſi neceſſe fuerit et in ſiccitate non deneget. Et ꝓpe oĩbus
menſibus a primo uere ad autumnũ ſerat᷑ extremum. Ex ipſius genere eſt hy/
poſelinon durius tamẽ et auſterius: et heleoſolinon molli folio et caule tenero:
quod naſcit᷑ in lacunis: et petroſelinon maxime locis aſpis. Hęc omnia genera
poſſunt habere diligentes. Apios maiores facies: ſi ſemen quãtũ tribus digitis
cōp̄hendi poteſt: linteolo clauſeris rariore: et breui foſſa obrueris. Ita omniũ
ſeminum germen capitis unius ſoliditate nectetur. Criſpi fiunt: ſi ſemina ante
tundant᷑. Vel ſi ſuper areas naſcentes aliqua pondera uolutent᷑: aut pedibus ꝓ
culcent᷑ enata. Apii ſemina uetuſtiora citius naſcunt᷑: quę nouella ſunt: ſerius.
Hoc menſe atriplicem ſeremus: ſi rigare poterimus iulio uel cęteris uſq; ad au/
tumnũ mẽſibꝰ. Amat aſſiduo humore ſatiari. Semẽ ſtatim cũ ſpargit᷑: obruẽ/
dum eſt. Herbę ei ſubinde uellant᷑. Transferri neceſſariũ non eſt: cũ bene ſerit᷑.
Tamen poteſt melius adoleſcere: ſi ſpatio rariore pãgat᷑: et iuuet᷑ ſucco lętami/
nis et humoris. Ferro tamen reſcindendũ ſemp̱ eſt: quia ita pullulare nõ ceſſat.
Nunc ocimũ ſerit᷑: cito naſci dicit᷑: ſi ſtatim cũ ſerueris: aqua calida ꝑfundas.
Rem mirã de ocimo Martialis affirmat: ꝙ modo purpureos modo albos flo/
res modo roſeos pariat. et ſi ex eo ſemine frequenter ſeratur: modo in ſerpillum
modo in ſiſibrum mutet᷑. Hoc etiam menſe melones et cucumeres ſeruntur et
porrus: et primordio capparis et ſerpillum: et colocaſię plantaria ponemus: et
lactucas et betas et cepullas et coriãdrum ſeremus et ĩtyba ſecũda ſatione q̄bus
utamur ęſtate: et cucurbitas et mentam radice uel planta.

De pomis et zizifa. T. iiii.

Ocis calidis aprile mẽſe zizifum conſeremus: frigidis uero maio uel
l iunio. Amat loca calida aprica. Serit᷑ oſſibus et ſtipite et plãta. Creſcit
tardiſſime. Sed ſi plantam ponis: martio magis in terra molli. Si oſſi/
bus ſeras: ĩ ſcrobe palmari: ita ut terna grana ꝑ ſcrobem cacuminibus ponant᷑
inuerſis. Quibus in imo et in ſũmo affundat᷑ lętamen et cinis: et herbis ãnaſcẽ
tibus manu planta liberet᷑ erumpens. Cũ pollicis ſoliditati ſimilis fuerit: tranſ
feratur in locum paſtinatum uel in ſcrobem. Terram diligit non minus lętam:
ſed ꝓximam tenui atque ieiunę. Per hyemem ꝓdeſt illi: ut circa codicem la/
pidum cumulus aggerat᷑: qui ęſtate debet auferri. ſi arbor hęc triſtis eſt: ferrea
ſtrigili ſubraſa hilarior fiet. Vel ſi fimũ bubulum radicibus modice et frequẽ/
ter affundas. zizifa collecta matura in longo uaſe fictili ſeruãtur oblito et loco
ſicciore compoſito. Vel recens lecta poma ſi guttis uini ueteris perfundas: effi/
citur ne ea rugarum deformet attractio. Seruãtur etiam deciſa cum ramis ſuis
aut fronde ſua inuoluta atq; ſuſpenſa.

De pomis aliorum menſium. T. v.

h Oc etiam menſe locis temperatis mala granata ponuntur:ea ratione qua dictum eſt:et inſerunt̃. Nã circa calen.maias ꝑſicus ĩoculari poteſt:quo more emplaſtrat̃ ficus ſicut diximus:cũ de inſitione loqueremur. Hoc menſe calidis locis citri arbor inſerit̃:ſicut ſupra memoraui. Nunc locis frigidis fici plantaria diſponemus:ſeruantes eam quę ſupra dicta eſt:diſciplinam. Nũc etiam ficum debemus inſerere in ligno uel ſub cortice:ſicut ante pręcepi:et eam locis ſiccis inoculare. Nunc planta palmarum quam cephalonem uocamus:locis apricis et calidis eſt ponenda. Hoc menſe ſorbum poterimus inſerere in ſe in cydoneo in ſpina alba.

De oleo et uino uiolaceo. T. vi.

t Ot uiolę uncias ĩfundas:quot olei libras miſeris:et diebus.xl.ſub diuo habere debebis. Violę purgatę ut de rore nihil habeant libras quinq; uini ueteris.x.ſeſtariis debebis infundere: et poſt.xxx.dies.x.mellis ponderibus temperare.

De armentis. T. vii.

h Oc menſe uituli naſci ſolent:quoꝝ matres abundãtia pabuli iuuẽtur: ut ſufficere poſſint tributo laboris et lactis. Ipſis autem uitulis toſtum molitũ miliũ cũ lacte miſceat̃ ſaluiati more prębendũ. Nũc locis calidis tondant̃ oues:et ſerotini foetus hoc menſe ſignent̃. Nũc prima eſt admiſſura quę excellit arietũ:ut agnos iã maturos hibernũ tempus inueniat.

De apibus. T. viii.

h Oc mẽſe locis apricis apes quęremus. Sed loca mellifica indicãt apes: ſi circa fontes frequentiſſimę paſcant̃. Nam ſi rariores uidebuntur:in his locis mellificari utiliter nõ poteſt. Quod ſi frequẽtes aquãtur:ubi ſint examina earum:hoc genere poſſumus inuenire. Ac primo q̃ lõge ſint:exploremus:aut ꝓxime. Rubricam liquidam breui uaſculo ĩfuſam geramus : et obſeruemus fontes aut aquas uicinas. Tunc dorſa apum bibentium tãgamus illo liquore tincta feſticula:atq; ibidem moremur. Si cito reuerſę fuerint : quas tinximus:hoſpitia eaꝝ ꝓxima eẽ noſcemus:ſi tarde ſpatio lõgiore ſummota: quod ꝓ mora temporis extimamus. Ad ꝓxima facile uenies. Ad longinqua hoc genere ꝑduceris. Cannę unum internodium cum ſuis recidis articulis et ĩ latere aperies. Ibi mel exiguum uel defrutum mittis : et iuxta fontem pones. Cum ad eum conuenerint apes:atq; ingreſſę fuerint : poſt odorem foramẽ pollice claudis appoſito:et unam tantũ patieris exire:cuius fugã ꝑſequere. ea tibi partem demõſtrat hoſpitii. Cum ipſam coeperis non uidere:alteram continuo dimittis:et ſequeris. Ita ſingulę ſubindę dimiſſę te faciunt uſque ad locũ examinis ꝑuenire. Aliqui mellis breuiſſimũ circa aquam uaſculũ ponunt:de quo cũ apis aquã deguſtauerit:ad cõmune pabulũ ꝑgẽs:alias exhibebit. Quaꝝ frequẽtiã ſubinde creſcẽtẽ : notata reuolantiũ parte uſq; ad examina perſequeris.

Quod ſi eſt examen in ſpelũca reconditum:fumo eiicietur:et cum exierit ęris ſonitu territum in frutice uel in aliqua ſiluę ſe parte ſuſpẽdet:et ita admoto uaſculo recipietᷣ. Si uero in cauę arboris ramo fuerit:acutiſſima ſerra idem ramus ſupra infraq; deciſus et mũda ueſte cooptus poterit aufferri:et inter aluearia collocari. Veſtigãtur autem mane:ut tota dies ſufficiat ad ſequendum. Nã ueſpe pacto opere ad aquam plerũq; non redeunt. Vaſa autem quibus recipiunť pfricanda ſunt citreagine uel herbis ſuauibus:et conſpgenda imbre mellis exigui. Quod ſi uerno fiat:et circa fontes aluearia ſic tincta ponanť locis :quibus apũ frequentia eſt:multitudinem ſibi ſponte conducent: ſi tamen ſeruari a furibus poſſint. Hoc etiã men'e ſicut ſupra:purganda ſunt aluearia ſordibus:et necãdi papiliones:qui maxime habundant florentibus maluis : quos hoc genere intercipiemus. Vas ęneum miliario ſimile:id eſt altum et anguſtum ueſpere inter aluearia collocemus:et in fundo eius ponamus lumen accenſum. Illuc papiliones conuenient:et circa lumen uolitabunt:et anguſtia uaſculi ab igne proximo interire cogentur.

De horis. T. viiii.

h Vius menſis horę horis menſis ſeptembris ęquantur hoc genere.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Hora | .i. | pedes | .xxiiii. | Hora | .vii. | pedes | .v. |
| Hora | .ii. | pedes | .xiiii. | Hora | .viii. | pedes | .vii. |
| Hora | .iii. | pedes | .x. | Hora | .ix. | pedes | .x. |
| Hora | .iiii. | pedes | vi. | Hora | .x. | pedes | .xiiii. |
| Hora | .v. | pedes | .v. | Hora | .xi. | pedes | .xxiiii. |
| Hora | .vi. | pedes | .iiii. | | | | |

## PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI VIRI ILLVSTRIS DE RE RVSTICA LIBER .VI.

### TITVLI MENSIS MAII.

De panico et milio:de florentibus ſatis:de recidendo fœno. T. i.
De nouellę ſarmentis relinquendis et pampinandis uitibus. T. ii.
De proſcindendis et aperiendis nouis agris. T. iii.
De occandis uitibus arboribuſq; et rude cędenda:fodiendis ſeminariis putandis oleis:ac lupino uertendo. T. iiii.
De hortis:in eo de ſpatiis : de apio coriandro melone cucurbita carduo radice ruta. T. v.
De pomis:de flore mali punici:perſico implaſtrando:citro inſerẽdo:et ficu plãtanda uel inſerenda:de zizifa et palma plantandis. T. vi.
De armentis:in eo de caſtrandis bobus. T. vii.
De tunſuris ouium. T. viii. De apibus. T. x.
De caſeo faciendo. T. ix. De pauimẽtis et ſolariis. T. xi.

De lateribus faciendis T. xii.
De roſato. T. xiii.
De oleo liliaceo. T. xiiii.
De oleo roſeo. T. xv.
De rodondelli. T. xvi.
De roſis uiridibus ſeruandis. T. xvii.
De horis. T. xviii.

## MENSIS MAIVS.

De panico et milio: de florentibus ſatis: de recidendo fœno. T. i.

OCIS FRIGIDIS ET HVMECTIS PANIcum ſeremus et milium more quo dixi. Nũc omnia ꝓpe quę ſata ſunt: florẽt: neq; tangi a cultore debebũt. Florẽt autem ſic. Frumenta et hordeum et quę ſunt ſeminis ſingularis octo diebus florebunt. Et deinde ꝑ dies. xl. grandeſcent flore depoſito uſq; ad maturitatis euentum. Quę uero duplicis ſeminis ſũt: ſicut faba piſum cęteraq; legumina. xl. diebus florẽt: ſimulq; grãdeſcũt. Hoc mẽſe in locis ſiccis calidis ſiue maritimis fœna recidanť: prius tamen q̃ exareſcant. Quod ſi pluuiis infuſa fuerint: conuerti ante non debent: q̃ pars eoꝝ ſumma ſiccata eſt.

De nouellę ſarmentis relinquendis et pampinandis uitibus. T. ii.

Vnc cõſideremus nouellę uitis ſarmẽta quę ꝓtulit: et ei pauca et ſolida relinquamus: et amminiculis firmemus: donec brachia ꝓlata dureſcant. Non autem amplius reſectę et pullulanti uiticulę q̃ duę uel tres materię relinquanť: et alligenť propter iniuriam uenti. Ideo autem tres materias dixi debere dimitti: ne diſſipantibus uentis nulla remaneat: ſi ĩ primordio reliqueris pauciores. Hoc menſe pampinari cõueniet. Sed tũc eſt optima pãpinatio: cum teneri rami digitis ſtringẽtibus crepabũt ſine difficultate carpentis. Hęc res uuas efficit pinguiores: et maturitati cõſulit ſolis admiſſu.

De proſcindendis et aperiendis nouis agris. T. iii.

Vnc quoq; pingues agri et herboſi ꝓſcindantur. Sed ſi agros incultos uolueris aperire. Conſiderabis: ſiccus an humidus ſit ager: ſiluis aut gramine: frutetis ueſtitus aut filice. Si humidus erit: foſſaꝝ ductibus ex omni parte ſicceť. Sed apertę foſſę notę ſunt: cęcę uero hoc genere fiũt. Imprimuntur ſulci per agrum tranſuerſi altitudine pedũ ternum. Poſtea uſq; ad medietatem lapidibus minutis replentur aut glarea et ſuꝑ terra: quã egeſſeramus: ęquatur. Sed foſſatum capita unam patentem foſſam petant. ad quam decliues decurrant. Ita et humor deducetur: et agri ſpatia non peribũt. Si defuerint lapides: ſarmentis uel ſtramine ſubiecto cooperiantur: uel quibuſcũq; uirgultis. Sed ſi nemoroſus eſt: extirpatis aut raro relictis arboribus excolatur. Si lapidoſus per macerias ſaxoꝝ turba collecta et purgari poterit et inde muniri.

Iuncus et gramen et filices frequenti aratione uincentur. Sed filicem :ſi ſępe fa bam conferas uel lupinos:et ſi ſubinde naſcentem mucrone falcis ĩcidas :intra exiguum tempus abſumes.

De occandis uitibus arboribuſq;:et rude cędenda:fodiendis ſe/ minariis putandis oleis et lupino uertendo. T. iiii.

Oc menſe arbores et uites quę ablaqueatę fuerant occare:hoc eſt ope/
h rire iã conuenit. Nunc ad rudem faciendã ſilua cędat: quando omni fronde ueſtita eſt. Cędendi autẽ hic modus eſt:ut optimus operarius in alta ſilua modii ſpatium:mediocris uero tertia minus poſſit abſcidere. Nũc et ſeminaria fodiunt̃ aſſidue:et locis pergelidis et pluuioſis oleę putant̃: et eis muſcus abraditur. At ſiquis lupinum ſtercorandi agri cauſa ſeminabit :aratro illum nunc debebit euertere.

De hortis. T. v.

Ortoꝝ ſpatia quę p autumnũ ſeminibus implenda deſtinant̃ aut plã
h tis:nũc conueniet paſtinare. Hoc mẽſe apiũ bene ſerit̃: ſicut iam ante dictum eſt. Vel coriandrũ et melones et cucurbitę carduus et radices et ruta pangent̃. Porri quoq; planta transfert̃ ut rigationibus animetur.

De pomis. T. vi.

Ocis calidis nunc mala punica florere incipiũt. Ramus ergo cũ flore
l (ſicut Martialis dicit) ſi obruto circa arborem fictili uaſe claudatur: et ne reſiliat ligetur ad palum:pro uaſculi magnitudine pomum red/ dit autumno. Hoc etiam menſe locis calidis emplaſtrari perſicus poteſt. Locis frigidis nunc citri arbor inſeritur: ut ea quę dicta eſt diſciplina ſeruetur. Nunc frigidis locis zizifum conſeremus et ficum:uel inſerimus. Hoc etiam menſe palmę planta inſeritur.

De armentis:in eo de caſtrandis bobus. T. vii.

Vnc caſtrandi ſunt uituli:ſicut Mago dicit:tenera ętate:ut fiſſa ferula
n teſticuli comprimantur:et paulatim confracti reſoluantur. Sed hoc lu na decreſcente uerno uel autumno fieri debere pręcepit. Alii ligato ad machinam uitulo:duabus anguſtis regulis ſtagneis ſicut forcipibus ipſos ner/ uos app̃hendũt:qui gręce κρεμαστῆρες dicunt̃. His cõp̃henſis tentos teſti culos ferro reſecant:et ita reciduntur:ut aliquid de his capitibus neruorum ſuoꝝ dimittatur hęrere. Quę res et ſanguinis nimietatem prohibet:et non omnino iuuencos ſubducto robore uirilitatis effœminat. Nec admittendum eſt :quod pleriq; faciunt:ut ſtatim caſtratos coire cõpellant:nam certum eſt ab eis gene/ rari:ſed ipſos fluxu ſanguinis interire. Vulnera uero caſtraturę cinere ſarmen/ torum et ſpuma linentur argenti. Caſtratus abſtineatur a potu : et cibis paſcat̃ exiguis:ac ſequenti triduo prębeantur ei tenerę arborum ſummitates et frute/ ta mollia:et herbę uiridis coma dulciore ſagina roris aut fluminis. Pice etiam liqda mixto cinere et modico oleo poſt triduũ uulnera diligẽter ungẽda ſunt.

Sed melius genus caſtrationis ſequẽs uſus inuenit. Alligato enim iuuẽco atq; deiecto teſticuli ſtricta pelle claudunť: atq; ibi lignea regula p̃mẽte ꝺciduntur: ignitis ſecuribus uel dolabris. Vel quod eſt melius: formato ad hoc feramẽto ut gladii ſimilitudinẽ teneat. Ita enim circa ipſam regulam ferri acies ardentis imprimitur: unoq; ictu et moram doloris beneficio celeritatis abſumit: et uſtis uenis ac pellibus a fluxu ſanguinis ſtrictis: plagam cicatrix quodãmodo cum ipſo uulnere nata defendit.

De tonſuris ouium. T. viii.

Ocis temperatis nunc ouium celebranda tonſura eſt. Sed tonſas oues
l hoc unguine medicemus. Succum decocti lupini fęces uini ueteris et amurcam pari menſura miſcebis: et in unum corpus oĩa reddacta curabis adlinire. Poſt triduũ deinde ſi mare uicinũ eſt: littori mergãtur extremo. Si in mediis terris paſcimus: aqua cęleſtis cum ſale paululũ decocta ſub diuo debebit pecoꝝ tonſa et uncta mẽbra diluere. Hoc enim modo curatur pecus toto anno: nec ſcabrum fieri dicitur: et ꝓlixas lanas creare fertur ac molles.

De caſeo faciendo. T. ix.

Oc mẽſe caſeũ coagulabimꝰ ſincero lacte coagulis uel agni uel hędi:
h Vel pellicula quę ſolet pulloꝝ uentribus adhęrere: uel agreſtis cardui floribus. Vel lacte ficulno. Cui ſerum debet omne deduci: ut et ponderibus urgeať. Vbi ſolidari cœperit: loco opaco ponať aut frigido: et p̃ſſus ſubinde adiectis ꝓ acqſita ſoliditate põderibus: trito ac torrefacto ſale debet aſpgi: et iam durior uehementius p̃mi. Poſt aliquos dies ſolidatę iã formulę p crates iam ſtatuanť: ne inuicem ſe unaquęq; contingat. Sit autẽ loco clauſo et a uẽtis remoto: ut teneritudinem ſeruet: atq; pinguedinẽ. Vitia caſei ſunt: ſi aut ſiccus ſit: aut fiſtuloſus. Quod eueniet: aut ſi parum premātur: aut ſales nimios accipiat: aut calore ſolis uratur. In recenti caſeo conficiendo aliqui nucleos uirides pineos terunt: atq; ita mixto lacte gelant. Aliqui thymum tritum et frequẽter colatum congelant. Qualẽcũq; etiam ſaporem uelis efficere poteris: adiecto qđ elegeris condimento: ſeu piperis ſeu cuiuſcũq; condimenti.

De apibus. T. x.

Oc menſe incipiunt augeri examina: et in extremis fauoꝝ partibus
h maiores creanť apiculę: quas aliqui reges putant. Sed gręci cio-rpoc appellant: et necari iubent: quia requiem concutiunt quieſcentis examinis. Nunc papiliones abundant: quos necemus: more quo dixi.

De pauimentis et ſolariis. T. xi.

Vnc circa extremũ mẽſẽ pauimẽta ĩ ſolariis fiũt. Quę ĩ frigidis regio
n. nibꝯ et ubi pruinę ſũt: glacie ſuſpẽdunť: et peũt. Sed ſi hoc placuerit: ſternemꝰ duplices ordĩes tabulaꝝ trãſuerſos atq; directos: et paleã uel filicẽ ſupra cõſtituemꝰ: et ęq̃liter ęq̃bimꝰ ſaxo: qđ manũ poſſit ĩpleř. Pedaneũ ſup rudus ĩducimꝰ: et aſſiduo uecte dẽſamꝰ. Tũc añq̃ rudus ſiccet: bipedaſ quę

per omnia latera canaliculos habeant digitales iungemus:ita ut calce uiua ex oleo temperata bipedaſq; canales qui inter ſe connectendi ſunt:impleanť.et eaſq; coniunctione rudus omne cooperiať. Nam ſiccata omnis materia unũ corpus efficiet:et nullum tranſmittet humorem. Poſtea ſex digitoꝝ teſtaceum ſuper/ fundimus:et frequenter uirgis uerberabimus:ne nimis poſſit aperiri. Tũc teſſel las latiores uel tabellas qualeſcunq; marmoreas aut paginas imprimemus. Et hanc conſtructionem res nulla uitiabit.

De lateribus faciendis. T. xii.

Oc menſe lateres faciẽdi ſunt ex terra alba uel creta uel rubrica. Nam

h qui ęſtate fiunt:celeritate feruoris in ſumma cute ſiccãtur interius hu more ſeruato. Q ue res ſciſſuris eos faciet aperiri. Fiunt autem ſic. Ter ra creta diligenter et omni aſperitate purgata mixta cum paleis diu maturabiť et intra formam lateri ſimilem reprimeť. Tunc ad ſiccandum relicta : ſubinde uerſabiť ad ſolis aſpectum. Sint uero longitudine pedum duorum:latitudine unius:altitudine quattuor unciarum.

De roſato. T xiii.

q Viſq; libras roſę pridie purgatę:ĩ uini ueteris.x.ſeſtarios mergis:poſt xxx.dies.x.diſpumati mellis libras adiicies:et uteris.

De oleo liliaceo. T xiiii.

p Et olei libras ſingulas dena lilia curabis infundere:et uas uitreum.xl. diebus locare ſub diuo.

De oleo roſeo. T. xv.

i N olei libras ſingulas roſę purgatę ſingulas uncias mittis:et.vii.die/ bus in ſole ſuſpendis et luna.

De rodomelli. T. xvi.

i N ſucci roſę ſeſtariis ſingulis libras ſingulas mellis admiſces : et die/ bus.xl.ſub ſole ſuſpendis.

De roſis uiridibus ſeruandis. T. xvii.

r Oſas nondum patefactas ſeruabis:ſi in canna uiridi ſtante fiſſa reclu/ das ita:ut fiſſuram coire patiaris. Et eo tempore cannam recidas :quo roſas uirides habere uolueris. Aliqui olla rudi cõditas ac bene muni/ tas ſub diuo obruunt:ac reſeruant.

De horis. T. xviii.

i N horarum menſuris maius reſpondet auguſto.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Hora | .i. | pedes | .xxiii. | Hora | .vii. | pedes | .iiii. |
| Hora | .ii. | pedes | .xiii. | Hora | .viii. | pedes | .vi. |
| Hora | .iii. | pedes | .ix. | Hora | .ix. | pedes | .ix. |
| Hora | .iiii. | pedes | vi. | Hora | .x. | pedes | .xiii. |
| Hora | .v. | pedes | .iiii. | Hora | .xi. | pedes | .xxiii. |
| Hora | .vi. | pedes | .iii. | | | | |

# PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI VIRI ILLV-STRIS DE RE RVSTICA LIBER .VII.

## TITVLI MENSIS IVNII.

De area paranda. T. i.
De meſſibus. T. ii.
De agris proſcindendis : de uineis occandis fodiendis uicia fœnogręco lenti-
cula faba lupino colligendis. T iii.
De hortis:ī eo de braſſica apio betis radicibus lactucis coriādro. T. iiii.
De pomis:in eo de flore punici:de piro:de malo zizifo:de fico : de implaſtra-
tione. T. v.
De armentis:in eo de caſtratura:de caſeo:de tonſuris. T. vi.
De apibus:in eo de legendo et conficiendo melle uel cęra: de ſeruandis exami-
nibus et ſignis eoꝝ et regibus: de inopia examinū ſupplenda. T. vii.
De pauimentis et latere. T. viii.
Qualiter fructuum uenturoꝝ experimenta ſumantur. T. ix.
De oleo camamileo. T. x.
De oenanthe. T. xi.
De alphica. T. xii. De horis. T. xiii.

## MENSIS IVNIVS.

### De area paranda. T. i.

OC MENSE AREA PARANDA EST AD
trituram:cuius primo terra radatur. Deinde effoſſa leuiter
mixtis paleis et amurca ęquat̃ īſulſa. Quę res a muribus
h et formicis frumēta defendit. Tūc p̃menda eſt rotundo la
pide uel columnę quocūq; fragmēto:cuius uolutatio poſ
ſit eius ſpatia ſolidare. Dehinc ſole ſiccet̃. Aliqui mūdatis
areis aquā ſpargūt:et minuta ibi pecora diu ſpatiari ac ꝑ-
culcare cōpellunt. Et cū terra ungulis ſtricta fuerit:ſpectant ſolidā ſiccitatem.

### De meſſibus. T. ii.

Vnc primo hordei meſſis incipitur:quę conſumanda eſt:anteq̃ grana
n arefactis ſpicis lapſa decurrāt:quia nullis ſicut triticum folliculis ue-
ſtiunt̃. Quīq; modios recidere pōt pleni agri opa una meſſoris expti:
mediocris uero tres:ultimi etiam minus. Sed hordei culmos iacere in agris ali
quantulū ſinamus:quia fert̃ hoc more grandeſcere. Nūc etiā menſe poſtremo
locis maritimis et calidioribus ac ſiccis tritici meſſis abſcidit̃. Quam paratam
eſſe cognoſces:ſi ęqualiter ſpicaꝝ populus maturato robore flaueſcat. Pars gal
liarum planior hoc compendio utitur ad metendum:et p̃ter hominum labo-
res unius bouis opera ſpatiū totius meſſis abſumit. Fit itaq; uehiculum quod

duabus rotis breuibus fertur:huius quadrata ſuperficies tabulis:quę foriſecus
reclines in ſũmo reddant ſpatia largiora. Ab eius fronte carpẽti breuior ẽ altitu
do tabulaꝝ. Ibi dẽticuli plurimi ac rari ad ſpicaꝝ mẽſurá cõſtituũtur í ordinẽ
ad ſupiorẽ ptẽ recurui. A tergo uero eiuſdẽ uehiculi duo breuiſſimi temones fi
gurãtur:uelut amites baſtemaꝝ. Ibi bos capite in uehiculũ uerſo iugo aptat̃ et
uinculis:mãſuetus ſane qui nõ modũ cõpulſoris excedat. Hic ubi uehiculũ ꝑ
meſſes cœpit ípellere:oĩs ſpica in carpentũ dẽticulis cõp̃henſa cumulat̃ abrup/
tis ac relictis paleis:altitudinẽ uel humilitatẽ pleꝝq; bubulco moderãte q ſeqͣ
et ita ꝑ paucos itus ac reditus breui horaꝝ ſpatia tota meſſis íplet̃. Hoc cãpe/
ſtribꝫ locis uel ęq̃libus utile ẽ:et his qbus neceſſaria palea nõ habet̃.

De agris ꝓſcindẽdis:de uineis occãdis fodiẽdis uicia fœnogreco recolligendis. T. iii.

Vnc frigidiſſimis locis quę maio ſũt ꝑ̄termiſſa faciemꝰ. Agros ęque
n ꝓſcídemuſ. Herboſiſ et gelidiſ partibꝫ uineta occabimꝰ. Colligemus
uiciá:fœnũgręcũ reſecamuſ ad pabulũ. Hoc mẽſe lociſ frigidiſ pagen
da eſt leguminũ meſſiſ. Itaq; lenticulá collectá cineri mixtá bene ſeruabimus.
Vel uaſiſ oleariiſ aut ſalſamẽtariiſ repletiſ ſtatiq; gypſatiſ. Nũc et faba luna mi/
nuẽte uellet̃. Ante lucẽ ſane et anteq̃ luna ꝓcedat excuſſa et refrigerata ponat̃.
Ita curculioneſ nõ patiet̃ ífeſtoſ. Hoc mẽſe lupinuſ colligit̃:et ſi placuerit ſtatĩ
ſeret̃ ex area. Sed lõge ab hũore ẽ ponẽduſ í horreiſ.ſic.n.diutiſſime cuſtodit̃:
maxíe ſi granaria eiꝰ afflauerit fumuſ aſſiduuſ.

De hortiſ. T. iiii.

Oc mẽſe circa ſolſtitiũ braſſicá ſeremuſ:quá inchoãte tráſferemuſ au/
h guſto uel irriguo loco:uel pluuia initiante madefacto. Apiũ quoq; be
ne ſerere poterimꝰ:betas et radices et lactucas et coriádrũ ſi rigemus.

De pomis. T. v.

Oc etiá menſe ramus punici:ſicut ſupra diximus :poterit intra fictile
h uaſculũ claudi ut ad eius magnitudinẽ poma reſtituat. Nunc pira uel
mala:ubi ramos multa poma denſabunt:interlegenda ſunt quęcũq;
uitioſa:ut ſuccus qui ingrate his poſſet impendi:ad meliora uertat̃. In hoc etiá
menſe locis frigidis zizifum ſerere poterimus. Nũc caprificandę ſunt arbores
fici:ſicut in eius narrauimus diſciplina. Aliq eas et hoc mẽſe inſerũt. Locis fri/
gidis ꝑſicus inoculat̃:palmę plãta circũfodit̃. Hoc mẽſe uel iulio celebrat̃:íſi/
tio í pomis:quę íplaſtratio dicit̃. Solis arboribꝫ cõuenit:qbus pinguis ſuccus
ĩ cortice eſt:ut ficis et oleis ac ſimilibus:ut Martialis dicit:et ꝑſico. Fit autẽ ſic.
Ex nouellis ramis et nitidis ac feracibus gẽmam:quę bene apparebit ſine du/
bio ꝓceſſura:duobꝫ digitis quadratis circũſignabis : ut ip̃a ſtatuat̃ í medio:et
ita ſubtiliter corticẽ leuabis acutiſſimo ſcalpro:ne gẽma lędat̃. Itẽ ex ea arbore
cui uelimus ĩnſerere:ſimiliter cũ gẽma tollet̃ emplaſtrum nitido tamen atque
uberi loco. Tunc ibi cõuenienter aſtrígitur:et preſſum circa gemmam uinculis
cogitur ſine germinis lęſione cohererere:ut ea quę appoſite reddit̃:locum gem/

mę prioris includat. Tunc luto ſup plinis: et liberam gemmā relīques. Ramos ſupiores ei⁹ arboris ſecabis ac ſtirpes: ac. xx. uno diebꝫ exactis reſoluto uimine uiculoꝝ repies externi ſeminis gēmā mire ī arboris alienę mēbra tranſire.

De armētis: in eo de caſtratura: de caſeo: de tonſuris. T. vi.

h Oc etiam menſe uituli recte: ut dictum eſt ante caſtrātur. Nunc etiam caſeum iure conficimus: et oues in frigida regione tondemus.

De apibus aluearíis et reliquis. T. vii.

Oc menſe aluearia caſtrabuntur: quę matura eſſe ad mellis redactum

h ſignis pluribus inſtruemur. Primū ſi plena ſunt: apū ſubtile murmur audimus. Nā uacuę ſedes fauoꝝ uelut cōcaua ędificia uoces quas acceperint: in maius extollunt. Quare cū murmuris ſonus magnus et raucus ē: agnoſcimus non eſſe idoneas ad metendū crates fauoꝝ. Itē cū fucos a ſedibus ſuis: qui ſunt apes maiores: grādi intentione pturbant: matura mella teſtanť. Caſtrabunť aūt aluearia matutinis horiſ: cū torpēt apes: nec caloribus aſpanť. Fumus admoueť ex galbano et arido fimo bubulo: quē ī pultario factis carbonibus cōuenit excitare. Quod uas ita figuratū ſit: ut uelut inuerſi infundibuli anguſto ore fumū poſſit emittere: atq; ita cedētibꝫ apibus mella recidenť. Ad examinis pabulū hoc tpe ps fauoꝝ debet qnta dimitti. Sane putres ac uitioſi faui de aluearíis auferātur. Nūc mella cōficimus cōgeſtis in mundiſſimū ſabanū fauis ac diligēter expſſis. Sed anteq̄ pmamus: ptes fauoꝝ corruptas uel pullos habētes recidemus. Nā malo ſapore mella corrūpūt. Mel recens paucis diebus aptis uaſculis habendū eſt: atq; ī ſūmitate purgandū: donec refrigerato muſti calore deferueat. Nobilius mel erit: qđ ante expſſionē ſecūdā uelut ſpōte pfluxerit. Hoc ēt mēſe cerā cōficimus: quę ī uaſe ęneo feruēti aqua pleno minute conciſis fauoꝝ reliquiis mollieť: et deinde ī aliis uaſculis ſine aqua reſoluta digereť ī formas. Nūc ſed mēſe ultimo noua egrediuntur examina. Cuſtos eſſe debebit attētus: qa nouellę apes uagātibus animis iuuētute: niſi ſeruentur effugiūt. Exeūtia ī aditu ſuo moranť uno aut duobus diebus: quę ſtatī nouis aluearíis excipiēda ſūt. Obſeruabit aūt cuſtos aſſiduus uſq; ī octauā uel nonā horā: qa poſt hęc tpa nō facile fugeť aut emigrare cōſueuerūt: quis aliquę ſtatī et pcedere et abire nō dubitēt. Signa futurę fugę hęc ſunt. Ante biduū uel triduū acri⁹ tumultuanť et murmurāt. Quod ubi appoſita frequēter aure explorator agnouerit: ſolicitior aduerſū hęc eē debebit. Solēt hęc ſigna et cū pugnaturę ſunt facere. Quaꝝ pugnā cōpeſcit puluis aut mulſę aquę imber aſperſus. Ineſt illis ad originis ſuę reparādā cōcordiā dulcis auctoritas. Sed cū ſe agmina ſic pacata ī ramo aut loco quocūq; ſuſpēderint: ſi unius uberis eductione pēdebūt: noris aut unū regē eſſe uniuerſis: aut recōciliatis oībꝫ manere cōcordiā. Si uero duo uel plura ubera ſuſpēdens ſe populus imitať: et diſcordes ſunt: et tot reges eē quot uelut ubera uideris cōfiteť. Vbi globos apiū frequentiores uidris: uncta māu ſucco meliſphylli uel apū reges reqras. Sūt āt paulo maiores

et oblõgę magis q̃ cęterę apes:rectioribꝫ cruribꝫ neq; grãdibus pẽnis pulchri coloris et nitidi:lenes ſine pilo niſi forte pleniores:quaſi capillũ gerunt ĩ uẽtre: quo tamen non utũtur ad uulnus. Sunt alii fuſci atq; hirſuti:quos oportet ex/ tingui:et pulchriorẽ reliqui.qui ſi frequẽter uagatᷣ cũ examinibꝫ: exẽptis alis reſeruetᷣ. Hoc.n.manẽre nulla diſceder. Sed ſi nulla naſcantᷣ examina:duorum uel triũ multitudinẽ uaſculoꝝ ĩ unũ cõferre poſſumus:dulci tamen liquore cõ ſperſas apes atq; ĩcluſas p triduũ tenebimus appoſito cibo mellis et exigua rã/ tũ ſpiracula relinquemus ĩ cella. Quod ſi uelis aluea riũ:cui p aliquã peſtẽ mul titudo ſubducta eſt:populi adiectione reparare:cõſiderabis ĩ aliis abũdantibus cęras fauoꝝ et extremitates:quę pullos habẽt:et ubi ſignũ naſciturí regis ĩue/ neris:cũ ſobole ſua recides:et ĩ id alueariũ pones. Eſt ãt hoc futuri regis ſignũ. Inter cętera foramina quę pullos continent:unũ maius ac longius uelut uber apparet. Sed rũc trãſferẽdi ſũt:quãdo e roſis coopculis ad naſcẽdũ maturi ca/ pita nitũtur exerere.nã ſi ĩmaturos trãſtuleris interibũt. Si autẽ ſe ſubirũ leua/ bit examen:ſtrepitu ęris terreatᷣ aut teſtulę. Tũc ad alueariũ redibit:aut in pxi ma fronde pẽdebit:et inde ĩ nouũ uas herbis cõſuetis et melle cõſperſũ manu attrahatᷣ aut trula:et cũ in eo loco requieuerit:ueſpere inter alia collocetᷣ.

De pauimẽtis et latere. T. viii.

h Oc etiã mẽſe pauimẽta faciemus ſub diuo:et lateres more quo dixi.

Qualiter fructuũ uenturoꝝ expimenta ſumãtur. T. ix.

Ręci aſſerũt ęgyptios hoc more ꝑuentum cuiuſq; ſeminis experiri.

g Aream breuem loco ſubacto et humido nunc excolũt:et in ea diuiſis ſpatiis oĩa frumẽti uel laguminũ ſemina ſpargũt. Deinde in ortu ca/ niculę:qui apud romanos quartodecimo calen.augu.die tenetᷣ:explorant quę ſemina ortũ ſydus exurat:quę illęſa cuſtodiat. His abſtinẽt:illa ꝑcurãt:qa in/ diciũ noxę aut beneficii p ãnũ futuꝝ generi unicuiq; ſydus aridũ p̃ſenti exitio uel ſalute p̃miſit.

De oleo camomilleo. T. x.

Et olei libras ſingulas camomillę herbę florentis auream medietatẽ

p proiectis albis foliis:quibus flos ambitᷣ:unciaꝝ ſingularum pondus infundis:et.lx.diebus in ſole conſtitues.

De oęnanthe. T. xi.

Iluestres uuas: cũ florent:ſine rore colligimus:et expãdimus in ſole:

ſ ne qd reſtet humoris:et flos ad excutiẽdũ ſiccior apparetᷣ. Tũc cribel lo ſpiſſo cernimus:ut grana nõ trãſeãt:ſed flos ſolus decidat. Hũc in melle ſeruamus ĩfuſo. Et cũ diebꝫ.xxx.fuerit cõditũ:tẽpamus genere et more quo roſatũ moris eſt tẽperare.

De alica. T. xii.

Ordeũ ſemimaturũ cui adhuc ſuperẽ aliquid de uirore p manipulos

h ligabis et torebis ĩ fumo:ut facile mola poſſit ĩfringi:et ĩ modio uno ſalis aliq̃tũ:dum molitᷣ:miſcere curabis ac ſeruas.

De horis. T. xiii.

i Vnius ac iulius horarum ſibi ęqua ſpatia contulerunt.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Hora | .i. | pedes | .xxii. | Hora | .vii. | pedes | .iii. |
| Hora | .ii. | pedes | .xii. | Hora | .viii. | pedes | .v. |
| Hora | .iii. | pedes | .viii. | Hora | .ix. | pedes | .viii. |
| Hora | .iiii. | pedes | .v. | Hora | .x. | pedes | .xii. |
| Hora | .v. | pedes | .iii. | Hora | .xi. | pedes | .xxiii. |
| Hora | .vi. | pedes | .ii. | | | | |

## PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI VIRI ILLV/ STRIS DE RE RVSTICA LIBER .VIII.
## TITVLI MENSIS IVLII.

De iterandis agris: de meſſe triticea: de extirpádis uepribus et filectis: de arbo/ribus operiendis puluerandis nouellis. T i.
De hortis: in eo đ cepullis radicibus arriplice ocimo malua beta lactuca porro: item napis et rapis cum diſciplina ſua. T. ii.
De pomis in eo de íplaſtratione: de piro malo citreo ficu palma. T. iii.
De arméris et gregibus in eo: de admittédis tauris et arietibus. T. iiii.
De extirpádo gramine. T. v.
De uino ſcyllite. T. vi.
De ydromelli. T. vii.
De aceto ſcyllitico. T. viii.
De ſinapi. T. ix.
De horis. T. x.

## MENSIS IVLIVS.

De iterandis agris: de meſſe triticea: de extirpandis uepribus et filectis: de arboribus operiendis nouellis. T. i.

OC MENSE AGRI QVI APRILI PRO/ſciſſi fuerant: circa calendas iterentur. Nũc locis tempera tis tritici meſſis explet᷑: more quo dictũ ẽ. Silueſtres agri
h utilime extirpabũtur arboribꝰ atq; uirgultis: cũ luna de/creſcit: deſectis radicibus atq; cõbuſtis. Hoc mẽſe arbores quę í meſſe ſteterãt: ſectis meſſibus obruãtur aggeſtione terrarũ pp nimios ſolis ardores. Opera una. xx. maximas obruet. Nũc et nouellę uites mane et ueſpere iã calore depoſito effodi debẽt: et auerſo gramine puluerari. Hoc mẽſe utiliter uel ante caniculares dies filices ex/ſtirpabis et caricẽ.

De hortis. T. ii.

Oc etiã mẽſe cepullas ſerimus irriguis aut frigidis locis: radicẽ et atri/
h plicẽ ſi rigare poſſumus: et ocimũ: maluas: betas: lactucas: et porros ri gãdos. Hoc mẽſe loco irriguo napos ſerẽmus et rapa ſolo puro et ſo/

luto nec ſpiſſo. locis humidis lętantur et campis. Sed napus in ſicco et ꝓpe tenui atq; deuexo et ſabuloſo melior naſcit᷑. Loci ꝓprietas utrūq; ſemen in alterꝝ mutat. Nā rapa ī alio ſolo ꝑ biēniū ſata mutat᷑ ī napos: alio uero napus trāſit ī rapā. Subactū ſolū ſtercoratū uerſatūq; cōquirūt: qđ et ipſis et ſegetibus ꝓderit: quę ibi āno eodē ſerunt᷑. iugero rapoꝝ q̄ttuor ſeſtaria: napi aūt quīq; ſufficiūt. Si ſpiſſa ſunt: interuelles aliqua: ut cętera roborent᷑. Vt uero ſemina maiora reddigant᷑: eruta rapa foliis oībus purgas: et ad dimidii digiti craſſitudinē ī caule ſuccides. Tūc ī ſulcis diligēter ſubactis: octonis digitis ſeparata obrues: et inuicis terrā et calcabis: ita magna naſcent᷑.

De pomis. T. iii.

Oc etiā menſe īplaſtratio celebrari pōt: ſicut ante demōſtraui: et pirus
h uel malus locis humidis: nūc īſita me explorāte ꝓceſſit. Hoc ēt mēſe ī pomis ſerotinis: quę ubertate nimia ramos onerauerūt (ſicut ꝑdixi) interlegēda ſūt: ſiq̄ uirioſa repperis: ut arboris ſuccū uertamus ad melioꝝ nutrimēta pomoꝝ. Nūc etiā taleā loco irriguo frigidis regiōibꝰ me plātaſſe memini: et quotidiāis animaſſe liquoribꝰ: quę et naſcēdo et afferēdo uotū fœlicitatis ęquauit. Hoc tꝑe locis humidis inoculari ficus et inſeri citreū pōt. Mēſe iā medio palmę plāta circūfodi. Nūc locis tēpatis amygdala matura ſūt ad legēdū.

De armentis. T. iiii.

Oc tēpore maxīe tauris ſubmittēdę ſūt uaccę: qa decē mēſiū partus
h ſic poterit maturo uere cōcludi: et certū ē eas poſt uernā pīguedinem geſtiētes ueneris amare laſciuiā. Vni tauro. xv. uaccas Columella aſſerit poſſe ſufficere: curādūq; ne cōcipe nequeāt nimietate pīguedinis. Si abūdātia pabuli ē in regiōe qua paſcimus: pōt ānis oībus ī fœturā uacca ſubmitti. Si uero īdiget᷑ hoc genere: alternis tꝑibꝰ onerādę ſunt: maximeq; ſi eędem uaccę alicui opi ſeruire cōſueuerūt. Hoc mēſe arietes cādidiſſimi eligēdi et admittendi ſunt mollibus lanis: ī qbꝰ nō ſolū corporis cādor cōſiderādus ē ſed etiā lingua: quę ſi maculis fuſcabit᷑ uarietatē reddit ī ſobole. De albo pleꝝq; naſcit᷑ coloris alterius. De fuſcis nūq̄ (ſicut Columella dicit) pōt albꝰ creari. Eligemus arietem altū ꝓceꝝ uētre ꝓmiſſo et lanis cādidis tecto: cauda lōgiſſima: uelleris denſi: frōte lata: magnis teſtibꝰ: ętatis primę. q tamen uſq; ī octo ānos pōt utiliter inire. Fœmīa bima debet ſubmitti quę uſq; ī quīquēniū fœturę neceſſaria eſt: āno ſeptimo deficit. Eligēda ē uaſti corporis et ꝓlixi uelleris ac molliſſimi: lanoſi et magni uteri. Sed ꝓuidēdū eſt ī hoc gener: ut pabuli ubertate ſaturet᷑: et lōge paſcat᷑ a ſentibus: q et lanā minuūt et corpus incidūt. Admittēdi ſunt mēſe iulio: ut nati ante hyemē cōualeſcāt. Ariſtotiles aſſerit: ſi maſculos plures creari uelis: admiſſurę tēpore ſiccos dies. et halitū ſeptētrionis eligendū: et cōtra eum uentū greges eſſe paſcēdos. Si fœminas generari uelis: auſtri captādos flatus: et ī eū paſcua dirigēda. ac ſic ineundas matres ut mortuaꝝ uel uirioſaꝝ numerus nouella ſobole reparet᷑: Autumno debiles queq; ꝓcio mutent᷑: ne eas imbecillas hibernū frigus abſumat. Aliqui duobus ante mēſibus arietes a coi/

tu reuocant: ut facem libidinis augeat dilatio uoluptatis. Quidam coire ſine diſcretione pmittunt: ut hoc eis genere per annum totum foetura non deſit.

De extirpando gramine. T. v.

Oc mēſe: cū ſol cancri tenebit hoſpitiū: luna ſexta in capricorni ſigno
h poſita gramen ablatū gręci aſſerūt nihil de radicibus reddituꝝ. Item
ſi bidentes cyprei fiant: et ſanguine tingant hircino: et poſt fornacis ardores non aqua ſed eodē ſanguine tēperentur: p eos erutū gramē extingui.

De uino ſcyllite. T. vi.

Oc menſe uinū ſcyllite ſic facimus. Scyllā de mōtanis aut maritimis
h locis ſub ortu caniculaꝝ pcul a ſole ſiccamus. Ex hac in uini ampho/
ra unius librę mēſurā mittimus: inciſis ante tamen ſupfluis et abiec/tis foliis qbus ps extrema uallat. Quidā uelamina ipa filo iſerta ſuſpendūt: ut uino īfuſa mergātur: et nō admixta fęcibꝰ poſt. xl. dieꝝ ſpatiū ſerta: quę appē/ſa ſūt: auferātur. Hoc uini genus tuſſi reſiſtet: uētrē purgabit: flegma diſſoluet: ſpleneticis pderit: acumē pſtabit oculoꝝ: cōcitabit digeſtionis auxilia.

De ydromelli. T. vii.

Ncohātibus canicularibꝰ diebus aquā purā pridie ſumis ex fonte. In
i tribus aquę ſeſtariis unū ſeſtariū nō diſpumati mellis admiſces: ac di
ligēter p cartenarias diuiſū. v. horaꝝ ſpatio cōtinuo p inueſtes pueros curabis agitare uaſa ipa cōcutiēs. Tūc. xl. diebꝰ ac noctibꝰ patieris eē ſub cęlo.

De uino ſcyllitico. T. viii.

Quyllę albę crudę piectis duris atq; extrinſecus poſitis oībus tenerā
ſ medietatem ad librā et ſex uncias p minutas partes recides: et in aceti
acerrimi. xii. ſeſtariis merges uas ſignatum: et. xl. diebus patieris eſſe ſub ſole. Poſt abiecta ſquylla acetū diligentius excolabis: et in bene picata uaſa tranſfundes. Aliud acetum digeſtioni et ſaluti accomodum. ſquyllę dragmas octo: aceti ſeſtarios. xxx. mittis in uaſculo: et piperis unciam unam: mente et caſię aliquantum: et poſt tempus uteris.

De ſynapi. T. ix.

Ynapis ſemen admodū ſeſtarii unius et ſemiciculi reddigere curabis
ſ in puluerē: mellis pondo. v. olei hiſpani unam libram: aceti acris unū
ſeſtarium miſces: et tritis omnibus diligenter uteris.

De horis. T. x.

i Vlii et iunii horas par menſurarum libra compoſuit.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Hora | .i. | pedes | .xxii. | Hora | .vii. | pedes | .iii. |
| Hora | .ii. | pedes | .xii. | Hora | .viii. | pedes | .v. |
| Hora | .iii. | pedes | .viii. | Hora | .ix. | pedes | .viii. |
| Hora | .iiii. | pedes | .v. | Hora | .x. | pedes | .xii. |
| Hora | .v. | pedes | .iii. | Hora | .xi. | pedes | .xxii. |
| Hora | .vi. | pedes | .ii. | | | | |

# PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI VIRI ILLVSTRIS DE RE RVSTICA LIBER .IX.

## TITVLI MENSIS AVGVSTI.


De agris exilibus arandis: de apparanda uindemia: de occatione uinearum locis frigidis. T. i.

De exili et misera uinea reficienda. T. ii.

De pampinandis et obumbrandis uitibus et extirpandis carectis atque filectis. T. iii.

De urendis paſcuis. T. iiii.

De hortis ĩ eo: đ rapa et napo: đ radice cũ diſciplĩa ſua: đ paſtinaca. T. v.

De pomis. T. vi.

De apibus. T. vii.

De aqua inuenienda. T. viii.

De puteis. T. ix.

De aqua probanda. T. x.

De aquę ductibus. T. xi.

De menſuris et ponderibus fiſtularum. T. xii.

De omphacomelli. T. xiii.

De horis. T. xiiii.


## MENSIS AVGVSTVS.

De agris exilibus arandis: de apparãda uindemia: de occatione uinearum locis frigidis. T. i.

HOC MENSE VLTIMO CIRCA CALENdas ſeptembres ager planus humidus exilis incipiat exarari. Nũc maritimis locis uĩdemię apparatus urgetˀ. Hoc etiã mẽſe locis frigidiſſimis occatio uineaꝝ eſt.

De exili et miſera uinea reficiẽda. T. ii.

HOc tẽpore ſi terra exilis in uinea eſt et uinea ipſa miſerior: tres uel quattuor lupini modios ĩ iugero ſpargis: atq; ita occabis. Quod ubi fructificauerit: euertatˀ: et optimũ ſtercus prębet in uineis: qa lętamen pp uini uitiũ nõ cõuenit inferre uineis.

De pãpinãdis et obũbrãdis uitibꝰ et extirpãdis carectis atq; filectis. T. iii.

NVnc locis frigidis pãpinatˀ: locis uero feruẽtibus ac ſiccis obũbratˀ potius uua: ne ui ſolis areſcat: ſi aut uineę breuitas aut facultas operaꝝ pmittit. Hoc etiã mẽſe extirpare poſſumus carecta atq; filecta.

De urendis paſcuis. T. iiii.

NVnc urenda ſunt paſcua: ut et altoꝝ fruticũ feſtinatio reprimatˀ ad ſtirpes: et incenſis aridis noua lętius herba ſuccedat.

De hortis. T. v.

HOc etiã mẽſe ultimo ſiccis locis rapa et napus ſerẽda ſũt hac ratione: q̃ dictũ ẽ. Hoc mẽſe ultimo locis ſiccioribus radices ſerũtur: quę hyeme ſui uſũ miniſtrẽt. Amãt terrã pĩguẽ ſolutã et diu ſubactã q̃lẽ rapa.

Toſum et glareá reformidát. Gaudét cęli ſtatu nebuloſo. Serendę ſunt ſpatiis grandibus et alte foſſis. Meliores ꝓueniút in arenis. Seranť poſt nouá pluuiá: niſi poſſint forte rigari. Quod ſatú eſt: ſtatim debet operiri leui ſarculo. Iugerú duo ſeſtarii: uel ut quidá quattuor: cú ſeruntᷓ: implebút. Lętamen nó eſt ingerendú ſed potius paleę: qa inde fungoſę ſút. Suauiores fiút: ſi eas aqua ſalſa frequéter aſꝑgas. Radices fœminini generis putátur: quę min⁹ acres ſút: et habét folia latiora leuiora et cú iocúditate uirentia. Ex his ergo ſemina colligemus. Maiores fieri creduntur: ſi ſublatis oíbus foliis et ſolo tenui caule dimiſſo ſępe terris operiátur. Si ex nimis acri dulcé fieri uelis: ſeſa die et nocte melle macerabis aut paſſo. Raphanú tamen ſicut braſſicá conſtat eſſe uitibus inimicá. Ná ſi circa ſe ſerátur: natura diſcordáte refugiút. Hoc etiá męſe paſtinacas ſeremus.

De pomis. T. vi.

Iiá núc íplaſtrátur arbuſta. Piꝝ núc pleriq; inſerút: et locis irriguis ar-
e boré citri.

De apibus. T. vii.

Oc menſe crabones moleſti ſunt aluearis apú: quos pſequi ac necare
h debemus. Nunc etiam quę iulio non occurrimus: exequamur.

De aqua inuenienda. T. viii.

Vnc ſi deerit aqua: eá quęrere ac ueſtigare debebis: quá taliter poteris
n inuenire. Ante ortú ſolis his locis qbus aqua quęréda é: eqliter ꝓnus méto ad ſolú depſſo iacés í terra ſpectabis oriété: et í quo loco criſpú ſubtili nebula aeré ſurgere uidebis et uelut rorem ſpargere: ſigno aliquo uicinę ſtirpis aut arboris ꝑnotabis. Ná cóſtat ſiccis locis: ubi hoc fiet: aquá latere. Sed terraꝝ genus cóſiderabis: ut poſſis uel de tenuitate uel de abundátia iudicare. Creta tenues nec optimi ſaporis uenas creabit. Sabulo ſolutus exiles inſuaues limoſas et ſpatio altiore ſubmerſas. Nigra terra humores et ſtillicidia nó magna ex hybernis íbribus et liquore collecta: ſed ſaporis egregii. Glarea mediocres et ícertas uenas: ſed ſuauitate ꝑcipuas. Sabulo maſculus et arena et carbúculus certas et ubertate copioſas. In ſaxo rubro bonę et abúdátes ſút. Sed ꝓuidédú eſt: ne íuentę íter rimas refugiát: et p interuenia dilabanť. Sub radicibus montiú et í ſaxis ſilicibus uberes frigidę ſalubres. Locis cápeſtrib⁹ ſalſę graues tepidę íſuaues. Quaꝝ ſapor ſi optimus fuerit: noueris eas ſub terris exordiú de móte ſúpſiſſe. Sed í mediis cápis mótanoꝝ fótiú ſuauitaté ſequútur: ſi umbrátib⁹ teganť arbuſtis. Sút et hęc ſigna ueſtigádę aquę: qb⁹ túc credimus: ſi neq; lacuna é neq; aliqs ibi ex cóſuetudine humor íſidet aut ꝑterit. Iuncus tenuis ſalix ſiluatica alnus uitex arúdo edera cęteraq; ſiq̃ húore gignútur. Locus ergo ubi ſupradicta ſigna repis: fodiať latitudíe pedib⁹ tribus altitudíe pedib⁹ .v. et ꝓxime ſolis occaſum múdú uas ibi ęreú uel plúbeú interius unctú íuerſú ponať í ſolo ipſius foſſióis. Túc ſupra foſſę labra crates facta de uirgis ac fródibus additaq; terra ſpatiú omne coopiat. Seqnti die apto loco ſi í eodé uaſe ſudores ítríſecus íuenienť aut ſtillę: aquas ibi eé nó dubites. Ité ſi uas figuli ſiccú neq;

coctum eadem ratione ponatur:ac ſimilrter operiatur:altero die ſi aquaꝝ uena eſt:i p̃ſenti uas cõcepto humore ſoluet᷑. Itẽ uellus lanę ęque poſitũ uel cooptũ ſi tãtũ colligit humoris:ut alia die fundat exp̃ſſum:copias ĩeſſe teſtabit᷑. Itẽ lucerna oleo plena et incẽſa ſi ibi ſimiliter tecta ponat᷑:et ſecuto die ĩueniat᷑ extīcta ſupantibus elemẽtis aquas idẽ locus habebit. Itẽ ſi in eo loco focũ feceris:et terra uaporata humidũ fumũ nebuloſũq; ructauerit:aq̃s ĩeſſe cognoſcis. His itaq; repris certa ſignoꝝ firmãte noticia puteũ fodies:et aquę caput reqres. Vel ſi plura ſũt:ĩ unũ colliges. Tamen maxĩe ſub radicibus mõtiũ in ſeptẽtrionali parte quęrẽdę ſunt aquę:qa in his locis magis habundãt utilioreſq; naſcũtur.

De puteis. T. ix.

ſ Ed ĩ fodiẽdis puteis cauẽdũ eſt foſſoꝝ piculũ:quoniã pleꝛq; terra ſulphur alumen bitumen educit. Quoꝝ ſpiritus mixti hanelitum peſtis exalãt:et occupatis ſtatĩ naribꝫ extorquẽt aĩas:niſi qs fugę ſibi uelocitate ſuccurrat. Prius ergo q̃ deſcẽdat᷑ ad intima:ĩ eis locis lucernã ponis accẽſam:quę ſi extincta nõ fuerit:piculũ nõ timebis. Si uero extinguat᷑:cauẽdus ẽ locus:quẽ ſpiritus mortifer occupabit. Quod ſi alio loco aqua nõ poteſt inueniri:dextra leuaq; puteos fodiemus uſq; ad aquę ipſius librametum : et ab his foramina hĩc inde patefacta uelut nares intus agemus:qua nocẽs ſpiritus euaporet:quo facto latera puteoꝝ ſtructura ſuſcipiat. Fodiẽdus ẽ aũt puteus latitudine. v. pedũ quoquouerſum:ut binos pedes ſtructura cõcludat. Quę ſtructura uectibus ligneis ſubinde denſet᷑:et ſtructa ſit lapide toficio uel ſilice. Si aqua limoſa fuerit:ſalis admixtione corrigit᷑. Sed dũ fodit᷑ puteus:ſi terra nõ ſtabit uitio generis diſſoluti:aut humore laxabit᷑:tabulas obiicies directas undiq;:et eas trãſuerſis uectibus ſuſtinebis:ne fodientes ruina concludat.

De aqua probanda. T. x.

a Quã uero nouã ſic ꝓbabis. In uaſe ęneo nitido ſpgis:et ſi maculã nõ fecerit:ꝓbabilis iudicet᷑. Itẽ ꝺcocta ęneo uaſculo ſi arenã uel limũ nõ relinqt ĩ fundo:utilis erit. Itẽ ſi legumina cito ualebit excoquere. Vel ſi colore plucido carẽs muſco et oĩ labe pollutiõis aliena. Sed q ĩ alto ſũt putei: pforatis uſq; ad ultimã partẽ terris ad loca ĩferiora poſſunt uice fontis exire : ſi uallis ſubiectę natura pmittat.

De aquę ductibus. T. xi.

c Vm uero ducẽda ẽ aqua:ducit᷑ aut forma ſtructili aut plũbeis fiſtulis aut canalibus ligneis aut fictilibꝫ tubis. Si p formã ducet᷑: ſolidãdus eſt canalis:ne p rimas aqua poſſit elabi. Cuius magnitudo ꝓ aquę mẽſura faciẽda ẽ. Si p planũ ueniet:ĩter cẽtenos uel ſexagenos pedes ſenſim reclinet᷑ ſtructura ſeſqpedẽ:ut uĩ poſſit habere currẽdi. Siqs mons ĩteriectus occurrerit:aut p latera eius aquã ducemus obliquã:aut ad aquę caput ſpelũcas librabimus:p q̃s ſtructura cõueniat. Sed ſi ſe uallis interſerat:erectas pilas uel arcus uſq; ad aquę iuſta ueſtigia cõſtruemus:aut plũbeis fiſtulis clauſam deiici patiemur explicata ualle cõſurgere. Sed qđ eſt ſalubrius et utilius : fictilibꝫ tubis cũ

ducitur:duobus digitis craſſi et ex una parte reddátur anguſti:ut palmi ſpatio unus ĩ alteꝝ poſſit intrare. Quas iúcturas uiua calce oleo ſubacta debemus illinire. Sed antequá is aquę curſus admittat̃ fauilla ꝑ eos mixta exiguo liquore decurrat:ut glutinare poſſit:ſiqua ſút uitia tuboꝝ. Vltima ratio ẽ plũbeis fiſtulis ducẽ:quę aq̃s noxias reddũt. Ná cęruſa plũbo creat̃ attrito:quę corporibꝫ nocebit humanis. Diligẽtis erit aquaꝝ receptacula fabricari:ut copiá uel inops uena ꝓcuret.

De mẽſuris et põderibus fiſtulaꝝ. T. xii.

m Enſura uero fiſtulaꝝ plũbo ſeruet̃ huiuſmodi. Cẽtenaria. x. pedũ mille ducẽtas libras habeat. Octogenaria octingẽtis. xl. Quíquagenaria ſimiliter. x. pedũ pondo ſexcẽta octoginta. Tricenaria pondo quinquaginta. Vicenaria pondo ducenta. xl. Octonaria pondo centum.

De omphacomelli. T. xiii.

i N uuę ſemiacerbę ſucci ſeſtariis ſex:melliſ triti fortiter duos ſeſtarios debebis infundere:et ſub ſoliſ radiiſ diebuſ. xl. decoquere.

De horis. T. xiiii.

a Vguſtum maio par ſoliſ curſuſ ęquauit.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Hora | .i. | pedes | .xxiii. | Hora | .vii. | pedes | .iii. |
| Hora | .ii. | pedes | .xiii. | Hora | .viii. | pedes | .vi. |
| Hora | .iii. | pedes | .ix. | Hora | .ix. | pedes | .ix. |
| Hora | .iiii. | pedes | .vi. | Hora | .x. | pedes | .xiii. |
| Hora | .v. | pedes | .iiii. | Hora | .xi. | pedes | .xxiii. |
| Hora | .vi. | pedes | .iii. | | | | |

## PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI VIRI ILLVSTRIS DE RE RVSTICA LIBER .X.

### TITVLI MENSIS SEPTEMBRIS.

De agris pinguibꝫ tertiandiſ uel implendiſ exilibuſ:de ſtercorádo. T. i.
De ſerẽdo tritico et adoreo in lociſ frigidiſ et opaciſ. T. ii.
De remedio ſalſi humoriſ:de ſeminũ mẽſuriſ et diuerſiſ remediiſ ad ſationẽ ptinẽtibuſ. T. iii.
De lupino ſerendo. T. v.
De ſerẽdo hordeo cáterino. T. iiii.
De piſo ſerendo. T. vi.
De ſiſamo ſerendo:et ꝓſcindendiſ agriſ ad medicam. T. vii.
De uicia fœnogręco et farragine ſerendis. T. viii.
De lupino ſerendo:qui natus euertatur:ut loca fœcũdet exilia. T. ix.
De pratis nouellis formádis uel ueteribus excolendis. T. x.
De uindemia celebranda. T. xi.
De páico et milio metẽdis et faſelo ad ęſcá ſerẽdo et appádis aucupiis. T. xii.
De hortis : in eodẽ de papauere braſſica thymo origano cappari cũ diſciplinis ſuis. Itẽ naſturcio aneto radicibus paſtinacis cęroſolio lactuca betis corian-

dris rapis et napis. T. xiii.
De pomis:in eo de rubere. T. xiiii.
De pauimētis ſolarioꝝ et lateribus. T. xv.
De diamorum. T. xvi. De ſeruādis uuis. T. xvii.
De uite cuius fructus humore putreſcit. T. xviii. De horis. T. xix.

## MENSIS SEPTEMBRIS.

De agris pīguibꝰ tertiādis uel īplēdis exilibus:de ſtercorādo. T. i.

h OC MENSE AGER PINGVIS ET QVI diu tenere cōſueuit humorē:tertia uice arabit̄:quāuis et humido anno poſſit et antea tertiari. Nūc ager humidus planus exilis:quē primo auguſto arari diximus:iterat̄ et ſerit̄. Graciles cliui nūc primū arādi et ſerēdi ſūt ſtati circa ęqnoctiū. Agri nūc ſtercorādi ſunt:ſed ī colle ſpiſſius: in cāpo rarius lętamina diſponent̄:cū luna minuit̄:quę res herbis ſi ſeruet̄:officiet. Vni iugero aſſerit Columella .xxiiii. ſtercoris carpēta ſufficere. In plano uero. xviii. Sed idē cumuli tot diſſipādi ſūt:quot ea die poterunt exarari:ne ſtercora exiccata nil ꝓſint. Eiiciunt̄ qdē lętamina et q̄libet hyemis parte. Sed ſi tēpore ſuo eiici aliqua ratiōe nō poterūt:anteq̄ ſeras more ſeminis ꝑ agros puluerē ſtercoris ſparge:uel caprinū manuproiice:et terrā ſarculis miſce. Nec ꝓdeſt nimiū ſtercorare uno tempore:ſed frequēter et modice. Ager aquoſus plus ſtercoris:ſiccus uero minus reqrit. Sed ſi lętaminis copia nō abūdat:hoc ꝓ ſtercore optime cedit:ut ſabuloſis locis cretā id ē argillā ſpargas:cretoſis ac nimiū ſpiſſis ſabulonē. Hoc etiā ſegetibus ꝓficit:et uineas pulcherrimas reddit:nā lętamen in uineis ſaporē uini uitiare conſueuit.

De ſerendo tritico et adoreo in locis frigidis et opacis. T. ii.

h Oc menſe uliginoſis locis aut exilibus aut frigidis opacis circa ęquinoctium triticum et adoreum ſeretur:dum ſerenitas conſtat:ut radices frumenti ante hyemem conualeſcant.

De remedio ſalſi hūoris:et diuerſis remediis ad ſationē ptinētibꝰ. T. iii.

ſ Olet terra humorē ſalſum uomere:qui ſegetes necat. Vbi hoc fit:colūbinū ſtercus aut cupſſi folia oportet īſpargere:et ita ne eadē miſceātur inarare. Melius tamen omnibus remediis erit:ſi aquarius ſulcus noxiū deducat humorē. In mediocris agri iugero. v. tritici modios:et adorei totidem cōſeremus:nam quattuor ager pinguis accipiet. Si modiū quo ſeret̄:hyenę pelle ueſtieris:et ibi aliquādiu quod ſerēdum eſt:eſſe patieris:ſata bene prouenire firmantur. Item quoniam quędam animalia ſubterranea ſectis radicibus necant plerunque frumenta:contra hoc proderit:ſi herbę:quę ſedum

dicitur:ſuccus aquę mixtus una nocte madefaciat quę ſpargēda ſunt ſemina. Vel agreſtis cucumeris humor expꝛ̃ſſus:et eius radix trita ſi aqua diluat᷑:et eodē quę ſerēda ſūt:macerent᷑ humore. Aliq ubi hoc ſegetes ſuas pferre ſenſerūt: ĩter initia uitioꝝ inſulſa amurca uel pędicta aqua ſulcos et aratra perfundūt:

De ſerendo hordeo canterino. T. iiii.

n Vnc gracili ſolo hordeū ſerit᷑ cāterinū modiis. v. per iugeꝝ. Poſt hoc genus agros ceſſare patieris:niſi forte lętamen aſpergas.

De lupino ſerendo. T. v.

n Vnc uel maturius aliquanto lupinus ſeritur in qualicūq; terra uel crudo ſolo. Cui hoc ꝓderit:ut ſerat᷑ anteq̄ frigus incipiat. Limoſo agro non naſcitur:cretam reformidat. Amat exilem terram atq; rubricā. x. modiis iugeri menſura implebitur.

De piſo ſerendo. T. vi.

h Oc mēſe poſtremo piſū ſeremus terra facili et ſoluta loco tepido. cęlo delectat᷑ humecto. Iugero quattuor modios uel tres ſparſiſſe ſufficiat.

De ſiſamo ſerendo. T. vii.

n Vnc ſiſamū ſerit᷑ putri ſolo uel pinguibus arenis uel terra congeſtitia. Iugero quattuor uel ſex ſeſtarios ſeuiſſe conueniet. Hoc mēſe poſtremo prima uice agros ꝓſcindemus:qui habituri ſunt medicam.

De uicia fœnogręco et farragine ſerendis. T. viii.

n Vnc uicię prima ſatio eſt:et fœnigręci cū pabuli cā ſerunt᷑. Vicię. vii. modii iugeꝝ ęque et fœnigręci ſemē ĩplebit. Farrago ēt loco reſtibili ſtercorato ſerit᷑. Hordei canterini in iugero. x. modios ſpgimus circa ęq̄noctiū:ut ante hyemē cōualeſcat. Si de paſci ſępius uelis:uſq; in maiū mēſē eius paſtura ſufficiet. Quod ſi ex ea ſemē ēt reddigeř:uſq; ad martias calēdas: et de hĩc pecora ꝓhibebis.

De lupino ſerendo. T. ix.

h Oc mēſe:ut loca fœcūdentur exilia:lupinus circa idus ſeratur. Et ubi creuerit: uertente uomere putrefiat excīſus.

De pratis nouellis formādis uel ueteribus excolēdis. T. x.

n Vnc prata ſi libuerit:poſſumus nouella formare. Si eligēdi facultas ē: locū pinguē roſidū planū leniter inclinatū:uel huiuſmodi uallē deputabimus:ubi humor nec ſtatim pręcipitari cogit᷑:nec diu debet hęreř. Poteſt qdē ēt ſoluto et gracili ſolo prati forma:ſi riget᷑:ĩponi. Extirpandus eſt itaq; locus hoc tēpore:et liberādus impedimētis omnibus:uel herbis altioribꝰ et ſolidis atq; uirgultis. Deĩde cū frequēter exercitatus fuerit ac multa aratiōe ſolutus:ſubmotis lapidibus et glebis ubiq; cōfractis ſtercoret᷑ luna creſcēte recenti lętaminē. Ab ungulis iumētoꝝ ſumma ĩtentione ſeruet᷑ ĩtactus:pręcipue quotiēs humeſcit: ne ĩęquale ſolū reddāt multis locis impꝛ̃ſſa ueſtigia. Sed ſi prata uetera muſcus obduxerit:ab radēdus ē:et ſcalptis eiſdē locis fœni ſpargēda ſunt ſemina:et quod ad nécandum muſcum ꝓdeſt:cinis ſępius ĩgerendus.

Quod ſi ſterilis factus eſt locus carie incurię uetuſtate exaret᷑:ac de nouo rur-
ſus ęquet᷑. Nã prata ſterilia pleꝝq; arare cõueniet. Sed ĩ nouo prato rapa cõſeret᷑
poſſumus:quoꝝ meſſe finita cętera quę dicta ſũt:exequemur. Viciã tamen fœ-
ni ſeminibus mixtã poſt hoc ſpargemus. Rigari uero anteq̃ durũ ſolũ fecerit:
nõ debebit:ne eius cratẽ minus ſolidã uis interflui corrumpat humoris.

De uindemia celebranda. T. xi.

Oc mẽſe locis tepidis maritimiſq; celebrãda uindemia ẽ:frigidis ap-
h parãda. In dolíis picãdis hic modus erit:ut doliũ ducentoꝝ cõgioꝝ
xii. libris picet᷑:deĩde ꝓ minoris extimatione ſubducas. Sed maturi-
tatẽ uindemię cognoſcimus hoc genere. Si exp̃ſſa uua uinacia quę in acinis ce-
lant᷑:hoc ẽ grana:fuſca et nõnulla ꝓpemodũ nigra:quã rẽ naturalis maturitas
facit. Diligẽtiores optimę cęrę ĩ decẽ picis libras unã librã miſcẽt:quę et odo-
ri ꝓficit et ſapori:et picẽ lenitate ꝑmiſcẽs frigoribꝰ eã nõ parit᷑ diſſilire. Picis ta-
men guſtu explorãda dulcedo eſt:qa ſępe uina eius amaritudine uitiant᷑.

De panico et milio metendis et faſelo ad ęſcam ſerendo:et appa-
randis aucupiis. T. xii.

Vnc quibuſdã locis panicũ metet᷑ et miliũ. Tempore hoc faſelus ad
n ęſcam ſerat᷑. Nunc in amitibus apparetur aucupium noctuę cęteraq;
inſtrumenta capturę:ut circa calendas exerceatur octobres.

De hortis. T. xiii.

Vnc papauer ſeritur locis ſiccis et calidis:poteſt et cũ aliis oleribus ſe-
n minari. Fertur utilius ꝓuenire:ubi uirgę et ſarmẽta cõbuſta ſunt. Tẽ-
pore hoc braſſicã ſeris utilius: ut plãtas eius nouẽbri incohãte trãſpo-
nas:de qbꝰ et hyeme olus et uere poſſit cima ꝓduci. Hoc mẽſe ſpatia hortoꝝ:
quę ꝑ uernũ ſeminibus impleturus es:alte tribus pedibus paſtinare debebis:et
luna decreſcente his ſtercus inferre. Hoc menſe ultimo thymũ ſeremus:ſed me-
lius plãtis naſcit᷑:q̃uis poſſit et ſemine. Agrũ diligit apricũ macrũ maritimũ.
Nunc circa ęquinoctium ſeres origanũ:ſtercorari ac rigari:donec conualeſcat:
amplectitur. Amat loca aſpera atq; ſaxoſa. Hiſdem diebus ſeritur capparis:late
ſerpit:ſucco ſuo terris nocet. Serendũ eſt ergo:ne ꝓcedat ulterius: circũueniẽte
foſſato uel luto ſtructis parietibꝰ ſolo ſicco et gracili:herbas ſpõte ꝑſequit᷑: flo-
ret ęſtate:ſub occaſu uergiliaꝝ capparis areſcit. Giddi hoc menſe ultimo bene
ſeritur. Hoc menſe naſturcium ſeremus et anetum locis temperatis et calidis et
radices locis ſiccis et paſtinacas et cęrofolium circa octobres calendaſ:et lactu-
cas et betas et coriandrum:et primiſ diebuſ rapaſ et napos.

De pomiſ. T. xiiii.

Enſe ſeptẽbri circa calẽdaſ octobreſ uel februario tubereſ ſeremuſ ſo-
m bole uel nucleiſ:cuiuſ tenera diligenter nutriri debet infantia. Sumat᷑
cũ radicibuſ planta diuulſa:bubulo fimo linet᷑ ac luto:ſtatuatur pin-
gui terra et ſubacta ſubditiſ conchiſ et marina alga:terriſ magna ſui pte con-

datur. Alii pomis ſtatim grana decuſſa et ſole ſiccata pĩgui et ꝓpe cribrata terra autũno tria ſimul ponũt: quę ferunť ĩ unicũ coire uirgultũ: q̃d aſſidua rigatiõe iuuãdũ ẽ atq; foſſura: quę ſolũ leuiter ſcalpẽs teneritudini robur inducat. Poſt annũ deĩde uel aliq̃to tardius quę fuerit de ſemine plãta trãſferať: et hoc geneř fructus efficit dulciores. Menſe ianuario ultimo uel februario tuburũ ſurculus mirabiliter ꝓficit cydoneo inſitus. Inſeriť aũt malis oĩbus et piris et prunis et calabrici: melius trũco fiſſo q̃ cortice: deſup qualo uel fictili uaſe muniť repletis uſq; ꝓpe ſũmitatẽ ſurculis terra ſubacta cũ ſtercore. Proſunt tuburibus quę malis ꝓdeſſe memoraui. Tubures ſeruabũtur: ſi obruanť in milio uel urceolis picatis et oblitis.

De pauimentis ſolarioꝝ et latere. T. xv.

Oc etiã mẽſe pauimẽta ĩ ſolariis et lateres faciem⁹ eo more: quo maio
h mẽſe deſcripſi.

De diamoro. T. xvi.

Vccum mori agreſtis paululũ facies deferuere. Tũc ſucci duas ꝑtes et
ſ unã mellis admiſces: et mixta curabis ad pĩguedinẽ mellis excoq̃re.

De ſeruandis uuis. T. xvii.

Vas quas ſeruare uolumus: legamus illęſas neq; acerbitate rigidas
u neq; maturitate defluẽtes: ſed q̃bus ẽ et granũ luce penetrabili ſplendidũ et tactus cũ molli iucũditate calloſus. Siqua ſunt corrupta uel uitioſa reſecem⁹: nec patiamur ĩtereſſe: q̃bus ĩexpugnabilis acerbitas cõtra blãdimẽta ęſtiui caloris ĩduruit. Tunc ĩciſos botrionũ tenaces calida pice oportet amburi: atq; ita ĩ loco ſicco frigido et obſcuro ſine luminis irruptione ſuſpẽdi.

De uite cuius fructus humore putreſcit. T. xviii.

Itis cuius fructus humoř putreſcit: ꝑ latera pãpinãda ẽ ante triceſimũ
u uindemię diẽ: et ſola frõs illa ſeruãda ẽ: quę ĩ ſũmitate poſita ſolẽ nimiũ defendit a uertice.

De horis. T. xix.

ſ Eptembris et aprilis dies horis ſimilibus conferuntur.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Hora | .i. | pedes | .xxiiii. | Hora | .vii. | pedes | .v. |
| Hora | .ii. | pedes | .xiii. | Hora | .viii. | pedes | .vii. |
| Hora | .iii. | pedes | .x. | Hora | .ix. | pedes | .x. |
| Hora | .iiii. | pedes | .vii. | Hora | .x. | pedes | .xiii. |
| Hora | .v. | pedes | .v. | Hora | .xi. | pedes | .xxiiii. |
| Hora | .vi. | pedes | .iiii. | | | | |

## PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI VIRI ILLVSTRIS DE RE RVSTICA LIBER .XI.
## TITVLI MENSIS OCTOBRIS.

De adoreo et tritico et hordeo cãterino et herbo: et lupino et piſo et ſiſamo et faſelo ſerendis. T. i.
De lini ſemine. T. ii.
De notanda uitium fertilitate qua ꝓuidebimus panctioni. T. iii.

De ponendis uineis uel ꝓpagandis repandis putádis et arbuſtis. T. iiii.
De ablaqueanda nouella. T. v.
De utilitate propagandę nunc uineę. T. vi.
De inſerendis arboribus uel uitibus. T. vii.
De oliuetis inſtituendis et colendis lętandis: uel remediis eoꝝ: uel oliuis condiendis: uel foſſis riuiſq; purgandis. T. viii.
Remedium ſi uua compluta eſt. T. ix.
De oleo uiridi faciendo et laurino. T. x.
De hortis: in eo de írybis: de carduis: de ſinapi malua cum diſciplinis. item de aneto cepulla menta paſtinaca thymo origano cappari beta armoracea porro tranſferendo et ocimo. T. xi.
De pomis: in eo de palma piſtaceis ceraſis et aliis pomis: quoꝝ ꝑ menſes ſuos diſciplina digeſta eſt: itē de cōdiendis pomis. T. xii.
De apibus. T. xiii.
Quę gręci uel alii ſuper uina condienda curandaq; dixerunt. T. xiiii.

| | | | |
|---|---|---|---|
| De roſato ſine roſa. | T. xv | De cydonite. | T. xx. |
| De uinis pomoꝝ. | T. xvi. | De fermento muſteorum ſeruando. | T. xxi. |
| De œnomelli. | T. xvii. | | |
| De defruto calœno ſapa. | T. xviii | De uua paſſa. | T. xxii. |
| De paſſo. | T. xix. | De horis. | T. xxiii. |


## MENSIS OCTOBER.

De adoreo tritico hordeo et herbo lupío et piſo et ſiſamo et faſelo ſerēdis. T. i.

h
OC TEMPORE HORDEVM SEREMVS ac triticū. Iuſta ſatio eſt a decimo calen. nouēbres uſq; ad vi. idus decēbres regionibus tēparatis. Nūc ēt lętamē effert̃ ac ſpgit̃. Hoc ēt mēſe ſeremus hordeū: qđ dicit̃ cātērinū. Serit̃ macra et ſicca terra uel ſatis pingui. Ac uincit̃ alteri nō habet āplius qđ nocere: quę ſemē aliud ferre nō poſſet. Lęto agro nō ē ſerēdū. Etiā nunc herbū lupinū et piſū et ſiſamū ſeremus: ut dixi: ſiſamū uſq; ad idus octobres et faſelum: tamen terra pingui aut reſtibili agro. Quattuor modiis iugerū cōplebimus.

De lini ſemine ſerendo. T. ii.

h
Oc menſe lini ſemen ſeremus ſi placet: quod ꝓ malicia ſui ſerendū nō eſt: nam terrę ubertatē exhaurit. Sed ſi uelis loco pinguiſſimo et modice humido ſeretur: in iugero. viii. modiis. Aliqui macro ſolo ſpiſſū ſerunt: ita aſſequuntur: ut linum ſubtile naſcatur.

De notáda uitiū fertilitate: quā ꝓuidebimus pſ̄ctiōi. T. iii.

Vnc opportuna uindemia eſt: cuius tēpore notāda ē fœcūditas uitiū
n et notis quibuſcūq; ſignanda: ut ex his ad ponēdum ſarmenta poſſi-
mus eligere. Aſſerit aūt Columella explorari fœcūditatē uno āno nō
poſſe: ſed quattuor: quo numero cognoſcit̃ uera generoſitas ſurculoꝝ.

De ponēdis uineis uel ꝓpagādis repandis putādis et arbuſtis. T. iiii.

Oc mēſe poſtremo ubi calidi ac ſicci aeris qualitas ē: ubi exilis et ari-
h dus eſt cāpus: ubi collis ꝑruptus aut macer: uites utillime ponūtur de
qbus ſatis mēſe februario diſputaui. Nūc locis ſiccis calidis exilibus
macris arenoſis apricis quęcūq; de paſtinis de uitibꝫ ponēdis putādis ꝓpagan
dis reparādis uel arbuſto faciēdo āte dicta ſūt: rectius fiūt: ut cōtra exilitatē gle
bę hybernis imbribus adiuuent̃. Sic et humorē ſitiētibus cōferūt: et reciſa uel
merſa glacie nō adurūt: quia talibus locis pruinaꝝ uis et natura neſcit̃.

De ablaqueanda nouella. T. v.

Oſt idus octobris ablaqueāda eſt oīs nouella ſeu in paſtino ſeu ī ſcro-
p bibuſ aut ſulcis: ut āputent̃ radices ſupuacuę: q̄s ꝓduxit eſtate: quę ſi
cōualuerīt: īferiores radices faciūt īterire: et ita remanebit uitis ī ſūmi
tate ſuſpēſa: quę res eā frigori obnoxiā faciet et calori. Sed hę radiculę non ad
ſiccū debēt recidi: ne aut plures inde naſcant̃: aut noua plaga corpori uitis im-
ꝓſſa ui ſecuti algoris urat̃. Recidemus aūt relicto digiti ſpatio. Et ſi placida ibi
hyems eſt: aptas relinquimus uites: ſi uiolēta: ante decēbres idus opiemus. ſi ꝑ-
frigida: aliq̄rū colūbini ſtercoris ſub ipſa hyeme circa uiticulaꝝ ueſtigia largie-
mur: q̄d cōtra frigus nimiū Columella dicit toto faciēdū eſſe quinquęnio.

De utilitate ꝓpagandę nūc uineę. T. vi.

h Oc tēpore icciręo locis qbus dixi: ꝓpagatio melior eſt: qa firmādis ra
dicibus uitis incūbit: cū ꝓferēdi palmitis eā cura nō ꝑmouet.

De arboribus inſerendis uel uitibus. T. vii.

h Oc menſe aliq uites et arbores locis calidiſſimis inſerere cōſueuerūt.

De oliuetis īſtituēdis et colēdis: uel remediis eoꝝ: uel oliuis cō-
diendis: uel foſſis riuiſq; purgandis. T. viii.

Vnc etiā locis calidis et apricis oliueta īſtituemus more uel ordīe quē
n februarius mēſis oſtēdit. Semina quoq; oleaꝝ locis talibus faciemus
hoc tēpore: et oīa quę ad oleā ptinebūt. Oliuaſ quoq; albas cōdiemꝰ:
ſicut poſtea referet̃. Hoc tēpore ablaqueādę ſunt arbores oleę ꝓuinciis ſicciori-
bus ac tepidis: ita ut eis a ſupiori pte humor poſſit īduci. Omnē ſobolē cōuelli
Columella pręcepit. Mihi uidet̃ paucas dimitti ſemꝑ ac ſolidas: ex qbus uel ī
uetuſtate matris loco dilecta ſuccedat: uel melius nutrita et aggeſtę terrę benefi
cio etiā ſuas habēs radices ad oliuetū faciēdū ſine cura ſeminarii trāſferat̃ arbu
ſcula. Nūc ſi ſuppetit: ītermiſſo triēnio ſtercorāda ſūt oliueta locis maxīe frigi
dis. Caprini ſtercoris ſex librę uni arbori uel cineris modii ſinguli ſufficiēt. Mu
ſcus tamen ſemꝑ radat̃ arboribꝫ. Et putent̃ (ſicut Columella dicit) octo ānoꝝ

ętate trāſacta. Videť mihi unoquoq; anno ſicca et īfructuoſa cū aliq̄ debilitate
naſcētia debere reſecari. Quod ſi fructus arbor lęta nō afferet: terebreť gallica te
rebra uſq; ad medullā foramine impſſo: cui oleaſtri īformis talea uehemēter ar
teť: et ablaq̄arę arbori amurca īſulſa uel uetus urina fūdať. Hoc.n. uelut coitu
ſteriles arbores uberātur: q̄s tamen durāre malicia oportebit īſerere. Hoc mēſe
foſſas riuoſq; purgabimus.

Remediū ſi uua cōplura ē. T. ix.

Ręci iubent: ſi uuam nimius imber infuderit: poſtea q̄ muſtum eius
g primo ardore feruebit: ut ad alia uaſcula transferatur. Ita ꝓpter naturę
grauitatem remanens aqua ſubſidet: et tranſlatum uinum pure ſerua
bitur: relicto quicquid ſe illi ex imbre miſcuerat.

De oleo uiridi faciendo et laurino. T. x.

Vnc oleū uiride faciemus hoc genere. Oliuā q̄recētiſſimā: cū uaria ē:
n colligis: et ſi diebꝰ aliquot collegeris: expādis ne caleſiat. Siq̄ ibi pu/
tris aut ſicca ē: remoues. Vbi uero cōpleueris modū factorii ſales tri/
tos uel nō tritos qđ ē melius ī oliuā eādem mittis p.x. modios tres ſaliſ: et mo
lis primo: et ſic ſalitā ī nouis caniſtris eē patieris: ut pnoctet cū ſalibus: et ducat
ī ſe eoſdē ſapores. Ac mane p̄mi īcipiat olei meliorē fluxū reddıtura ſalis ſapoř
cōcepto. Canales ſane et oīa receptacula olei calida aqua prius lauabis: ut nihil
de āni p̄teriti rācore cuſtodiāt. Focos etiā nō ꝓpius admouebis: ne olei ſaporē
fumus īficiat. Nūc mēſe poſtremo locis ſiccis et calidis ad oleū faciendū lauri
baccas legemus.

De hortis. T. xi.

Enſe octobri ſerēda ſunt īryba: quę hyemi ſeruiāt. Amāt humores et
m terrā ſolutā. Arenis et ſalſis locis atq; maritimis ſūma ꝓueniūt. Area
his planior appareť: ne radices eoꝝ terra fugiēte nudentur. Quattuor
folioꝝ trāſferanť ad locū ſtercoratū. Nūc plārę cardui ponūtur quas cū pone/
mus: radices eaꝝ ſūmas ferro reſecamus: ac fimo tigimꝰ: ternū pedū ſpatio ſe/
paramus incremēti causa pedali ſcrobe depoſitas binas aut ternas. Cinerē ſępe
ſub hyeme diebꝰ ſiccis fimūq; miſcebimus. Hoc mēſe ſinapi ſeremus. Terram
diligit aratā: et ſi fieri pōt cōgeſticiā: quāuis ubicūq; naſcať. Sarculari debet aſ
ſidue: ut reſpargať puluere: quo foueť. Nō minus gaudet humore. De quo ſe/
men legere diſponis: ſuo loco eē patieris. Qđ ad ęſcā parabis: robuſtius facies
trāſferendo. In ſinapi uetus ſemen īutile eſt uel ſationi uel uſui: qđ dētibus frac
tum ſi intus uiride uidebiť: nouū eſt: ſi albū fuerit: uetuſtatē fateť. Hoc menſe
malua ſerenda eſt: quę occurſu hyemis ab īcremēti lōgitudine reprimeť. Loco
pīgui delectať et humido: gaudet lętamine. Trāſferunť plārę eius: cū cœperit
folia quattuor habere uel quīq;. Melius comp̄hendit eius plāta: quę tenera eſt:
maior enim trāſlata lāguebit. Sapor illis eſt melior: ſi nō trāſferātur. Sed ne ci/
to erigātur ī caulē: ī medio eaꝝ glebulas cōſtitues aut lapillos. Rara ponēda ē:
ſarculo delectať aſſiduo. Sic liberandę ſunt herbis: ne morum ſentiāt in radice.
Si tranſferendis plantis nodum facias in radice: ſeſſiles fient. Nunc etiam locis

temperatis et calidis anetum ſeremus. Item cepullę ſeruntur: et hoc menſe uel mēta et paſtīaca thymū et origanū et cappar mēſis initio. Itē betā locis ſiccio/ribꝰ nec nō armoraceā ſeremus: uel trāſferemus ad culta: ut melior fiat: nā hęc agręſtis ē raphāus. Nūc porꝝ uerno ſatū trāſferre debemus: ut creſcat ī capite. Sane ſarculis circūfodiatꝰ aſſidue: et comp̄henſa porri plāta uelut tenacibꝰ alle/uetꝰ: ut inanitas ſpatii quę radicibꝰ ſuberit: īcremēto capitis ſuppleatꝰ. Ocimū quoq; etiā nūc ſeremus: qđ citius naſci fertꝰ hoc tēpore: ſi aceti ibre leuiter ſpar gatꝰ infuſum.

De pomis. T. xii.

Vi placet curas agere ſęculoꝝ de palmis cogitet cōſerendis. Hoc igitꝰ c menſe dactyloꝝ nō ueteꝝ ſed nouoꝝ ac pinguiū recentia oſſa debebit obruere: terrę cinerē miſcere. Si plantā uelit: ponēda ē aprili menſe uel maio. Locis delectatꝰ apricis et calidis. Fouenda ē: ut creſcat: humore. Terrā ſo lutā uel ſabulonē reqrit: ita tamen ut quādo plāta diſponitꝰ: circa eā uel ſub ea pīguis terra fundatꝰ. Annicula trāſferatꝰ aut bima iunio mēſe īcipiēte uel iulio. Circūfodiatꝰ aſſidue: ut rigatiōe cōtinuos ęſtatis uīcat ardores. Aqꝰ palmę ali/q̄tenus ſalſis iuuantꝰ: quę infici debent ſalibꝰ: et ſi tales eas natura nō p̄buit. Si ęgra eſt arbor: fęces uini ueteris ablaqueatę oportet īfūdi: uel radicū ſupuacua capillamēta decidi: uel cuneū ſalicis īterfoſſis radicibus p̄mi. Conſtat aūt locū ꝓpe nullis utilē fructibus ī quo palmę ſpōte naſcuntꝰ. Piſtacea ſerūtur autūno et menſe octobri ſobole et nucibus ſuis. Sed melius ipſa piſtacea iūcta ponuntꝰ mas ac fœmīa. Marē dicūt cui ſub corio uelut oſſei lōgi uidentꝰ latere teſticuli. Qui diligentius facere uoluerit: ꝑtuſos caliculos et ſtercorata terra repletos pa/rabit: et ī his piſtacea terna cōſtituet: ut ex oībuſ germen quodcūq; ꝓcedat: qđ ubi cōualuerit: plāta hīc facilius trāſferatꝰ menſe februario. Amat locum calidū ſed humectū: et rigatione gaudet et ſole. Inſeritꝰ therebinto menſe febrario uel martio: at alii amygdalo inſeri poſſe firmarunt. Ceraſus amat cęli ſtatum frigi/dum: ſolum uero poſitionis humectę. In tepidis regionibus parua ꝓuenit. Ca/lidum nō poteſt ſuſtinere. Montana uel in collibus conſtituta regione lętatur. Ceraſi plantā ſilueſtrem trāſfere debemus menſe octobri uel nouembri: et eam primo ianuario cum cōprehendit inſerere. Plantaria uero creari poſſunt: ſi pręd/dictis menſibus ſpargantꝰ poma: quę ſumma facilitate naſcentꝰ. Ego ſic huius arboris facilitatem ꝓbaui: ut uirgulta ex ceraſo ꝑ amminiculis ꝑ uineā poſita in arborem ꝓſiluiſſe cōfirmem. Et ianuario mēſe ſeri poteſt. Inſeritꝰ menſe no/uembri melius. Vel ſi neceſſe ſit: extremo ianuario. Alii et octobri inſerendam eſſe dixerunt. Martialis in trunco inſeri iubet. Mihi inter corticem et lignum fœliciter ſemꝑ euenit. Qui in trunco conſerunt: ſicut Martialis dicit: omnem lanuginem: quę circa eſt: auferre debebunt: quam ſi remāſerit: īſitis nocere ma/nifeſtat. In ceraſis hoc ſeruādum eſt: et in omnibus gumatis: ut tunc inſerātur: quādo his uel nō eſt: uel deſinit gumē effluere. Ceraſus inſeritꝰ in ſe ī pruno in platano: ut alii ī populo. Amat ſcrobes altas: ſpatia lōgiora: aſſiduas foſſiones.

Putari in ea putria et ſicca debebũt:uel quę denſius artata ꝓtulerit ut rareſcat. Fimũ nõ amat:atq; inde degenerat. Ceraſa ut ſine oſſe naſcant̃: fieri Martialis hoc dicit. Arborẽ tenerã ad duos pedes recides: et eã uſq; ad radicẽ findes: medullã pris utriuſq; ferro curabis abradere: et ſtatĩ utraſq; ptes ĩ ſe uiculo ſtrĩgis et oblinis fimo: et ſũmã prẽ et lateꝶ diuiſuraſ. Poſt ãnũ cicatrix ducta ſolidat̃. Hãc arborẽ ſurculis: q adhuc fructũ nõ attulerũt: ĩſeris: et ut aſſerit ex his ſine oſſibus poma naſcẽtur. Si ceraſus cõcepto humore putreſcit: ĩ trunco foramen accipiat: quo poſſit educi. Si formicas patit̃: ſuccũ portulacę debebis ĩfundere cũ aceti media pte pmixtũ: uel uini fecibꝫ trũcũ arboris florẽtis adline. Si ęſtu caniculaꝶ fatigat̃: triũ fontiũ ſingulos ſeſtarios ſũptos poſt ſolis occaſũ radicibus arboris iubeamꝰ ĩfluere ſic: ne remediũ luna dep̄hẽdat. Vel herbã ſimphoniacã circa arboris trũcũ torq̃bimus ĩ coronã. Vel ex ea iuxta imũ codicẽ cubile faciemus. Ceraſa nõ aliter q̃ ĩ ſole uſq; ad rugas ſiccata ſeruãt̃. Mẽſe octobri aliq mali arborẽ calidis et ſiccis regiõibꝫ ponũt: et cydonea circa nouẽbres cal. et ſorbũ uel amygdolas ĩ ſeminariis obruũt: et pini ſemẽ aſpgũt. Hoc mẽſe poma cõdiẽda ſũt atq; ſeruãda eo mõ: quo ĩ ſiguloꝶ titulis cõtinet̃: uelut quęq; matura ꝓceſſerit.

De apibus. T. xiii.

Hoc etiã mẽſe aluearia caſtrabũtur more quo dictũ eſt: quę tamẽ oportet ĩſpicere: et ſi abundãtia eſt: demere. ſi mediocritas: prẽ mediã relinquere ꝓ hyemis inopia. ſi uero ſterilitas apparet ĩ cellis: nil ꝓrſus auferre. Mellis uero et cerę ſupius eſt demõſtrata confectio.

Quę gręci uel alii ſup uina cõdiẽda curãdaq; dixerunt. T. xiiii.

Electa p̄tereã: quę gręci ſua fide media de cõdiẽdi uini genere diſputarũt: demõſtrare curaui. q uini naturã tali rõne diſcernũt: et hãc ĩ eo uolũt eſſe diſtãtiã: ut qđ dulce ẽ: grauius dicunt. quod album et aliquatenus ſalſum: cõuenire ueſicę. quod croceo colore blãdit̃: digeſtioni accomodũ. qđ albũ et ſtipticũ ꝓdeſſe ſtomacho laxiori. Trãſmarinũ pallorẽ facere: et tantũ ſanguinẽ nõ creare. Vuis nigris fieri fortę: rubeis ſuaue: albis uero plerũq; mediocre. In cõdiendo ergo uino aliq gręcoꝶ muſtũ decocrũ ad medietatẽ uel tertiã prẽ uino adiiciũt. Ali gręci ita iubẽt aquã marinã mundã de puro et qeto mari: quã ãno ante cõpleuerit: reſeruari. cuius talẽ eẽ naturã: ut et ſalſedine uel amaritudine ꝓ hoc tpe careat et odore: et dulcis fiat ętate. Ergo eius octogeſimã prẽ muſto admiſcẽt: et gypſi q̃nquageſimã. Poſt tertiã deinde diẽ fortiter cũmouẽt: ac pollicẽtur nõ ętatẽ ſolũ uino: ſed ſplendorẽ quoq; coloris afferr̃. Oportet autẽ nona q̃q; die uinũ moueri atq; curari: uel ſi rardius undecima: frequens. n. reſpectus faciet iudicare utrũ uendenda ſit ſpecies an tenenda. Quidã reſinę ſiccę tritę uncias tres dolio ĩmergũt et pmouẽt: et uina diuretica ſic fieri poſſe pſuadẽt. Muſtũ uero quod p pluuias frequẽtes leue eſt: ſic curari debere iuſſerunt: quod ꝓbari guſtu ipſius poterit. Omne muſtum decoq iubẽt donec pars eius uiceſima poſſit abſumi. Melius quoq; fieri ſi cẽteſimã partem

gypſi adiicias. Lacedęmonii uero eo uſque decoquere: donec uini quinta pars
pereat: et quarto anno uſibus miniſtrare. Suaue uinū de duro fieri docēt: ſi hor
deacei pollinis cyathos duos ſimul cū uino ſubactos mittas in uini uaſculo: et
hora una ibi eſſe patiaris. Aliqui fęces uini dulcis admiſcent. Aliq addunt gly/
ciridię ſiccę aliquātulum et utunt̃: cum diu uaſorꝝ cōmotione miſcuerint. Vi/
num quoq; īter paucos dies optimi coloris effici: ſi baccas myrti agreſtis mon
tanas ſiccas et tūſas mittas in cado: et. x. diebus requieſcere patiaris. Tunc co/
les: et utaris. Vitis etiā flores arbuſtiuę collectos in umbra ſiccare curabis. Tūc
diligenter tūſos et cretos habebis in uaſculo nouo: et cum uolueris tribus ca/
dis unam floris menſuram: quam ſyri chinicā uocāt: adiicis: et ſuplines doliū:
et ſexta uel ſeptima die aperies et uteris. Vinū fieri ad potandum ſuaue ita di/
cunt. Fœnicoli uel ſaturcię ſingulorꝝ congruum modum uino īmergi: atq; tur
bari. Vel fructum quem duę nuces pineę ꝑduxerint torrefactū et linteo ligatū
mitti in uaſculo: ac ſuperlini et uſui eſſe. v. diebus exactis. Vinum autem uelut
uetus effici de nouello: ſi amigdola amara abſynthiū pini gūmi fœnūgręcum
ſimul frangas quātum ſufficere extimaris: et pariter tūdas: et ex his unum cya/
thum ꝑ amphoram mittas: et magna uina cōficies. Si uero ſenſeris peccatura:
huic confectioni aloen myrram crocomagma ſingula modis ęqualibus tunſa:
et in puluerem redacta cum melle miſcebis: et uno cyatho unam amphoram
condire curabis. Anniculum quoq; uinum ut lōgam ſimulare uideat̃ ętatem:
mellilori unciam unam: glyciridię uncias tres: nardi celtici tantundem: aloes
epatites uncias duas: tundis et cernis: et in ſeſtariis quinquaginta coclearia ſex
reconde: et uas ponis in fumo. In album colorem uina fuſca mutari aſſerunt: ſi
ex faba lomentum factum uino qs adiiciat: uel ouorꝝ trium lagenę infundat al
borem: diuq; cōmoueat: ſequenti die candidum reperiri. Quod ſi ex afra piſa
lomentum: adiiciat̃: eadem die poſſe mutari. Vitibus quoq; hanc eſſe naturā:
ut alba uel nigra ſi redigant̃ in cinerem uinoq; adiiciant̃: ei unāquāq; formam
ſui coloris imponere: ut ex nigra fuſcum: candidum uero reddat̃ ex alba: ea ra
tione. ſ. ut combuſti ſarmenti cineris modii unius menſura mittatur in dolio:
quod hēbit amphoras. x. et triduo ſic relictum poſt operiet̃ aut lutet̃. Album
uel (ſi ita uiſum fuerit) nigrum repperiri. xl. diebus exactis. Vinum quoq; aſ/
ſerunt ex molli forte ſic fieri. Altheę hoc eſt ibiſci folia uel radices aut eius cau/
lem tenerꝝ decoctum mitti: aut gypſum: aut ciceris cotulas duas aut cuꝑſſi pi/
lulas tres aut buxifolia q̄tum manus ceperit: aut apii ſemen et cinerem ſermen/
torꝝ: cuiuis flammę corpus reliqt exile omni ſoliditate detracta. Vinū uero ea
die ex auſtero lympidū atq; optimū fieri ſi grana pipis. x. piſtacea. xx. adiecto
modico uino ſimul cōteras: et ī ſex uini ſeſtarios mittas: diu oībus ante cōmo
tis: tūc requieſcere patiaris et coles uſui mox futurꝝ. Itē fęculentū ſtatim ī lym/
pidum reddi: ſi. vii. pini nucleos in unū uini ſeſtariū mittas diuq; cōmoueas et
paululū ceſſare patiaris: mox ſumere puritatē colariq; debere et in uſum referri.

Item quod cretenſibus oraculum pyrhii Apollinis monſtraſſe memoratur:fieri enim ſic candidum et ſumere uetuſtatis ſaporem:ſi ſquinantos uncias quattuor:aloes epatites uncias quattuor:maſticis optimę unciā unam:caſſię fiſtulę unciam:tundis uniuerſa et intenuiſſimū puluerem cribro excutiente deducis. Cum uero muſtum ferbuerit:deſpumabis:et omnia uuaꝝ grana : quę feruens in ſummum reiecit:expelles. Tūc gypſi triti atq; cribrati tres italicos ſeſtarios mittis in uini amphoras.x.poſt tamen ꝑtem quartam uini cōdiendi in alia uaſa trāſfundis:et ita gypſum adiicies:et doliū uiridi ac radicata cāna ꝑ biduum fortiter agitabis.tertia uero die ex ſupraſcriptis pulueribus quaterna coclearia cōpleta modeſtius in denas uini amphoras mittis:et uini ſicut ſupradictū eſt: quartam ꝑtem quā alibi diffunderas ſuꝑadicies.et doliū replebis : et item diu agitare curabis:ut ſpērum uis omne muſti corpus inficiat. Tunc operies atque adlinis relicto breui foramine:quo ęſtuantia uina ſuſpirent. Sed exemptis quadraginta diebus et hoc ſpiraculum claudis:et deinde cū libuerit : guſtas.illud memento ſeruare prę cęteris:ut quotiens uinum mouetᷣ inueſtis puer:hoc aut aliqs ſatis purus efficiat. Linimētū quoq; dolii nō gypſo : ſed ſarmētoꝝ cinere debebis inducere. Itē uinū qđ ſalutare cōtra peſtilētiā ſit:et ſtomacho ꝓſit:fieri hoc genere fertᷣ. In optimi muſti metreta una anteq̄ ferueat:tūſi abſynthii octo uncias linteo īuolutas dimittis:et exactis.xl.diebus curabis auferre. Id uinū refundis lagenis minoribus et uteris. Nūc cōdiūt primo amne muſti ſpumātis egeſto:qbus moris eſt gypſo uina medicari. Sed ſi natura lenius uinū eſt et ſaporis humecti:ī cōgiis cētū duos gypſi ſeſtarios miſiſſe ſufficiet. Qđ ſi uinū naſcitᷣ uirtute ſolidius:medietas abunde ꝑdictis poterit ſatis eſſe mēſuris.

Roſatum ſine roſa fieri. T. xv.

n Vnc roſatū ſine roſa facies ſic. Folia citri uiridia ſporta palmea miſſa in muſti nōdum feruentis uaſa deponis :et claudes. et exemptis.xl. diebus melle addito ad modum roſati cum placebit uteris.

De uinis pomoꝝ. T. xvi.

h Oc mēſe omnia:quę locis ſuis leguntᷣ: ex pomis uina conficies.

De oenomelli. T. xvii.

m Vſtū de maioribus et egregiis uitibꝫ poſt.xx.dies q̄ leuatū fuerit ex lacu:q̄tū uolueris ſumis :et ei mellis non diſpumati optimi qntā ꝑtē prius tritā fortiter donec albeſcat:admiſces.et agitabis ex canna radicata uehemēter. Mouebis aūt ſic ꝑ dies.xl.cōtinuos:uel qđ eſt melius qnquagīta:ita ut cū moueris:mūdo līteo tegas:ꝑ qđ facile cōfectio ęſtuāda ſuſpiret. Poſt dies ergo. L. mūda manu purgas quodcūq; ſuꝑnatabit:et ī uaſculo gypſo diligēter īcludis:et ad uetuſtatē reſeruas. Melius tamen ſi ī minora et picata uaſcula ꝓximo uere tranſfundas:et gypſata diligēter oꝑies:et ī terrena et frigida cella recōdas uel arenis fluuialibꝫ: uel eodē ſolo uaſcula ex aliq̄ ꝑte ſūmergas. Hoc nulla uitiatᷣ ętate:ſi tam diligenter effeceris.

De defruto:calœno:ſapa. T. xviii.

Vnc defrurű calœnű:ſapá:cőficies. Cum oía uno genere cőficianť ex
a muſto:modus his et uirturé mutabit et nomina. Ná defrurű a defer/
uẽdo dictű:ubi ad ſpiſſitudinẽ fortiter diſpumauerit:effectű ẽ. Calœ/
nű:cű tertia pdita duę partes remáſerit. Sapa ubi ad tertias redacta deſcẽderit:
quá tamẽ meliorẽ faciẽt cydonea ſimul cocta et igni ſuppoſita ligna ficulna.

De paſſo. T. xix.

Aſſum nunc fiet ante uindemiá:quod africa ſueuit uniuerſa cőficere:
p pígue atq; iocűdum:et quoad cődirű:ſi utaris mellis uice ab íflatiőe
te uídices. Legűtur ergo uuę paſſę ǭplurimę:et í fiſcellis clauſę iunco
factis aliquatenus rariore cőrextu uirgis primo fortiter uerberanť. deinde ubi
uuaꝝ corpus uis confuſionis exoluerit: cocleę ſuppoſita ſporta comprimitur.
Hinc paſſum eſt qcqd effluxerit:et conditű uaſculo mellis moré ſeruať.

De cydonite. T. xx.

Biecto corio mala cydonea matura in breuiſſimas ac tenuiſſimas par/
a ticulas recides:et ꝓiicies quod habeť interius. Dehinc in melle deco/
ques:donec ad menſuram mediam reuertať:et coquẽdo piper ſubtile
cő ſpergis. Aliter. Succű cydoneoꝝ ſeſtarios duos:aceti ſeſtariű unum ſemis:et
mellis duos ſeſtarios miſces:et decoques donec tota ꝑmixtio pinguedinẽ puri
mellis imiteť. Tűc triti pipis atq; zinziberis binas uncias miſcere curabis.

De fermento muſteoꝝ ſeruando. T. xxi.

X nouo tritico purgato farriculű facies:et muſto ſub pedibꝰ rapto cu/
e rabis ífundere:ita ut modio farris lagená muſti adiicias. Deinde ſole
ſiccabis:et itẽ ſimiliter ífűdis ac ſiccas. Hoc cű tertio feceris: panes ex
eo breuiſſimos ad modű facies muſteoꝝ:et í ſole ſiccatos uaſculis nouis fictili/
bꝰ recődis et gypſas ꝓ fermẽto:quo tpe áni muſteos faceŕ uolueris:hoc uteris.

De uua paſſa. T. xxii.

Vam paſſá grępcá ſic facies. Melioris acini et dulcis et lucidi botriőes í
u ipa uite torq̄bis:et patieris ſpőte íareſceŕ:deíde ſublatos í umbra ſuſpẽ
dis:et uuá diſtrictá cőponis í uaſculis:ſubſternis pápinos ſicco algore
frigẽtes:et manu cőprimis et ubi uas ípleueris:itẽ pápinos addis nihilominus
nő calẽteſ:et opculabis ac ſtatues í loco frigido ſicco:quẽ nullus fumus íſeſtet.

De horis. T. xxiii.

o Ctober martium ſimilibus umbris ſibi fecit ęquari.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Hora | .i. | pedes | .xxv. | Hora | .vii. | pedes | .vi. |
| Hora | .ii. | pedes | .xv. | Hora | .viii. | pedes | .viii. |
| Hora | .iii. | pedes | .xi. | Hora | .ix. | pedes | .xi. |
| Hora | .iiii. | pedes | .viii. | Hora | .x. | pedes | .xv. |
| Hora | .v. | pedes | .vi. | Hora | .xi. | pedes | .xxv. |
| Hora | .vi. | pedes | .v. | | | | |

# PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI VIRI ILLVSTRIS DE RE RVSTICA LIBER .XII.

## TITVLI MENSIS NOVEMBRIS.

De ſatione tritici farris hordei fabę cum diſciplina ſua:de lenticula mature ſerenda:de lini ſemine. T. i.
De pratis nouis inſtituendis:ponendis uitibus et ꝓpagãdis et circũfodiendis nouellis ac recidendis mergis. T. ii.
De uinea ueteri in iugo uel pergula reparanda. T. iii.
De putãdis uitibꝰ et arboribꝰ locis tepidis et oliuetis et faciẽdo oleo. T. iiii.
De oliuetis ponẽdis et curandis ęgris arboribus corbibus palis ridicis faciendis oleo laurino faciendo. T. v.
De hortis:in eo de allio ulpico cum diſciplinis:de cepullis et plantis carduorũ: de armoracea et cunela. T. vi.
De pomis:in eo de perſico:de pinu:de prunis:de caſtaneis cum omni diſciplina et pomis aliorũ menſium. T. vii.
De apibus:in eo de mundandis ac muniendis caſtris earũ. T. viii.
Remedium uitibus:quę ſine fruge luxuriant. T. ix.
Remedium ſterili uiti. T. x.
De roſario ex paucis uirgulis inſtituendo. T. xi.
Vt uua uſq; ad uer reſeruet̃ in uite. T. xii.
De gregibus ouili generis et caprini:et paſcendi ordine. T. xiii.
De glãdibus legẽdis. T. xiiii. De materie cędẽda. T. xv.
De tranſferendis arboribus maioris ętatis. T. xvi.
De oleo faciendo ſecundum gręcos et emendando. T. xvii.
Oleum liburnico ſimile. T. xviii.
Vt oleũ ſordidũ purges. T. xix.
De oleo odoris horrendi. T. xx.
De oleo rancido curando et emẽdando. T. xxi.
De cõdendis oliuis. T. xxii.
De horis. T. xxiii.

## MENSIS NOVEMBER.

De ſatione tritici farris hordei fabę cũ diſciplina:et de lẽticula ſerenda: et de lini ſemine. T. i.

HOC MENSE TRITICVM SEREMVS ET far ſatiõe legitima ac ſemẽte ſolẽni. Iugerũ utriuſq; ſeminis modiis. v. tenebit̃. Nũc et hordeũ maturũ adhuc ſeremus. In huius pricipio fabã ſpargimus: quę pĩguiſſimũ uel ſtercoratũ dſideras locũ: uel uallẽ quã ſuccus ueniẽs a ſũmitate fœcũdet. Pŕio ſerit̃: deĩde ꝓſcidit̃: et tũc ſulcat̃.

Occanda eſt large:ut tegi plurimum poſſit. Aliq locis frigidis dicunt in fabę
ſatione glebas nõ eſſe frãgendas:ut p eas gelicidiaꝝ tempore poſſint gramina
obumbrata defendi. Satiõe eius generis ſicut opinio habet:nõ fœcũdat terra:
ſed minus ledit. Nã Columella dicit:agrum frumentis utiliorẽ ꝓbari:q anno
ſupiori uacuus fuerit:q̃ q calamos fabaceę meſſis eduxit. Pĩgue iugeꝝ ſex mo/
dii occupãt:mediocre amplius. Spiſſo bene ꝓuenit. Macrum ſolũ nebuloſũq;
nõ patit. Curandum p̃cipue:ut luna.xv.ſerat:ſi adhuc ictum ſolis repercuſſa
non ſenſit. Aliq dicũt quartãdecimã potius eligendã. Sanguine caponis gręci
aſſerunt fabę ſeĩa macerata herbis aduerſantibus nõ noceri. Aqua pridie infuſa
citius naſci:nitrata aqua reſpſa cocturã nõ hẽre difficilẽ. Nunc ſerit prima lẽti/
cula ſicut februario mẽſe narratũ ẽ. Hoc ẽt toto mẽſe poterit lini ſemen aſpgi.

De pratis nouis inſtituẽdis:ponẽdis uitibus: et ꝓpagãdis et cir/
cũfodiendis nouellis. T. ii.

N huius maxĩe prĩcipio poſſumus ĩſtituerẽ noua prata:more quo dic/
i tum ẽ. Hoc etiã toto mẽſe locis calidis et ſiccis uel apricis erit uitium
celebrãda poſitio. Nunc et ꝓpago iurẽ ducet:et locis frigidis nouellas
uites:et arboꝝ plãtas circũfoderẽ atq; opire cõueniet:et ãte idus. Nunc mergus
hoc eſt ꝓpaginis curuatura poſt triẽnium q̃ pſſa fuerit:recidet a uite.

De uinea ueteri in iugo uel pgula reparanda. T. iii.

Vnc ac deĩceps uinea uetus quę ĩ iugo ẽ uel pgula:ſi robuſto et inte/
n gro trunco ſit:ablaqueata fimo ſatiet: et anguſtius putata ĩter q̃rtum
et tertium pedẽ a terra uiridiſſima pte corticis acuto ferramẽti mucro
ne feriat:ac foſſa frequẽtius ĩcitet. Nã (ſicut aſſerit Columella) ex eo loco ger
mẽ plurimum ꝓducit:et ueniẽte uere fundit materiã:q̃ uitis reparet antiqua.

De putãdis uitibus et arboribus locis tẽpatis et reliqs. T. iiii.

Vnc putatio autũnalis celebrat in uitibus et arboribus:maxime ubi
n inuitamur tepore ꝓuincię:et putant olivueta:et oliua cum uaria cœpit
eſſe:colligit:ex q̃ primum fit oleum. Nã cum tota nigreſcet:qđ ſpẽi
merito poſterauit:fundẽdi ubertate cõpẽſat. Eſt utilis oleaꝝ putatio cęteraꝝq;
arboꝝ ſi loci patit diſciplina:ut deciſis cacuminibus rami fluentes p latera ꝓna
fundant. Quod ſi regio inſolens et ĩcuſtodita cõtigerit:agẽdum prius toto ar
boris corpore ab ĩferiore pte purgato:ut altitudine aĩalium ſupergreſſa modus
trãſcendat iniurię:et arbor iam ſpatio ſuo tuta curet.

De oliuetis ponẽdis et curãdis ęgris arboribꝫ et reliqs. T. v.

Vnc etiã locis calidis ac ſiccis regiõibus oliueta ponunt:ſicut februa/
n rio diſputatum eſt. Amat hęc arbor arduo locoꝝ ſitu mediocriter ab
humorẽ ſuſpẽdi:ſcalpi aſſidue:lętaminis ubertate pĩgueſcerẽ:feracibus
uentis clęmenter agitari. Hoc etiã menſe oleis ſterilibus quę ſupra dicta ſunt
remedia faciemus. Nunc et corbes et pali et ridicę bene fieri poſſunt:etiã nunc
locis temperatis eſt laurini olei iuſta confectio.

De hortis. T. vi.

h Oc menſe alliũ bene ſerit̃ et ulpicũ terra maxı̃e alba foſſa et ſubacta ſine ſtercor̃. Sulcos ĩ areis facies: et ſeı̃a ĩ locis altioribꝫ ponẽſ. iiii. digitis ſepata neq; altiꝰ p̃ſſa. Sarculabis frequẽter: ĩde plus creſcẽt. Si capitatũ facere uolueris: ubi cœpit caulis ꝓdire ꝓculca: ſuccus reuertet̃ ad ſpicas. Fert̃ ſi luna ſub terris poſita ſerat̃: et irẽ ſub terris luna latẽte uellat̃: odoris fœditate carituꝝ. Vel paleis cõdita allia uel fumo ſuſpẽſa durabũt. Nũc et cepulla ſeri põt: et carduoꝝ plãta diſpõi: et armoracea ſerit̃ et cunela. De pomis. T vii.

h Oc mẽſe locis calidis: cęteris uero ianuario pſici oſſa ĩ paſtinatis agris ſũt ponẽda: binis a ſe pedibꝫ ſepata. Et cũ ibi plãtę excreuerĩt: trãſferãtur. Sed oſſa ponant̃ acumine deorſũ uerſo. Et nõ ãplius q̃ duobꝫ aut tribꝫ palmis obruãtur. Oſſa uero: quę ponẽda ſũt: aliq̃ ſiccata prius paucis diebus cineris mixtiõe terra ſoluta ĩ q̃lis reſeruãt. Ego uero uſq; ad ſerẽdi tẽpus ſine ulla cura ſępe ſeruaui. Locis qdẽ q̃libuſcũq; ꝓueniũt. Sed et pomis et frõdibus et durabilitate p̃cipua ſũt: ſi cęlũ calidũ ſolũ arenoſũ et humidũ ſortiant̃. Frigidis uero et maxı̃e uẽtoſis niſi obiectu aliquo defendant̃ ĩtereũt. Dũ tenera ſũt germina: ſępe herbis circũfoſſa liberent̃. Bimã plãtam recte trãſferemus ſcrobe breui. Nec a ſe lõge ſtatuẽdę ſũt: ut ĩuicẽ ſe a calore ſolis excuſent. Ablaqueãdę ſũt p autũnum: et ſuis ſtercorãdę foliis. Putãda pſicus ĩ eo eſt: ut arida et putrida tãtum uirgulta tollãtur. Nã ſiqd uiride reſecemus: areſcit. Lãguenti arbori ueteris uini fęces aquę mixtas oportet ĩfundi. Affirmãtibꝫ gręcis pſicus ſcripta naſcet̃: ſi oſſa eius obruas: et poſt dies. vii. ubi patefieri cœpint: aptis his nucleos tollas: et his cı̃nabari qd̃ libebit ĩſcribas. Mox ligatos ſimul cũ ſuis oſſibꝫ obruas diligẽtius adhęrẽtes. Genera eoꝝ ſũt hęc: duracina: pſica: armenia. Si hęc arbor ardore ſolis ĩareſcit: frequẽti aggeſtiõe cumulet̃. Veſptino iuuet̃ humore: obiectis defendat̃ umbraculis. Iuuat ĩ ea et ſpoliũ ſerpentis appendi. Nunc iã cõtra pruinas ſtercus ĩgerat̃ pſico: uel fęces uini cũ aqua pmixtę: uel qd̃ magis ꝓdeſt: aqua in qua faba decocta eſt. Si uermes pſicus patit̃: cinis eos amurcę mixtus extĩguit: uel bouis urina cũ aceti tertia parte confuſa. Si poma caduca ſunt: nudatę radici eius uel trũco lentiſci aut therebinti cuneus affigit̃: uel terebratę ĩ medio palus ſalicis imprimet̃. Si poma rugoſa creabit aut putrida: circa imũ trũcum cortex recidat̃: et cũ inde modicus humor effluxerit: argilla uel paleato luto plaga retegat̃. Magna poma perſicus affert: ſi florenti p triduũ ternos ſeſtarios caprini lactis ingeſſeris. Cõtra uitia pſici ꝓficit ſpartum ligatum uel ſpartea ſuſpenſa de ramis. Mẽſe ianuario uel februario locis frigidis: nouẽbri calidis pſicus inſerat̃: maxime circa terram ſurculis plenioribus et ꝓpe arborẽ natis. Nam cacumina uel non tenebunt: uel diu durare non poterunt. Inſerit̃ in ſe in amygdalo in pruno. Sed armenia uel pſica prunis: duracina amygdalis melius adhęreſcunt: et tempus ętatis acquirunt. Menſe aprili uel maio locis calidis: in italia uero utroq; exeunte: uel iunio pſicus ĩoculari

poteſt: quod implaſtrari dicitur: p̄ciſo ſuper trunco et implaſtratis pluribus gēmis: more quo dictū eſt. Perſicus rubeſcit ſi platano inſerta figatᷓ. Duracina ſeruantᷓ cōdita muria et oximelle. Vel detractis oſſibus ficoꝝ more ī ſole ſiccantᷓ: ac pēdent. Itē ſępe uidi detractis oſſibus duracina melle condiri et ſaporis eſſe iocūdi. Itē bene ſeruantᷓ: ſi umbilicū pomi gutta picis calētis oppleueris: ut ſic ſępe innatare cogantᷓ uaſe cōcluſo.

De pinu.

p Inus creditur ꝓdeſſe omnibus quę ſub ea ſeruntur. Pinum ſeremus nucleis ſuis calidis et ſiccis regionibus menſe octobri uel nouembri: frigidis et humectis februario uel martio. Amat locū gracilem ſępe maritimū: īter mōtes et ſaxa uaſtior et ꝓcerior īuenitᷓ. Ventoſis et humidis arboꝝ fiūt īcrementa lętiora. Sed ſiue mōtes uelis cōſerere: ſeu ſpatia quęcū ꝗ: hęc huic generi deputabis: quę alteri utilia eſſe nō poſſūt. Exarabis ergo ea loca diligenter atq; purgabis: et frumenti more ſemen aſp̄gis: ac leui ſarculo cura bis opire: nec. n. pluſq̄ palmo debet abſcōdi. Defendenda eſt tenera arbor a pecore: ne calcetᷓ īualida. Proficiet ſi nucleos aqua ante triduū macerabis. Aliqui dicūt fructū pineū traſlatiōe miteſcere. Sed plātas hoc modo ꝓcurāt: ut prius multa ſemina ī caliculis terra et fimo repletis obruāt. Quę ubi ꝓceſſerint: relicto eo qđ ſolidius eſt: auferūt alia. Vbi iuſtum cęperit īcrementū: trimā plantā cū ipſis caliculis trāſferunt: q̄bus fractis ī ſcrobe īdulgent radicibus largitatem. Terrę tamen equę ſtercus admiſcent: facientes ſtraturā alterno ordine ſubide creſcentem. Seruandum eſt tamen: ut radix eius quę una et directa eſt: uſq; ad ſūmitatem ſuā poſſit integra et illęſa transferri. Putatio nouellas pini arbores tantum ꝓmouet (quod expertus ſum) ut quę ſpaueras incrementa: duplicentᷓ. Nuces pineę et uſq; in hoc tempus ī arbore eſſe poſſunt et maturiores legentᷓ. Prius tamen legendę ſunt: q̄ putreſcāt. Nuclei niſi purgati durare nō poſſunt. Tamen aliq̄ in uaſis fictilibus nouis et terra repletis cum teſtis ſuis miſſos aſſerunt cuſtodiri.

De pruno.

p Runa ſi oſſibus ſerantᷓ autūno menſe nouembri ſolo putri et ſubacto duobꝫ palmis obruantᷓ. Oſſa eadem ponantᷓ et menſe februario. Sed tunc prius lexiuo ſunt macerāda p̄ triduum: ut cito germinare cogātur. Ponuntᷓ et plātis quas ſumemus ex codice menſe ianuario exeunte uel februario circa idus radicibꝫ fimo oblitis. Gaudent loco lęto et humido: cęlo tepido melius ꝓferuntᷓ: tamen queunt et frigidum ſuſtinere. Locis lapidoſis et glareoſis ſi iuuantᷓ lętamine: excuſāt ne poma caduca et uermiculoſa naſcantᷓ. Extirpādę ſunt ſoboles a radice: exceptis rectioribus quę ſeruabuntᷓ ad plātas. Si lāguida pruni arbor eſt: amurca cū aqua ęqualiter tempata radicibus debet īfundi. Vel bubulum lotium ſolum uel humanum uetus cū duabus aquę partibus mixtum. Vel cineres ex furno et maxime ſarmentoꝝ. Si poma decurrāt: oleaſtri epityꝝ terebratę infige radici. Vermes eius atq; formicas rubrica cum pice liq̄da ſi adlinatᷓ: extīguet. Sed modeſtius ꝑ arboris noxā: ne idem faciat

remedium quod uenenum. Iuuatur frequenti humore et aſſidua foſſione. Mẽ
ſe martio extremo prunus inſerit̃ melius trũco fiſſo q̃ cortice. Vel menſe ianua
rio anteq̃ incipiat gumen lachrymare. Inſerit̃ in ſe: et pſicum recipit uel amyg
dalũ uel malũ: ſed eã degenerẽ reddit et paruã. Pruna ſiccãt̃ ĩ ſole p crates loco
ſicciore depoſita. Hęc ſunt quę damaſcena dicunt̃. Alii in aqua marina uel in
muria feruẽte recens lecta pruna demergũt: et inde ſublata: aut in furno tepido
faciũt aut in ſole ſiccari.

De caſtanea.

Aſtanea ſeritur et plãtis: quę ſponte naſcũtur: et ſemine. Sed quę plan
e tis ſerit̃: ita ęgra ẽ: ut biẽnio de eius uita ſępe dubitet̃. Serẽda eſt ergo
ip̃is caſtaneis: hoc ẽ ſeminibꝰ ſuis: mẽſe nouẽbri et decẽbri: itẽ februa
rio eligẽdę ſũt caſtaneę ad ponẽdũ recẽtes grãdes maturę. Quas ſi nouembri
mẽſe ſeramus: facilẽ ſe p̃ſentia fructus ip̃ius p̃ſtat. Si uero februario ponamus:
ut uſq; tũc durẽt: ita faciẽdũ ẽ. In umbra caſtaneę ſiccẽtur expãſę. Tũc ĩ angu
ſtũ et ſiccũ locũ trãſlatę cumulũ faciũt: et eas oẽs fluuialis arena diligẽter ope
riat. Poſt dies. xxx. eas remota arena ĩ aqua frigida mittis. Quę ſanę ſunt: mer
gunt̃: ſupnatat quęcũq; uexata eſt. Itẽ q̃s ꝓbaſti: ſimiliter obrues: et poſt. xxx.
dies ęque ꝓbas. Hoc cũ tertio feceris: uſq; ad ueris initiũ ſerẽ debebis quę mã
ſerint illibatę. Aliq ĩ uaſculis ſeruãt arena pariter miſſa. Amãt ſolũ molle et ſo
lutũ: nõ tamen arenoſum. In ſabulone ꝓueniũt: ſed humecto. Nigra terra illis
apta ẽ: et carbũculus et tofus diligẽter ĩfractus. In ſpiſſo agro et rubrica uix ꝓ
uenit. In argilla et glarea nõ põt naſci. Diligit cęli ſtatũ frigidũ: ſed et tepidũ
nõ recuſat: ſi humor aſſenſerit. Delectat̃ cliuis et opacis regionibꝰ: ac maxime
in ſeptẽtrionẽ uerſis. Paſtinari ergo locus debebit: q huic deſtinat̃ arbuſto alti
tudine pedis unius ſemis uel duoꝝ. Vel torus aut ſulcis ĩ ordinẽ deſtinatis: aut
certe aratris reſolui hĩc inde findẽtibꝰ. Qui fimo ſariatus ac redactus ĩ puluerẽ:
caſtaneaꝝ ſemẽ accipiat nõ ãplius pedis dodrãte demerſũ. Vnicuiq; ſemini ꝓp
notã ſurculus debet affigi. Ip̃a ſemina ſingulis locis ſimul terna uel q̣na ponãt̃:
et ĩter ſe q̃ttuor pedũ ſpatio ſeparẽtur. Quibꝰ transferre placuerit: binas plantas
trãſferre debebũt. Locus tamen deductoria liquoriſ accipiat: ne humor ĩſidens
limo germen extinguat. Cui placet: põt caſtaneę in ꝓpaginem ducere ima uir
gulta: quę ĩ radice naſcũt̃. Nouũ caſtanetũ circũfodi debet aſſidue. Mẽſe mar
tio et ſeptẽbri ĩcremẽtũ maius acqris: ſi putationibꝰ adiuuet̃. Caſtanea inſerit̃
(ſicut ꝓbaui ipſe) ſub cortice mẽſe martio uel aprili: tamen genere utroq; reſpõ
det. Põt et ĩoculari. Inſerit̃ ĩ ſe et ĩ ſalice: ſed ex ſalice tardiꝰ maturat: et fit aſpi
or ĩ ſapore. Caſtaneę ſeruãtur uel ĩ cratibꝰ diſpoſitę: uel ĩtra ſabulonẽ ne inuicẽ
tãgant̃ ĩmerſę: uel ĩ uaſculis fictilibꝰ nouis conditę: et loco ſicciore defoſſę: uel
ĩcluſę uirgeis ex fago receptaculis et lutatę ut ſpiracula nõ reliquas: uel hordei
paleis minutiſſimis obrutę: uel paluſtri ulua figuratis dẽſioribꝰ ſportis recluſę.

De pomis aliis.

h Oc mẽſe locis calidis ac ſiccis regiõibus agreſtiũ piroꝝ plantas poni

mus:quas poſtea poſſumus īſerere:et maloꝝ uel mali punici et cydonei et citri et meſpili fici ſorbi ſiliquę et plãtas agreſtis ceraſi poſt īſerẽdas et mori taleas et amygdali ſemina et nuces iuglãdes:ſi ī ſeminariis quo dictũ ẽ more pãgant.

De apibus. T. viii.

Vius mẽſis initio apes ex tamariſci floribus reliqſq; ſilueſtribꝰ mella

h cõficiũt. Quę auferẽda nõ ſunt:qa ſeruãtur hyberno. Eodẽ mẽſe ſordibus liberãdi ſũt aluei:qa tota hyeme eos mouere aut apire nõ poſſumus. Sed hęc die aprico tepidoq; faciẽda ſunt:et pẽnis maxīe auiũ maioꝝ quę habẽt rigorẽ:uel aliquo ſimili oĩa īteriora mũdent:quo manus nõ ualebit attīgere. Tũ rimas oẽs quę ſũt extrīſecus luto et fimo bubulo mixtis linamus. Et ſup geneſtis uel aliis tegumẽtis ſimilitudinẽ porticus imitẽtur:ut poſſint a frigore et rẽpeſtate defẽdi.

Remediũ uitibꝰ quę ſine fruge luxuriãt. T. ix.

Ocis calidis et apricis uites:quę fructu carẽt:frõde luxuriãt:et paupe

l riẽ fœtuũ cõpẽſant ubertate folioꝝ:nũc putarĩ pſſius cõueniet:frigidis uero mẽſe februario. Si pmanebit hoc uitiũ circũfoſſas arena fluuiali uel cinere debebimus aggerare. Quidã lapides īſerũt īter fluxuoſa radicum.

Remedium ſterili uiti. T. x.

Iſdẽ tpibus et locis uitẽ:quę ſterilis fuerit:greci ita pcipiũt eẽ curãdã.

h Trũco eius fiſſo lapidẽ afferũt īcludẽdũ: et ibi urinę ueteris humanę qttuor cotulas circa trũcũ debẽt diffũdi:ut ad radices īſtillatio ipa deſcẽdat. Tũc adiiciẽdũ terra lętamen admixta circa radices ſolũ omne uertẽdũ.

De roſario ex paucis uirgultis inſtituendo. T. xi.

Vbuis mẽſe februario ſint cõſerẽda roſaria: tamẽ locis calidis apricis

q atq; maritimis hoc etiã mẽſe poterimus īſtitueꝛ roſeta. Quę ſi īdigus plãtaꝝ uolueris ex paucis uirgulis habeꝛ copioſa:qternoꝝ digitoꝝ ſurculos gẽmãtes cũ geniculis ſuis debebis excidere:et ī modũ ꝓpaginis ſterneꝛ: ſtercore ac rigationibus adiuuare. Vbi ãni ętatẽ cõpleuerint: pedis ſpatio inter ſe trãſſerre diſiũctos:atq; ita ſolum quod huic generi deputabis implere.

Vt uua uſq; ad uer reſeruet in uite. T. xii.

Ręcis afferẽtibꝰ:ut uuã ſerues ī uite uſq; ad ueris initia:circa ipſã uitẽ

g quę fructu plena ẽ:loco umbroſo ſcrobẽ fodies altitudine triũ pedũ: latitudine duoꝝ:et mittis ſabulonẽ:et ibi calamos figis:ī qbus retorques aſſidue ſarmẽta fructibꝰ plena:et illęſis bottiõibꝰ alligabis:ut ſolũ nõ cõtingat:et coopies ut īber eo penetrarĩ nõ poſſit. Itẽ gręcis docẽtibꝰ uuas uel poma ī uite aut arbore ſi diu ſeruarĩ uolueris:uaſculis clauſa fictilibꝰ ab ima pte pertuſis diligẽter a fũmo tecta ſuſpẽde:quãuis poma et gypſo coopta ī lõgã ſeruent ętatẽ.

De gregibus ouili generis et caprini. T. xiii.

Oc mẽſe agnoꝝ prima generatio ẽ. Sed agnus ſtatim natus uberibus

h maternis admouẽdus ẽ. Manu priꝰ tamẽ exiguũ lactis ī quo ſpiſſior eſt natura mulgẽdũ:quod paſtores coloſtrã uocãt:nãq; hęc agnis niſi

ET

auferatur nocebit. Ac primo p biduum natus cũ matre claudatur. Tunc ſeptis obſcuris ferueť et calidis: ita ſecluſo paruulorꝫ grege matrices mittať ĩ paſcua. Sufficiet aũt priuſq̃ pcedãt matrices mane: et cum ſaturę reuertunť ad ueſpam agnis ubera hauriẽda pmittere.. Qui donec firmenť ĩter ſtabulũ furfuribꝫ uel medica herba: uel (ſi ẽ copia) farina hordei paſcanť ĩgeſta: donec cõceptũ pau liſp robur ętatis paſcuũ matribꝫ poſſint hr̃e cõmune. De paſcẽdi ordine.

p Aſcua ouilo generi utilia ſunt: quę uel ĩ noualibus uel ĩ pratis ſicciori bus excitanť. Paluſtria uero noxia ſũt: ſiluestria dãnoſa lanatis. Salis tamen crebra reſpſio uel paſcuis mixta uel canalibus frequẽter oblata debet pecoris leuare faſtidiũ. Nã p hyemẽ ſi penuria ẽ: fœnũ uel palea uel uicia uel facilior uictuſ ulmi ſeruatis frõdibus prębeať aut fraxini. Aeſtiuis mẽſibus paſcanť ſub lucis initio: cũ graminis teneri ſuauitatẽ roris mixtura cõmendat. Quarta hora caleſcente potus puri fluminis aut putei prębeať aut fontis. Medios ſolis calores uallis aut arbor umbroſa declinet. Deĩde ubi flexo iã die ardor ĩfringiť: et ſolũ primo imbre ueſptini roris humeſcit: gregẽ reuocemus ad paſcua. Sed canicularibꝫ et ęſtiuis diebꝫ ita paſcẽdę ſunt oues: ut capita gregis ſemper auertanť a ſolis obiectu. Hyeme aũt uel uere niſi reſolutis gelicidiis ad paſcua pdire nõ debẽt. Nã pruinoſa herba huic generi morbos creabit: ac tunc ſemel adaq̃re ſufficiet. Gręcas oues ſicut apulas uel altinas moris ẽ potius ſtabulo nutrire q̃ cãpo: et ptuſis tabulis ſolum ĩ quo claudenť ĩſternere: et ſic tuta cubilia pter iniuriã pcioſi uelleris humor reddat elabens. Sed tribus p ãnum totum diebus aprico die lotas oues ungere oleo oportebit et uino. Propter ſerpentes: q pleſq; ſub pſepibus latent: cędrum uel galbanũ uel mulieris capillos aut ceruina cornua frequenter uramus. De capris.

n Vnc hirci admittendi ſunt: ut fœtũ primi ueris fouere poſſit exortus. Sed caper eligẽdus ẽ: cui ſub maxillis duę uidenť pẽdere uerrucule. Magni corporis: craſſis cruribus: breui planaq; ceruice: auribus flexis et grauibꝫ: paruo capite: nitido ſpiſſo et longo capillo. Ad ineũdas fœminas et ãte ãniculũ cõgruus. Nõ aũt durat ultra ſexẽniũ. Capella ſimilis corporis: ſed magnis uberibꝫ eſt legẽda. Nõ tamen ita multę capre ut oues una ſtatiõe claudanť: quã luto et ſtercore carere cõueniet. Hędis ſupra lactis abundantiã edera et arbuti et lentiſci cacumina ſunt ſępe pbenda. Trimę educare optime poſſũt. Quod teneriores matres generant tranſigendum eſt. Sed ultra. viii. annos ſeruandę nõ ſunt matrices: quia genus hoc longiori ſterileſcit ętate.

De glandibus colligendis. T. xiiii.

h Oc tempore glandis legendę ac ſeruãdę cura nos excitet: quod opus fœmineis ac puerilibus ſtudiis celebrabiť facile more baccarꝫ.

De materie cędenda. T. xv.

n Vnc materies ad fabricã cędenda eſt: cum luna decreſcit. Sed arbores quę cędenť: uſq; ad medullã ſecuribꝫ reciſas aliquãdiu ſtare patieris:

ut p eas partes humor ſiq̃s in uenis continetur:excurrat. Vtiles autem ſunt hę maxime. Abies quã gallicam uocãt:niſi pluat:leuis rigida et in opibus ſiccis perẽne durabilis. Larix utilliſſima ex qua ſi tabulas ſuffigas tegulis ĩ fronte atq; extremitate tectoꝝ:pręſidiũ cõtra ĩcẽdia cõtuliſti. Neq;.n. flãmã recipiũt: aut carbones creare poſſũt. Quercus durabilis ſi terrenis opibus obruat:et aliq̃re- nus palis. Aeſculus ędificiis et ridicis apta materies. Caſtanea mira ſoliditate pdurat ĩ agris et tectis et opibus cęteris ĩteſtinis:cuius ſolũ põdus ĩ uitio ẽ. Fagus ĩ ſicco utilis:humore corrũpit. Populus utraq; ſalix et tilia ĩ ſculpturis neceſſarię. Alnus fabricę ĩutilis:ſed neceſſaria:ſi humidus locus ad accipiẽda fundamẽta paladus ẽ. Vlmus et fraxinus ſi ſiccent rigeſcũt:ãte curuabiles:cathenis utiles habent. Carpinus utilliſſima. Cupſſus egregia. Pinus niſi ĩ ſiccitate nõ durãs:cui cõtra celerẽ putredinẽ cõperi ĩ ſardinia hoc genere puideri:ut exciſę trabes eius aut ĩ piſcina q̃libet ãno toto merſę laterẽt poſt opi futurę:aut arenis obruerent ĩ littore:ut aggeſtionẽ qua tectę eſſent alternis ęſtib9 reciprocãs fluctus allueret. Cędrus durabilis niſi humoĩ tãgat. Quęcũq; aũt ex pte meridiana cędunt: utiliores ſunt:quę uero ex ſeptẽtriõali pceriores:ſed facile uitiant.

De transferendis arboribus maioris ętatis. T. xvi.

h Oc mẽſe locis ſiccis calidis et apricis maiores arbores trãſferemus trũcatis ramis nllęſis radicib9:multo ſtercore et rigatiõib9 adiuuãdas.

De oleo faciẽdo ſecũdũ gręcos et emẽdãdo. T. xvii.

Ręci ĩ cõficiendi olei pceptis iſta iuſſerũt. Tãtũ legẽdũ eſſe oliuę:q̃tũ

g nocte ueniẽte poſſumus exprimere. Molã primo oleo debeĩ leuiter eẽ ſuſpenſã:oſſa.n.cõfracta ſordeſcũt:q̃re de ſolis carnib9 ſit prima cõfectio. Salignis caniſtros fieri debere uirgultis:qa genus hoc oleũ dicit adiuuare. Nobili9 erit qd̃ ſpõte defluxerit. Sales deĩde ac nitrũ iubẽt nouo oleo miſceri: ut hęc res ſpiſſitudinem eius abſoluat. Deinde cũ amurca ſubſederit:oleũ pur xxx.dieb9 exactis ĩ uitrea uaſa trãſferri. Secũdũ ſimili diſciplina fieri:ſed mo- la fortiore q̃ſſari. Oleum liburnico ſimile. T. xviii.

Leum primum liburnico ſimile fieri aſſerunt gręci:ſi ĩ optimo uiridi

o ĩ ulã ſiccã et lauri folia et cypeꝝ oĩa ſimul tuſa et ſubtiliter creta pmiſceas cũ ſalibus torrefactis ac tritis:et diu oleo iniecta pturbes. Debĩc tribus aut aliq̃to amplius diebus cum quieſcet:utaris.

Vt oleum ſordidum purges. T. xix.

ſ I ſordet oleũ:frictos et adhuc calentes ſales iniici iubent:et diligenter operiri. Ita mũdum reddi poſt tempus exiguum.

De oleo odoris horrendi. T. xx.

ſ I fuerit odoris horrendi:uirides oliuas ſine oſſibus tũdi:et ĩ olei metreta chœnicas duas mitti. Si baccę defuerĩt: caules tenerrios oleę ſimiliter eſſe tũdẽdos. Nõnulli utraq; pmiſcẽt addito etiã ſale. Sed oĩa ĩtra lĩteũ cluſa ſuſpẽdũt: atq; ita ĩ uas olei demittũt. Poſtea trib9 dieb9 exẽptis

auferunt:et oleum in alia uaſa tranſſundunt. Quidam mittunt uetuſtum late/
ré torrefactũ. Pleriq; hordeaceos panes breuiter figuratoſ et raro lĩteo ĩuolutos
mergũt:et nouos ſubĩde ꝑmutãt. Vbi hoc bis aut tertio fecerĩt:ſales mittũt:et
ĩ alia uaſa trãſlatũ ꝑ paucos dies ſubſidere patiunť. Qđ ſi aĩal forte deciderit:et
oleũ putredĩe ac nidore uitiarit:iubẽt gręci coriãdri mãipulũ ĩ olei metrera ſuſ
pẽdi:atq; ita paucis diebꝫ mãere. Si nihil de horrorẽ decuſſerit:mutãdũ ẽ coriã/
drũ:donec ſupet́ hoc uitiũ. Sed maxĩe ꝓderit:poſt ſenos dies ĩ uaſa mũda trãſ
ferre:melius ſi acetũ ãte uexerũt. Quidã fœni gręci ſemẽ ſiccũ tritũq; ꝑmiſcẽt.
Vel ĩcẽſos oleaginos carbões ĩ ipo oleo frequẽter extiguũt. Si acerbꝫ odor fue
rit:uuę ex cremẽta quę gręci γιγαρτα uocãt:ꝑcipiũt tuſa et ĩ maſſam redacta
merſari.

De oleo rãcido curãdo. T. xxi.

Leũ rãcidũ gręci aſſerunt ſic poſſe curari. Albã cęrã mũdo et optimo
o oleo reſolutã et adhuc liquentẽ mitti ĩ oleo iubent. Tunc ſales frictos
calentes addi:opiri:atq; gypſari. Sic fieri ut oleũ purget́ ſapore et odo
re mutato. Oleũ tamẽ omne ĩ terrenis locis eſſe ſeruãdũ : et eã eius eſſe naturã:
ut ſole uel igne purget́. Vel aqua feruenti ſi ſimul miſceant́ in uaſculo.

De condiendis oliuis. T. xxii.

Oc etiã mẽſe oliuas cõdiem9. Harꝝ genera ſũt diuerſa. Colũbares oli/
h uę fiũt ſic. Alternis cratibꝫ oliuarꝝ puleiũ ſpargis et mel et acetũ:et ſa/
les modice ſtratura ĩtercedẽte ſuffundes. Itẽ ſternes oliuas ſupra ſurcu
los fœniculi uel aneti ſiue lẽtiſci:et ramis oliuę ſubditis aceti heminã et muriã
ſuffundis:et has cõſtructiões uſq; ad uaſculi plenitudinẽ patieris ĩſurgere. Ali/
ter. Electas oliuas muria maturabis:poſt. xl. dies muriã fundis uniuerſã. Tũc
duas defruti ꝑtes:aceti unã:mẽtã minute ĩciſã uaſculo adiicies:et oliuas reple/
bis:ut iuſta ĩfuſiõe ſupnaret. Aliter. Oliuas manu lectas una nocte ĩtegra ĩ bal/
nei uapore eẽ patieris tabulę uel crati ſuppoſitas. Mane balneis exẽptas ſalibus
tritis cõſparges:et uteris. Quę nõ ãplius q̃. vii. dies poterunt cuſtodiri. Aliter.
Oliuas illęſas primo mittis ĩ muria:poſt dies. xl. leuabis:atq; ĩtercidis acuto ca
lamo. Et ſi dulciores haberẽ uolueris:duas ſapę ꝑtes et aceti unã :ſi acriores:ace
ti duas et ſapę unã debebis ĩfundere. Aliter. Paſſi ſeſtariũ unũ cineris bene creti
q̃tũ manus utraq; geſtabit : uini ueteris unũ ſemiciculũ et aliq̃tũ cupſſi folioꝝ
mixtis oĩbꝫ oliuas ĩfũdis ĩculcas:et ſubĩde cruſtã faciẽdo ſaturabis : donec ad
uaſculoꝝ ſũma ora ꝑuenias. Aliter. Oliuas q̃s iacẽtes reppꝫris:rugis cõtrahẽti/
bus criſpas colligis:et ſalibꝫ tritis reſpſas expãdis:donec ſole ĩareſcãt. Tũc ſub/
ſtrato lauro alternas crates baccarꝝ ſępius ordinabis. Tũc defrutũ cũ ſatureię fa
ſciculo duabꝫ aut tribꝫ undis feruerẽ patieriſ. Et poſtq̃ tepuerit:ſupra cõpoſitas
baccaſ ĩfũdeſ admixto ſale paululo et origãi faſce cõiecto:ſupra ius oẽ ꝑfũdiſ.
Aliter. Lectas baccaſ ex arborẽ ſtatĩ cõdieſ:rutã et petroſelinũ ſterneſ ĩter ſpatia
ſtructiõiſ:et ſubĩde ſeminati ſaliſ aſpſiõe cumulabiſ. Poſtremũ mel et acetũ ſu/
ꝑfũdiſ. Nouiſſime optimi olei q̃tũcũq; miſcebiſ. Aliter. Legiſ oliuaſ ex arbore

nigras:et cõpoſitas muria dilues. Tunc ollę adiicis mellis ptes duas:uini unã: defruti dimidiã· Et ubi ſimul deferbuerit deponis:ac pmoues et acetũ miſces. Cũ refrixerit:ſup oliuas origãi ſurculos ſternis:et ſupra ius oẽ diffũdes. Aliter Oliuas manu lectas cũ pediculis aq̃ ſpargis tribꝫ diebꝫ. Deĩde mittis ĩ muria: et poſt. vii. dieſ exẽptas ĩ uaſe adiiciſ cũ muſti et aceti ęqs põderibus. Et ĩpletũ uas ita opies:ut aliq̃ ſpiramẽta dimittas.

De horis. T. xxiii.

n Ouẽbrem et februariũ ratio temporis per horas duxit equales:

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Hora.i. | pedes | .xxvii. | Hora | .vii. | pedes | .viii. |
| Hora .ii. | pedes | .xvii. | Hora | .viii. | pedes | .x. |
| Hora .iii. | pedes | .xiii. | Hora | .ix. | pedes | .xiii. |
| Hora .iiii. | pedes | .x. | Hora | .x. | pedes | .xvii. |
| Hora .v. | pedes | .viii. | Hora | .xi. | pedes | .xxvii. |
| Hora .vi. | pedes | .vii. | | | | |

## PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI VIRI IL/ LVSTRIS DE RE RVSTICA LIBER .XIII. TITVLI MENSIS DECEMBRIS.

De ſerendis frumentis et faba et lini ſemine. T. i.
De fodiẽdis paſtinis:et cędenda materie palis et ridicis:et oleo laurino ac myr tino. T. ii.
De hortis:in eo de lactuca allio ulpico cepulla ſinapi et cunela. T. iii.
De pomis:in eo de ypomelidibus et alioꝝ menſium pomis. T. iiii.
De rapis condiendis. T. v.
De echinis et pnis et lardo ſaliendis et auiũ laqueis diſponẽdis. T. vi.
De horis. T. vii.

## MENSIS DECEMBER.

De ſerendis frumentis faba et lini ſemine. T. i.

n VNC SERVNTVR FRVMENTA TRITI/ cũ far hordeũ:q̃uis hordei ſatio iam ſera eſt. Et faba circa ſeptimũ idus ſeri põt. Nã poſt exactã brumã male ſemi/ nant̃. Hoc ẽt mẽſe adhuc lini ſemẽ ſpgi poterit:uſqꝫ. vii. idus decẽb.

De fodiendis paſtinis et cędenda materie. T. ii.

n Vnc ad ĩſtituẽdas uites:ſed poſt idus paſtina ĩchoemus effodere:ſicut ãte tractatũ eſt. Et materiẽ bene hoc menſe cędemus. Palos quoqꝫ et corbes faciemus et ridicas. Et locis frigidis oleũ faciemus ex lauro:et myrti baccas atqꝫ lentiſci ĩ olei ſui cõfectione quaſſabimus; et uinum myrtite ſicut dictũ eſt ante tingemus.

De hortis. T. iii.

Oc tẽpore ſerenda eſt lactuca: ut planta eius februario tranſferat᷑. Etiã
h nunc alliũ et ulpicum et cepullę et ſinapi et cunela ſeri poterunt: diſci-
plina et more quo ante narratum eſt.

De pomis. T. iiii.

Pomelides poma ſunt (ut Martialis aſſerit) ſorbo ſimilia. Mediocri
y arbore naſcũtur: et flore cãdidulo. Dulcedo huic fructui cũ acuto ſa-
pore cõmixta eſt. Serit᷑ mẽſe decẽbri nucleis in uaſculis poſitis. Menſe autẽ februario ypomelidis plãta ſed pollicis magnitudine robuſta tranſfert᷑ breuiſſimo ſcrobe ſoluta terra plurimo ſtercore. Sed muniẽda ẽ: qa cito areſcit: ſi radices illi uẽtus afflauerit. Terrã ꝗlẽcũqȝ nõ reſpuit. Amat loca tepida aprica maritima et ſępe ſaxoſa. Statum rigidum reformidat. Inſeri nõ poteſt: exigua durat ętate. Poma eius aut in picatis et munitis urceolis aut ſcobe populi aut ĩ ollis inter uuas uinaciis obruta ſeruabunt᷑.

De rapis condiendis. T. v.

Vnc rapa ĩ partes minutas reciſa et leuiter cocta et tota die diligẽtius
n exiccata nequid reſeruẽt humoris: et ſinapi ex aceto (ſicut moris eſt)
temperato: mergere et condire curabimus: et repleta uaſa claudemus: ac poſt aliquantos dies guſtibus explorata ꝓferemus uſuri. Quam rem ianuario quoqȝ et nouembri menſe poterimus efficere.

De echinis et ꝑnis et lardo ſaliẽdis: et auiũ laqueis diſponẽdis. T. vi.

Vnc etiã quibus littus ĩ fructu eſt: ubi lunę iuuabit augumẽtum quę
n omnium clauſoꝝ maris animaliũ atqȝ conchaꝝ iubet incremento ſuo
membra turgere: echini carnes ſalibus cõdire curabunt. Quod ſolito more conficitur. Hanc quoqȝ rem per omnes mẽſes bene faciemus hybernos. Pernas etiam et lardum conficimus non ſolum menſe hoc: ſed omnibus quos hyemalis algor aſtringit. Tempore hoc per humiles ſiluas et baccis fœcunda uirgulta ad turdos cęteraſqȝ aues capiendas laqueos expedire conueniet. Hoc uſqȝ in martiũ menſem tendetur aucupium.

De horis. T. vii.

d Ecembrem ianuario in horis cauſa diſpar adiunxit: cum linea ſimili
ille augeatur: iſte decreſcat.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Hora | .i. | pedes | xxix. | Hora | .vii | pedes | .x. |
| Hora | .ii. | pedes | xix. | Hora | .viii. | pedes | .xii. |
| Hora | .iii. | pedes | xv. | Hora | .ix. | pedes | .xv. |
| Hora | .iiii. | pedes | .xii. | Hora | .x. | pedes | .xix. |
| Hora | .v. | pedes | .x. | Hora | .xi. | pedes | .xxix. |
| Hora | .vi. | pedes | .ix. | | | | |

h

IC PALLADII Libellus quãuis nõ adeo obſcurus ſit ut lucis egere uideatur. Quippe quę hic uerſu canũtur ſupra ꝓſa oratione eadem fere demõſtrata ſunt. tamen ne nudus omnino exeat: neue Columellę horto inuideat: nonnulla ex Codri grãmatici bononienſis dictis excerpta illi circũfudimus. Quę et ſi peritum lectorem non docebunt: minus tamen doctum nonnihil adiuuabunt. Palladius ipſe rei ruſticę peritiſſimus. xiii. libros de agricultura ſcripſit ad Paſiphilum uirum doctiſſimum. Et quia ſerius ſcripti fuerant adiecit hunc de inſitione ſcriptum ꝓ temporis uſura. In quo excuſat tarditatem ſuam: et crimen reiicit in ſegnitiem librarii: quam quidem non maligne extimare ſe dicit. Quoniam uelocitas ꝓcurrit in facinus: Segnities figuram benignitatis imitatur: ut ipſemet dicet: et nos quoꝗ exponemus. Eſt autem libellus iſte carmine ſcriptus elegeo: premittit tamen proęmiolum ꝓſa oratione factum: quo excuſat tarditatem ſcriptionis ſuę: ut dicebamus. Cęterum ut de Palladio ipſo non nihil dicamus: ipſe ſupra libro qui menſis martius inſcribitur: ubi loquitur de malo citreo: ſcribit ſe habuiſſe fundos in territorio neapolitano: fortaſſe fuit neapolitanus: ſuſpicamur tamen ipſum fuiſſe Romanum.

a Liud teſtimoniũ. Quia ꝓcedẽtes. xiii. libri ſũt teſtes fidei Palladii erga paſiphilũ: Hic decim⁹ q̃rtus ẽ aliđ teſtimoniũ fidei idulræ: noue dictũ: ac ſi dicam⁹: idulgeo tibi fidẽ: hoc ẽ ꝯcedo & hẽo. & paſſiue fides idulgeť: Vñ fides idulta. Vť ãt Palla. hæc opa fidei paſiphili cõmiſiſſe: ut đ illis fideliter iudicaret. Scripſerat. n. iuſſu illi⁹: ut ipſe refert. an alit̃ exponẽdũ ẽ: ut dicam⁹. Hẽs aliđ teſtimõiũ fiđi. ſ. meę idultę: i. ꝯceſſæ & ſeruatæ tibi: q̃ſi ꝓmiſiſſet Pal. Paſiphilo ſe ſcripturũ libros ruris colendi

# PALLADII RVTI. TAV. AEMILIANI DE INSITIONE LIBER AD PASIPHILVM VIRVM DOCTISSI.

b ABES Aliud indultę fidei teſtimoniũ ꝓ uſura tpis hoc opus de arte íſitiõis adieci. Sed ꝙ uolumina hęc ruris colendi ſerius q̃ iuſſeras ſcripta ſũt: librarii manus ſegnior fecit: cuius ego tarditatẽ nũq̃ maligne extimo. Scio. n. quo frequẽter íclinet argutia famulorũ. Malo operã eius expectare potius q̃ timere. Neſcio utrũ cõmune ſit dominis: mihi difficile cõtĩgit ĩ ſeruilibus ígeniis inuenire tẽperiẽ. Ita ſępiſſime natura hoc uitiat cõmodũ ſiqđ eſt et miſcet optãda cõtrariis. Velocitas ꝓcurrit ĩ facinus: ſegnicies figurã bẽignitatis imitať: et tãtũ ĩcedit ab agilitate: quãtũ receſſit a ſcelere. Diu tamen apud te pudorẽ meũ diſtuli: ſed hoc q̃ſi bonus famulus feci. Verũ neſcio: ſi tuũ ad has mõ minutias íclineť ingeniũ. Grande erit et par deſiderio ſuo: qđ ſtudii tui quęret affectio. Et licet de his nugis fauorabiliter ſentias: ego meas opes ęſtimare nõ differo. Nõ eſt magni loci aſſibus intuẽdis oculos duxiſſe ꝑ puluerẽ: qa neſcio quomõ notę ſũt quędã maximarũ ꝑſonarũ minuta cõpẽdia.

hoc ꝑticipio: qđ ẽ idult⁹: auſus ẽ marcellin⁹ quoq;. xiiii. reꝝ geſtaꝝ: Tã q̃ licẽtia crudelitati indulta. Quod allegat priſcian⁹ ubi docet ab eo qđ ẽ idulgeo fieri ſupinũ idulſũ & idultũ. & nři canõici nõ adeo ſatis eruditi dicũt ſe a põtifice ſũmo hẽre idultũ qđdã q̃ſi ꝑ q̃dã ꝯdonationẽ: qđ an eleganť dictũ ſi uiderit: q non niſi examuſim loq ꝑpoſuerũt. Pro uſura tpis: hoc eſt ꝓ tpis uſu. Sic Ci. ad Appiũ: ut lõgi tpis uſurã q̃ caruimus & reliq̃. Vſura ãt gñrale uocabulũ ẽ tã pecũiæ q̃ aliaꝝ reꝝ. Vñ Plaut⁹ ĩ ãphitruõe appellat uſurariã uxorẽ: & uſurarii ſũt ii qbꝫ ẽ relict⁹ ẽ uſus alicui⁹ rei. Librarii man⁹ ſegnior. Librarius æquo cũ nomẽ ẽ & ad eos q ſcribũt libros uel uẽdũt: & ad eũ q pẽſabat cibaria ſeruis. atq; id qđ ad põdus dabať: demẽſũ dicebať: auc. Dona. ĩ Terẽ. phormiõe. Nũq̃ maligne æſtimo. Aeſtimať apciať ẽ: ab eo qđ ẽ æs æris deductũ & timi dictiõe græca: qđ ꝓciũ dř. Argutia famuloꝝ: h° ẽ caliditas: cui⁹ diminutiuũ ẽ argutiola q̃ uoce utiť gelli⁹. Inclinet argutia q̃ſi tu dicas ad furtũ uel malũ aliqđ. Malo operã ei⁹ expectare potius. q. t. ſupfluit hoc loco potius & ẽ archaiſmos. h° ẽ uetuſtus loq̃ndi modus. Neſcio utrũ cõe ſit dñis. i. an aliis quoq; hoc uſu eueĩat. Inuenire tẽpiẽ. mediũ qđdã & mediocritatẽ. ut nec nimis ſit uelox: nec nimiũ tardus ſeruus. Ita ſæpiſſime natura hæc. ſ. ſeruilis ſi qđ hẽt ĩ ſe bonũ: & miſcet optãda ꝯtrariis. i. bona malis: & declarat: qa q uelox ẽ erit facinoroſus. ſegnis erit qdẽ bon⁹: ſed nõ agilis & ob id igrat⁹ dño. Ad has mõ minutias. Minutiæ dicũť res uiles minimiq; ꝓcii. Grãde erit. Sẽſus ẽ hæc res: quã ſcribo: uilis ẽ: Sed erit magna ſi affectabis. Fauorabilit̃ ſentias. Fauorabilis ꝓprie diciť is cui faueť. Trãq̃llus Sueto. ĩ caligula. Sic uulgo fauorabilis ut plurimi tradãt: quotiẽs aliquo adueniret uel ſicũ ac diſcederet ꝑ turba occurẽtiũ ꝓſequẽtiũue nõnũq̃ cũ diſcrimie uitæ adiſſe. hĩc aduerbiũ fauorabilit̃. Noĩa ĩ bilis termiata paſſiuã habẽt ſignificationẽ. ut amabilis: uenerabilis. Apđ Virg. tñ penetrabile frigus & penetrabile telũ dř actiue. Sed apđ Teren. phormiõe cãm uicibilẽ expoĩt Donatus: q̃ facile uicat. putabat Codrus legẽdũ eẽ: q̃ facile uicať ab actore. ſ. & ꝑ hoc ſit optia: ut uox uicibilis paſſiuã hoc ẽ ꝓpriã hẽt ſignificationẽ. Adi ſeruiũ quoq; ſup eo uirgiliano ex. x. æn. Aſpice nõ mage ſit noſtrũ penetrabile telũ. Ego meas opes eſtimare nõ differo. Huius loci ſenſus nõ ſatis nobis liquet: & uetemur ne nõ ſana ſit lectio. dicamus tñ ſic: q̃uis fauorabiliter de his

nugis ſentias:ego tñ nõ differo.i. non ꝑcraſtino & ĩ lõgũ duco:hoc ẽ celer & ꝓmptus ſum & uolo æſtimare.i.põderare opes meas.i.igeniũ & doctrinã meã.i.an ualeã hoc genere ſcribendi nec ne. ut tecũ habita &.n.q.ſ.t.c.ſ.dicit Perſius:& nec te qſieris extra. Aſſibꝰ ĩtuẽdis.i.uilioribꝰ pecuniis q̃drãtibꝰ.ut illd ĩ priapeis:nõ aſſis faciũt. Notæ:ĩfamiæ. Sic.n. Valerius max.caput ſcripſit d̃ nota cenſoria exemplorum libro. Compendia:utilitates & cõmoda. Non eſt magni loci: hoc ẽ nõ ptinet ad eũ q ſit alicuius dignitatis & ęſtimatõis. Terẽtius Eunucho. Cõueni hodie aduenięs q̃ndã mei loci hic atq ordis:& elegãter Pall. hic ĩãgit qd eſt apd̃ Ora.lib.i.epiſtolaꝝ. Qui melior ſeruo: q liberior ſit auarꝰ ĩ triuiis fixũ cũ ſe d̃mittit ob aſſẽ. Itẽq apd̃ Perſiũ. Inq luto fixũ poſſis traſcẽdeſ nũmũ

Aſiphile ornatus fidei cui iure fatemur.
P Siquid in arcano pectoris umbra tegit:
Bis ſeptẽ paruos opus agricolare libellos:
Quos manus hęc ſcripſit parte ſilente pedum
Nec ſtrictos numeris nec apollinis amne fluentes
Sed ptra tantum ruſticitate rudes
Commendas:dignaris:amas:et ruſtica dicta
Affectu ſocii ſollicitante colis.
Nunc ideo modicum creſcens fiducia carmen
Obtulit arbitrio lętificanda tuo.
Eſt noſtrę ſtudium non condemnabile muſę:
Vrbanum fari ruſticitatis opus.
Sub thalami ſpecie fœlices iungere ſiluas:
Vt ſoboli mixtus creſcat utrinq decor.
Connexumque nemus ueſtire affinibus umbris:
Et gemina partum nobilitare coma.
Fœderibus blandis dulces confundere ſuccos:
Et lętum duplici fruge ſaporis ali.
Quę quibus hoſpitium prępſtent uirgulta docebo:
Quę ſit adoptiuis arbor honuſta comis.
Ipſe poli rector:quo lucida ſydera currunt:
Quo fixa eſt tellus:quo fluit unda maris:
Cum poſſet mixtos ramis inducere flores:
Et uaria grauidum pingere fronde nemus:
Dignatus noſtros hoc inſignire labores:
Naturam fieri ſanxit ab arte nouam.
Non ſegne officium noſtrę reor eſſe camœnę:
Aut operis parui gratia fiet inops.
Si uelocis equę pigro miſceatur aſello
Ardor:ut in ſterilem res cadat acta gradum:
Fœcundumque genus productus deleat hęres:
Et ſibi defectum copia prolis agat:
Cur nõ arbor inops pingueſcat ab hoſpite gemma?
Et decus externi floris adepta micet?
Incipiam quicquid ueteres ſcripſere coloni:
Sacraque priſcorum uerba laborę ſequar.

Paſiphile ornatꝰ fidei. Seqt̃ aliud ꝓœmiũ elego uerſu ſcriptũ in quo agit grãs paſiphilo:q digneſ cõmẽdare & amare hũc libellũ. Simulq ꝓponit qd ſit tractaturus hoc ẽ de triplici ĩſitiõe. Paſiphili ãt appellatio ĩterꝑtaſ oĩbꝰ amicus. Hic plurimũ nũc Palla.a fide cõmẽdaſ. Fuerat.n.fortaſſe hic paſiphilus alicuius ĩpatoris Secretarius aut hoc dicit. Cui ego Palla.cõmitto ſecreta mea:cũ ſis fidei ornamẽtũ. Parte ſilẽte pedũ. Quoniã ſcripſi ſupiores libros proſa orõne. Affectu ſocii.ſ.mei:ſemetipſm ſignat. Nec ſtrictos numeris. Hoc dicit ĩ attẽuatiõnẽ libroꝝ ſuoꝝ:q ſcripti ſint ſermone pedeſtri:& orõne nõ numeroſa. Nõ iõ:qa tu amas. Arbitrio iudicio. Vrbanũ. Vnde ſcriptores agricolationis appellãt arbores urbanas.i.domeſticas & ſatiuas. Sub thalami ſpẽ. Inſitio nãq ſpẽs mãtrimõii quodãmõ eẽ uŕ. Veſtire affinibus ũbris:hoc ẽ arboribꝰ. Affinibꝰ ãt dicit qa ĩ iſitõe:q̃rẽdũ ẽ.quæ cuiq magis arbor ꝯueniat lege Ply. li.xvii.ca.xiiii. Docet tñ Colu.ex oĩbꝰ arboribꝰ ĩ oẽs arbores fieri poſſe iſitões. Duplici fruge. Vñ arbores frugiſere Ply.& cæteris. Quæ qbꝰ hoſpitiũ.ita Virg.Quæ qbꝰ ãteferã. Ipſe poli rector. Oñdit iſitionẽ eẽ artificioſã & nõ naturalẽ. quonã aũt mõ inuẽta fuerit iſitio te edocebit plynius eo libro

quo ſupra allegauimus. Si uelocis equæ. Argumẽtũ a fortiori. Ardor. alluſiſ ad illd̃ uirgilianũ: Scilicet ante alios furor ẽ iſignis equaꝝ: In ſterilẽ res cadat acta gradũ. Tãgit mulũ & mulã: q raro imo fere nũq̃ gignũt. Vñ puerbiũ mula pepit. unde ẽ illud Iuuenalis: Et fœtæ ꝯparo mulæ. legi/ to ẽt Ariſto. li. ultio de aĩalibꝫ. Hoſpite gẽma. ꝑpterea ꝙ ẽ ſpẽs iſitõis q̃ uocaſ ioculatio. Ca teꝝ gẽma ꝑprie uitiũ ẽ ſicut oculi arboꝝ: auctor Ply. Pricipio multas ſpẽs. Tria iſitionũ gñra ãliq tradiderunt ut ſcribit. L. Colu.

Principio multas ſpecies induſtria ſolers
Protulit: et doctam iuſſit inire manum.
Nam quęcũq; uirens alienis frondibus arbos
Comitur: his diſcit credita ferre modis.
Aut noua diſcreto figuntur germina libro:
Aut aliud ſummo robore fiſſa capit:
Aut uirides oculos externi gemma tumoris
Accipit: et lento ſtringitur uda ſinu.

De uite.

PRimus echionii palmes ſe iungere bacchi
Nouit: et externo tenditur uua mero.
Nexilibus gẽmis fœcundos implicat artus
Vitis: et amplexum paſcit adulta genus.
Degeneriſq; comę ueſtigia mitis inumbrat
Pampinus: et pingui curuat honuſta deo.

De oliua.

RObora palladii decorat ſilueſtria rami:
Nobilitat partus bacca ſuperba feros.
Fœcundat ſterilis pingues oleaſter oliuas:
Et quę non nouit munera ferre docet.

De piro.

GErmine cana pir⁹ niueos haud ſuida flores
Cõmodat: et uarium nectit amore nemus:
Nũc rapit hirſutis horrẽda ſoronbus arma:
Et docet indomitas ponere tęla piros.
Nunc teretem pingui ꝑducit acumine malum:
Fraxineaſq; nouo flectit honore manus.
Phyllida quin etiam grandi miteſcere fructu
Inſtituens: durę dat ſua membra cuti.

li. vi. ca. ix. unũ igt quo reſecta & fiſſa arbor reſectos ſurculos accipit. alteꝝ quo reſecta ĩter li/ brum & materiã ſcia admittit q̃ utraq; gñra ueris tp̃e fiũt. Ter tiũ quo ĩpas gẽmas cũ exiguo cortice ĩ ptẽ ſui d̃libratã ſcipit: quã uocãt ẽplaſtrationẽ uel ut qdã ioculatiõez: hoc gẽus iſitio nis æſtiuo tp̃e optĩe uſurpaſ: & reliq̃ q̃ ſequũtur. Vide etiã hũc nr̃m mẽſe feb. ti. xvii. Lẽto ſi/ nu: hoc ẽ tenaci: ad digitos lẽti/ ſcit habẽdo Virgilius

Primus echiõii. Poſt triplicẽ iſitionũ diuiſionẽ agredif Pal. ꝑticularẽ inſitionẽ: & prio loqſ d̃ uite queãdmodũ facit Ply. li. xiii. ca. i. Nã ea ẽ maxie peculia ris italiæ arbor. Vites. n. ut idẽ auctor eſt: iure apd̃ priſcos ma/ gnitudĩe quoq; ĩter arbores nu merabãtur. De uite aũt iſerẽda loqſ Ply. li. xvii. ca. xv. Cato i/ gt tribus modis iſerit uitẽ: ꝑſec tã findi iubet p medullã: ĩ eã ſur culos exacutos ut dictũ ẽ: addi medullas ſiungi. Altero ut ſeſe uites ꝯligãt utriuſq; ĩ obliquũ latere ꝯtrario adraſo iũctis me/ dullis colligari. Tertiũ genus ẽ terebrare uitẽ ĩ obliquũ ad me/ dullã: calamoſq; addere lõgos: peds binos: atq; ita ligatũ iſitũ: ſtriaq; illitum opire terra cala/ mis ſurrectis. hoc uide apd̃ Ca/ to. d̃ agricultura. c. xli. addit tñ Ply. noſtrã ætatẽ correxiſſe: ut gallica igt uterẽſ terebra: q̃ ex/ cauat nec urit. d̃ terebra gallica ſcrib. Col. li. v. ca. xxix. Echiõi thebãi. Echio terrigena un⁹ fuit d̃ ꝯditoribꝫ thebaꝝ. d̃ quo Ouid. Quiq; ſupſtitibꝫ: quoꝝ fuit unus echion. Palmes ſe iũgere. Palmes appellaſ ram⁹ nouus ĩ uite: ſicut termes ĩ oliua. Nexilibꝫ gẽmis. Proprie loqtur: locutiõe quãuis aduẽtitia. gẽmã. n. uitiũ peculiarẽ eẽ diximus. Tãgit aũt emplaſtrationẽ. Robora Palladii. De oliua & olea Ply. li. xv. & dicit Pallad. ꝙ oliua ſatiua ĩſeriſ oleaſtro q græcis κοτινοσ diciſ. Rami ſurculi in oliua ꝑprie dicũtur thaleæ: ut adnotauit Noni⁹ marcell⁹. Germine cana pirus. Multas piri ĩſitiões deſcri bit. nã hæc arbor multis arboribus cõuenit οχνη græcis diciſ pirus. lege Columel. li. vi. ca. viii. ubi de arboribus pomiferis: ibi. n. multas ſpecies piroꝝ nominat. Silueſtris pirus αχρασ græ/ cis dicitur. Vnde græcorum epigrammatis eius inſitio celebratur. Cana pirus. Virgi. ii. geor.

lib. Ornuſq; icãnuit albo flor piri. Nũc rapit hirſutis. i. ꝯiũgit pirus ſatiua piro ſilueſtri. Fraxineas man⁹. i. ramos. Phyllida gn ẽt. Phyllis regia thraciæ mutata ẽ ĩ arborẽ quæ dr amygdalis: & ab ei⁹ noie phylla græcis hoc ẽ. Folia noia ſortita eẽ uidẽt ſpẽ prũi. Sed ſilueſtris ẽ & ſpia arbor: Et ſteriles ſpinos arbor ẽ: ex q̃ faces nuptiales fiebãt. Vñ illđ catullianũ: Spinea q̃re tædã. đ ſpinis ſterilibꝫ Vir. iiii. geor. li. Et ſpinos iã pruna ferentes

Et ſteriles ſpinos et inertem fœtibus ornum
Dotat: et ignotum cogit amare decus.
Huius et immiſſi uertere cydonea rami:
Pomaq; confuſus blanda creauit odor.
Caſtaneę ſeptos aſpro uelamine fœtus
Exuit: et placido pondere mutat onus.
Meſpilaq; exarmat pugnacibus horrida membris:
Et mala tranquillo cortice uota premit.
Creditur in libycis ſua germina nectere ramis
Lętaq; puniceo poſſe decore frui.

De malo punico.

Vnica non alios unq̃ dignata ſapores
p Mala: nec externis aſſociata comis
Ipſa ſuas augent mutato ſemine gemmas:
Et ſibi cognato picta rubore placent.

De pomo.

Inſita proceris pergit concreſcere ramis
i Et ſocia mutat malus amica pirum.
Seq; feros ſiluis hortatur linquere mores:
Et partu gaudet nobiliore frui.
Spiniferas prunos armataq; robora ſentes
Leuigat: et pulchris ueſtit adulta comis.
Exiguam ſorbum dulci diſtendere ſucco
Nouit: et ad cupidas flectere poma manus.
Stipitibus gaudet nomen mutare ſalignis:
Et gratum nymphis ſpargere flore nemus.
Robora thyrſigero platani concordia baccho
Fœtibus inſtituit plena rubore nouis.
Illius inſolitas miratur perſicus umbras:
Populeęq; ferunt candida dona comę.
Meſpilus huic pater: lapidoſaq; uiſcera mutans
Tenditur: et niueo plena liquore rubet.
Pro ſudibus fœtis et pro pręgnantibus armis
Caſtaneę fuluum dant noua mala decus.

Vertet cydõia rami. De malo cydonio Ply. li. xv. ca. xi. hẽt ãt nomẽ a cydone urbe cretę; uñ trãſlatũ fuit; latini uocãt cotoneũ. huic malo Melopeponem ſuauiſſimũ terræ fructũ ni ocꝑ ęcuo ĩ deliciis hitũ referim⁹ acceptũ. Ex cydonio ꝑterea fit cydonitis cũ melle uel ſapa & cuꝫ ſacaro nõnullis uulgo cotoneatã dicimus. Caſtaneæ ſeptos. Caſtaneæ ꝓducũt fœtus intra corticẽ ſpinoſũ. quẽ aliq uocãt echinnũ ab echino piſce; uel ab erinaceo: q eſt porcus terreſtris ſpinoſus. Caſtãea primũ uenit đ ſardibꝫ uñ σαρδιανοσ βαλανοσ græcis dictitat. Meſpilaq; de hoc īfra dicemus: & idẽ Pallad. ſupra ti. x. q̃rti li. Creditur in lybicis. Malũ punicũ ſignat: đ quo lege Ply. li. xiii. ca. xix. græce dr ροια. Lætaq; pũiceo. ĩtelligit pira purpurea.

Pũica nõ alios. De malo punico Ply. ſcribit li. xiii. ca. xviii. Sed circa carthaginẽ iqt malũ punicũ ſibi cognomẽ uẽdicat: aliq granatũ appellãt. Apyrinõ dr cuius nucleus lignũ nõ habet. Martialis ĩ diſtichis. Balauſtiũ dr flos eius & medicinis idoneũ & tigẽdis ueſtibꝫ. uñ ueſtẽ balauſtinæ. Malicoriũ ueto cortex uiridis quo tigũt coria. De medicis eiuſdẽ mali punici uide Ply. li. xxiii. ca. vii. ubi ẽt loqr đ ſilueſtri punico: & ſupra Pallad. ti. x. mẽſis martii. In ſetmĩ inqt iſeri põt circa apri. Kal. mẽſe martio ultimo.

Inſita poetis. Iã de pomo loqtur: & poma dicta eẽ poſſunt ut ſcribit li. i. de agri. qđ idigẽt potu: dñr mala noie grȩco. μηλον. n. illis pomũ & ouis nũcupat. arbor ipſa μηλιο. De generibus. xxviiii. malorꝫ Ply. li. xv. ca. xiiii. deſcribit aũt Pal. x. arbores qbus põt iſeri malus

Seq̃ feros.i.malus ſatiua íſerit̃ malo ſilueſtri. Spiniferas prunus.ſupra diximus:ex auctoritate Vir. Et ſpios iá pruna ferẽtes. Eſt.n.ſpinꝰ ſpẽs pruni ſilueſtris. Læuigat.i.polit læuẽ facit. Exiguá ſorbũ. De ſorbis ply.li.xv.ca.xvii. Exiguá reſpexit ad poma exigua. Salignis. De pomis & piris ſupra Palla.ti.xxv.mẽſis feb.ubi ait. Malus oĩ gñre íſeri põt:quo pirꝰ:mẽſe febr.mar.& aliis qbus pirus íſerit̃ í malo í piro:í ſpio:pruno ſorbo:pſico platano:populo:ſalice. Platani ɔcordia baccho. Hoc dicit ppea q̃ átiq ſub umbra platani ɔuiuabant. Vir.iiii.geor. Iáq̃ miniſtrãtur platanũ potantibus umbras.& Oui.methamor.x. Et platanꝰ genialis acerq̃ coloribꝰ ípar. d platano loq̃t ply.li.xii.ca.i.ubi hæc ſubdit. Tãtũq̃ poſtea honoris ícreuit:ut mero íſuſo nutriant̃. Cõptũ id maxie pdeſſe radicibꝰ:docuimuſq̃ etiá arbores uina potaſ:& hoc ẽ fortaſſe qd nũc ait Palla. Martialis.

Ipſa ſuo onerát. De pſico lege ſupra Pal.ti.vii.mẽſis nouẽbris. pſicorũ gñra q̃ttuor facit ply.li.xv.palma daſ duracinis: nationũ habẽt cognomen gallica & aſiatica: ut Colu.lib.xi. Tempeſtiua madent & reliqua quæ ſequuntur.

Cũ pſtet cũctis ſe.f.c. Malũ cydoniá ait nõ niſi in ſe íſeri cũ recipiat í ſe ſurculos ppe oís generis.pũici:ſorbi:oíum malorũ q̃ meliora pducat:ut ſupra Palla.menſe febr.meminit ti.xxv. Ex cydonio ſalgama fieri diximus:eáq̃ compõnem græcis κυοϑγιτω uocitari.lege Palladium ti.xx.mẽſis octob. Scit tamẽ nullo.i.nulla re.

Aemula dura piri.meſpilũ canit íſeri piro ſilueſtri:& cũ utraq̃ arbor aſpa ſit:fructꝰ fieri aſpiores.ſi lege ſupra ti.mẽſis mar.

Nec nõ & citrei. Malũ citreũ nũc ait inſeri moro ſicut citreæ morũ necnõ piro ſilueſtri. Reuiſe ſupra eodẽ ti.ubi ſubiũgit:iſeritur igt & piro:& ut qdá moro. Malũ citreũ putát aliq eẽ id qd ferat medica arbor. Cuiꝰ rei meminit Macrob.capite d fructibꝰ ſed d citreo Marti.quoq̃ í diſtichis. Pomaq̃ paſturi eſitaturi cõmeſturiue. Citrea ut diu durẽt í uas citrũ mitte:gypſa & ſuſpẽde dicit Apitiꝰ li.i. Pruna ſuis addũt. Iá dicit quẽadmodũ prunꝰ iſerit̃ í ſe & í caſtanea:ut ſupra docuit ti.vii.mẽſis nouẽb. Inſerit̃ inq̃ in ſe:& pſicũ recipit uel amygdalũ uel malũ. Sed eá degenerẽ reddit & paruũ. Adi quoq̃ Colu.hortos:& Ply.li.xv.naturalis hiſt. Exarmat:hoc ẽ:nõ facit fructus echinatos. Aſſueſcũt ſiliquæ. De ſiliqs mẽtionẽ facit Ply.li.xv.ca.xxiiii.ubi ait aut pcul abeſſe uident̃:& pduloes ſiliquæ:niſi q̃ í his cortex ipẽ máditur:digitorũ hois longitudo illis:& interi falcata pollicari latitu-

De perſico.

Pſa ſuos onerat meliori germine ramos
i Perſicus:et pruno ſcit ſociare genus.
Imponitq̃ leues í ſtipite phyllidis umbras:
Et tali diſcit fortior eſſe gradu.

De malo cydoneo.

Vm pſter cunctis ſe fulua cydonea pomis:
c Alterius nullo creditur hoſpitio.
Roboris externi librum aſpernata ſupbit:
Scit tantum nullo creſcere poſſe decus.
Sed propriis pandens cognata cubilia ramis.
Stat contenta ſuum nobilitare bonum.

De meſpilo.

Emula dura piri deſpecti mala ſaporis
a Meſpilus admiſſo germine tuta ſubit.
Et geminis ſeſe uiolentior inſerit armis:
Atq̃ auidas terrent robora ſęua manus.

De malo citrino.

Ec non et citrei patiuntur mutua rami
n Pignora:quę grauido cortice morus alit
Pomaq̃ paſturi blando redolentia ſucco
Armatis mutant ſpicula nota piris.

De prunis.

Runa ſuis addũt fœlicia germina mẽbris:
p Donaq̃ cognato corpore lęta ferunt.
Exarmat fortus: ſed brachia roboris armat
Caſtaneę prunus iuſſa tenere larem.

De ſiliqua.

Sſueſcunt ſiliquę uiridi molleſcere ſucco:
a Et gremio paſcunt cętera poma ſuo.

dine. Sed & Col. li. vi. Siliquã inqt græcã: quã qdã κερατιον uocãt: & pficũ añ brumã p autũnũ ſerito. Sũt & nõnulli q ξυλοκερατα. ſiliqs appellẽt. Hic ẽt ſiliq̃ ſignificat corticẽ illũ lõgũ legu/minũ: ut fabaꝝ & lupinoꝝ. Vir. grãdior ut ſoboles ſiliqs ſalacibꝫ eẽt. & Ora. paſtꝰ ſiliqs & pane ſecũdo. Hũc quoq; nũeꝝ ſupra ſuiſſe ta mẽſe fe. ti. xxv. d ſiliqs legito paulo ĩfra qdã paucula & Theophra. li. q̃rtũ. Perſuadet moris tetrũ. de ficuũ generibꝫ undeuigiti ſcribit Ply. li. xv. ca. xviii. & Colu. li. vi. ca. viii. necnõ Ma/crobiꝰ. Pallad. quoq; ſupra ti. x mẽſis mar. Sed de ficu ægyptia copioſe ply. li. xiii. In uaſis dat ſua iura comis. In uaſis pticipiũ ẽ paſſiuũ. ſupra Pallad. Inſerit̃ ãt igt ĩ caprifico: ĩ moro: ĩ platano & oculis & furculis. Inſi/gnes foliis platanos. De ĩſitiõe ficus ĩ platano loqt̃. Ficũ tecẽtẽ. Pruna: pira ceraſia ut diu ſer/ues: oĩa cũ peciolis diligẽter le/gito & ĩ melle ponito ne ſe ɔtingãt: ſic docet apitiꝰ. Cæteꝝ hic ordo notãdus. quatuor. n. uer/ſus ſimul ĩſigũtur

## De ficubus.

p Erſuadet moris tetrum mutare colorem
Ficus: et in uaſis dat ſua iura comis.
Se quoq; miratᷣ pingui grandeſcere ſucco:
Et ſolitum gaudet uincere poma modum.
Inſignes foliis platanos fœlicia menſis
Brachia gaudentes uiris honore comas
Ingrediens pingui ſe cortice maxima ficus
Seruat: et optatos implet adepta ſinus.

## De moro.

m Vtua quin etiam moris commercia ficus
Præſtat: et oblatum robore germen alit.
Fraxinus huic auidæ cõfert ſua mẽbra ſorori:
Et metuit fœtus ſparſa cruore nouos.
Proceras fagos et poma hirſuta uirentis
Caſtaneæ duris aſpera mala comis
Inficiens monſtrat piceo nigreſcere partu:
Et ſucco paſcit turgida poma nouo.
Obſequitur moris blando therebintus odore:
Et geminis ueniunt munera mixta bonis.

## De ſorbis.

f Orba ſuos partus merito maioris honeſtãt
Seminis: et pulchro curua labore nitent.
Hæc arbos ſpinæ duros mucronibus artus
Exuit: ac libris mitibus arma tegit.
Aureaq; annexo miſcere cydonea fœtu
Gaudet: et externi dona coloris amat.

## De ceraſo.

i Nſeritur lauro ceraſus: partuq; coacto
Tingit adoptiuis uirginis ora pudor.
Vmbrãtes platanos et iniquã robore prunũ
Compellit gemmis pingere membra ſuis.
Populeaſq; nouo diſtinguit munere frondes:
Sic blandus ſpargit brachia cana rubor.

Mutua qn ẽt moris. De mo/ris adi Ply. li. xv. c. xxiiii. Itẽ li. xvi. ca. xxvi. ait. n. q nõniſi ex/acto frigoꝛ germiat: ob id ſapiẽtiſſima arboꝝ dicta. Pallad. aũt ſupra menſe feb. ti. xxv. Inſerit̃ igt ĩ fico & ĩ ſe tãtũ ſub cortice: grçce dr̃ συκαμινος. ut Cor. Celſ. li. iii. ca. xviii. & μωρον fructus. i. moꝝ. uñ medicinalis cõpoſitio Διαμωρων: q ex ſucco moroꝝ fit Blãdo terebi/tus odore. terebithus arbor cu/ius qdã ſpẽs hẽt fructũ faba ma/iorẽ: odore iucũdiorem. Vir. x. æne. aut ericia terebitho ex hac fluit reſina q̃ eſt aliis odoratior: ut ſcribit Ply. li. xiiii. ca. xx. id Pallad. blãdũ appellat terebiti odorẽ. plebei italici ẽt nũc tere/bithinã appellãt ſuccũ illũ terebithi. d terebitho multa Ply. li. xiii. c. vi. Sorba ſuos ptus. de ſorbis uid ſupra li. v. mẽſis apr. ti. v. ubi ait hoc mẽſe ſorbũ po/terimꝰ ĩſererẽ ĩ ſe ĩ cydõio & ſpia alba ac libris mitibꝰ corti/cibꝫ tenerorioribꝫ. Inſerit̃ lauro ceraſus. De ceraſis ſcri. Ply. li. xv. c. xxv. ubi põit octo genera. Supra ẽt Pal. ti. xii. mẽſis oc/tobr. Ceraſus igt ĩſerit̃ ĩ ſe ĩ pruno ĩ platão: & ut alii ĩ populo. Cõpellit gẽmis: p ioculationẽ. ſ. ply. nimis qnquẽnio ẽ: q pdiere q̃ uocãt laurea nõ igrate amaritudis ĩſita lauro: his dſiccatis ſolẽt cog nſi altilia aſſanda replere.

De amygdalo.

Hyllis odoratos primęuis floribus artus
p Diſciſſi pruni cortice fixa tegit.
Pomaq; pmutat uelamine pſica mixto
Duriciemq; docet tegminis eſſe loco.
In modicam tornat ſiliqua tendente figuram:
Et frondes pulchro ditat odore feras.
Caſtaneamq; trucem depulſis cogit echinis
Mirari fructus leuia poma ſui.

De piſtaciis.

Vt et amygdaleos ſubeunt piſtacia ramos
q Et debitum maius de breuitate petunt.
Hęc et cognato cingēs therebintus amictu
Nutrit adoptiuis nobilitanda comis.

De caſtanea.

ſ Lumineã ſalicem fœcundāt ardua membra
Caſtaneę:et multo paſta liquore uigent.

De nuce.

Rbuteas frōdes uaſtę nucis occupat umbra
a Pomaq; ſub duplici cortice tuta refert.
Cętera:quę ſolers proceſſu temporis uſus.
Exprimet:exemplis inſtituere nouis.
Hęc ſat erit tenui uerſu memoraſſe poetam:
Quem iuuat effoſſi terga mouere ſoli.
Carmina tu duros inter formata bidentes.
Aſpera:ſed miti ruſticitate leges.

Phyllis odoratos. Amygdali meminit Ply.li.xv.ubi de nucib9 agit.lege ēt Macrobiū:q eã tū græcã tū thaxiã nucē dici ait:atq; ſecūdū fabulã fabulat. Velamie pſica mixto. Ad pſicū inuiſē dã remea ſupne ſi libet.ti.vii.mēſis nouēb. In modicã tornat ſiliq̃. De ſiliq̃ paulo ãte diximus:& ſiliq̃ ē ēt fœnūgræcū ut apd Columellã li.xii.ca.ii.ſcriptū ē ſiliquã:qd ruſtici fœnūgræcū appellãt eius diminutiuū ſiliquula:quo uſus ē Varro li.i. Cū dn̄s ſiliquulã cepit:oēs ſiliquaꝝ ſpēs abe noie cornicula dicūtur ēt a uernaculis multis nr̄is a ſimilitudine cornuū:ſicut a græcis κερατια nominãtur:imo fœnum græcum.i.ſiliqua a græcis hac rōne dicit βουκερασ & αιγοκερασ a cornibus:& τηλισ a longitudine corniculoꝝ uñ.telinū appellat a medicis unguētū i qd fœnūgræcū miſcet.de quo Ply.xiii.natu.hiſto.& καρφοσ.i.fœnū uel feſtuca.nã & feſtuca a fœno dicta eſt. Sciēdū ꝑterea ſiliquã ſeu grana ſiliquę inter pondera numerari. Vnde obolū ſiue ſcrupulū dicimus eē pōdus ſiliquaꝝ ſex; ut in libris de pōderibus & mēſuris eſt inuenire:& noſtri aurifices populari ligua unū ceratiū & duo & tria ceratia auri appellãt uocabulo græco pro ſilliqua.

Quin & amygdaleos. De piſtaceis lege ſupra ti.xii.menſis octob. Adi etiã Plyniū li.xiii.cap.v. Syria ingt ꝑter hanc peculiares hēt arbores in nucū genere piſtacea nota prodeſſe aduerſus ſerpentū morſus & potu & cibo. Item.hanc aūt idē uitellius in italiã primus itulit eodē tpe ſimul in hiſpaniam flaccus Pompeius eques romanus qui cum eo erat.

Hæc & cognato cigens therebinthus. Vnde idem aliubi: ſeritur ingt therebintho menſe febr.uel menſe martio:& alii amygdalo īſeri poſſe affirmãt.

Flumineam ſalicem. Caſtaneaꝝ octo genera cōnumerat Ply.li.xv.inuiſe etiam Macrobiū:q ait appellari nucem heracleoticam.

Arbuteas frondes:ueſtæ nucis. De nuce Ply.li.eodem.ca.xxii. Nux a græcis καρυον dicitur a capitis grauedine pp odoris grauitatem conuenit dictum ait Ply.κapa.n.græce caput. Baſilica etiam nux uocitatur & latine iuglans. Macrobius. Arbuteas frondes. Virg.geor.ii. Inſeritur uero ex fœtu nucis arbutus horrida. Cæteraque ſolers. Concluſio opuſculi. Hæc ſat erit tenui parodia Virgiliana:ex bucolicorum calce. Inter formata bidentes. Bidens inſtrumentum ruſticanum binos habens dentes. Iuue. Viue bidentis amans.

FINIS.

D. Vgerii Pontremulenſis legum ſcholaſtici ad lectorem carmen.

Ocia da feſſis tandem ſtudioſe camœnis:
Aoniiq; celer numina linque iugi.
Non ſemp cytharam tẽdit formoſus apollo:
Nec mars cornipedes in fera bella trahit:
Rura tibi placeant nitidi quoq; cultus agelli:
Rure nihil culto gratius eſſe poteſt.
Tu mõ adoptiuis creſcat face plurima ramis
Arbor: & externa ſurgere fronde paret.
Nec modo te pigeat uarios perferre labores.
Quos uel præcipue bachica cura petit.
Non apis hiblææ cœleſtia mella recuſes:
Nam tibi mille modis ocia rumpet ager.
Sum rudis at forſan paganis uſibus inquis:
Tempora conſumpſit nam mea calliope.
Perlege diuini primum monumenta catonis:
Et quod uarronis pagina docta refert.
Quodq; ſuis doceat terſus columella libellis:
Poſt modo palladius cætera te moneat.
Horum ſi fueris lector præcepta ſecutus:
Crede mihi alcinoi tunc tibi cedet ager.

Eiuſdẽ ad Benedictũ impſſorem carmen.

Quas tibi nũc grates referat Benedicte iuuẽtus:
Nocte die ſtudiis: quam uigilare iuuat.
Hoc mẽdoſa tenet quod littera nulla uolumen:
Impreſſum miра nec minus arte fuit.
Dii tibi dent pylios annos longamq; ſalutem:
Efficiant uotis ut potiare tuis.
Semper in ærata nummus tibi pullulet arca:
Mercibus aſpiret mercuriuſq; tuis.
Si quis enim iuſti uiuit ſeruator & æqui:
Diſpeream ſi non hic Benedictus erit.

Opera agricolationum: Columellę: Varronis: Catoniſq;: nec non Palladii:
cum annotationibus. D. Philippi Beroaldi: et cõmentariis quę
in aliis impreſſionibus non extant. Impreſſa Bonon.
Impenſis Benedicti Hectoris Bononienſis.
M.D.IIII.X.calen.ſeptemb.

REGESTVM.

a.iii.b.iii.c.iii.d.iii.e.iii.f.iii.g.iii.h.iii.i.iii.k.iii.l.iii.m.iii.n.iii.o.iii.p.iii.
q.iii.r.iii.ſ.iii.t.iii.u.iii.x.iii.y.iii.z.iii.&.iii.ꝯ.iii.ꝶ.iii. A.iii.B.iii.C.ii.
D.iii.E.iii.F.iii.G.iii.H.iii.I.iii.K.iii.L.iii.M.iii.N.iii.O.iii.P.iiii.
Q.iii.R.iii.S.iii.T.iii.V.iii.X.iii.Y.iii.Z.iii.ET.iiii.

gitized by